vnus vectis immenſe longitudi= nis videret: ſicut in baculo, cãbu= ce põtificalis eburneo fieri ſolet. Hoc ſane planũ eſſet: niſi dñs ad didiſſet q̃.v.vectes eſſent in late= re ad aq̃lonẽ: ꝛ totidẽ ad auſtrũ ꝛ totidẽ ad occidẽtẽ: qđ min⁹ ꝯgruũ vr̃. Cum em̃ q̃libet vectis.v. erat cubitoꝝ.v. ptẽſi ĩ latere vno.xxv. cubitos tm̃ cõtingebant. Itaq̃.v. cubiti illi⁹ lateris remanebant in= tacti. In occidentali v̄o latere duo tm̃ ſufficiebãt. Sũt q̃ dicunt de tri bus vectib⁹ ſuperfluis. vnũ ſupad ditũ.v. vectib⁹ in latere ſeptẽtrio nali. ꝛ aliũ in auſtrali. ꝛ ſic qđ illis deerat adimpletũ. Tertiũ vectũ dicũt in duos q̃ poſiti erãt in duo bus angulis parietũ. vt recurua ti iuncturas anguloꝝ colligarent ſicut iũcture anguloꝝ in ſcriniis ſtrapis ligari ſolẽt. Sed hoc ex li tera cõiici nõ põt. Qꝛ ergo in lite= ra eſt.v. vectes immitti per tabu= las medios a ſommo vſq̃ ad ſum mũ de altitudine parietis intelli= gi põt. Erat aũt iuxta ſummitatẽ parietis ſupremam: vnus ordo ve ctiũ extẽſus in lõgum ꝑ totũ parie tẽ: ꝛ iuxta ſummitatẽ ĩferiorẽ ali⁹ ordo in eundem modum. ꝛ in me dia planicie tres ordines: vñ q̃. di ctũ eſt.v. vectes fuiſſe ĩ vno latere pot.⁹ ad numeꝝ ordinũ q̃ vectiũ referatur. Erãt autẽ in vna qua q̃ tabula quinq̃ anuli. ꝛ in quoli bet duoꝝ parie tũ vectes.xxx. qꝛ v. ordinũ q̃libet vj. vectes habe bat ĩ latere o cci dẽtali.x. vectes bini ꝑ ſingulos ordines. Sunt qui dicunt nõ oẽs vectes eiuſdẽ q̃titatis fuiſſe: ſed quilibet vectiũ.v. qui erant in ma gnis laterib⁹ erãt.vj. cubitoꝝ ꝛ ita v. ſufficiebãt ad ꝯtinẽdũ.xxx. cubi tos. ꝛ.v. vectes q̃ ad occidentem erãt / ſinguli duoꝝ cubitoꝝ erant.

Additio.

Una tabl'a erat inciſa et cauata in fronte ex vna pte, ſilr̃ ꝛ altera tabula erat inci ſa ꝛ caua ex alte ra pte. In fronte vero coniunge bantur.

Sed ioſephus loquens de his ve ctib⁹ ait. vno q̃q̃ habente magni tudinem cubitorum quinq̃.

¶ De diſtinctione tabernaculi. et vtroq̃ velo. Cap̃. liiij.

Tabernaculum hoc di ſtinctum erat in duas partes. Poſterior ꝑs occidentem.x. cubitis ptendebat. ꝛ ita qua dra erat in longum.ſ. ꝛ in latũ et in altuꝫ.x. cubitoꝝ. Hec pars ady tum dicebatur: vel ſanctũ ſancti / vel ſanctuarium ſanctuarij / vel ſancta ſanctoꝝ. Anterior pars ad orienteꝫ.xx. cubitis ptendebat: q̃ cõis erat ſacerdotibus: ꝛ hoc dice bat ſanctũ vel ſancta: vel ſanctua rium. Reſpectu hui⁹ poſterior dice bat ſctm̃ ſancti: q̃ſi cõſecutiuũ. ſan cti: vt dr̃ ſclm̃ ſeculi. Vel ſanctum ſancti. i. ſancti⁹ ſancto: vt dr̃. Dñs dñoꝝ: vl' rex regũ. Ad alterutras vero ptes ſeꝑandas poſite erãt in medio quatuor colũne de lignis ſethim deaurate: capita hñtes au rea: ꝛ baſes argenteas. Tñ Ioſe ph⁹ dicit quatuor fuiſſe tabulas ad modum alioꝝ oꝑatas: equalr̃ a ſe inuicẽ diſtãtes: iter quas tres anguſti patebant ingreſſus. Sup capita v̄o colũnaꝝ ſuppoſiti erãt duo vectes decẽ cubitoꝝ a parie= te in parietẽ ptenſi. in q̃bus ꝑ cir= culos aureos immiſſum depende bat velũ an̄ quatuor colũnas extẽ ſum. quadrum in omni ꝑte.ſ. decẽ cubitoꝝ: vt ex oĩ parte ꝓhiberet aſpectũ interioꝝ. Erat autẽ veluꝫ factum de byſſo retorta: qđ eſt ge nus lini candiſſimi ꝛ molliſſimi. ꝛ de hyacintho ꝛ purpura et coc= co bis tincto id eſt de filis ſericis hyacinthini purpurei et coccinei coloris. opere plumario compoſi tum. i. oꝑe acu picto. Pluma enim lingua quadã acus dr̃.ſ. egyptio rũ. quoꝝ ſunt diuerſe lingue ſicut grecoꝝ. Hoc genus veli vulgo di ſtratum dr̃ quaſi bis ſtratum. Pri mo enim fit tela cui cum acu oꝑe manuali ſubſternunt diuerſe pi= cturationes

C.D. exo. 26

F.G. exo. 26

cturationes. Sūt qui dicunt opus plumariū a ſimilitudine auiū. quibus ſupaddita eſt plumaꝝ varietas. Idē opus dicit etiā polymitū a poly qđ eſt multum ꝑ multitudine picturarum. Erat autē hoc velum pulchra varietate cōtextū ex vniuerſis (vt ait ioſeph⁹) floribus quos g'gnit humus: ⁊ alijs picturis quas poterāt iterſerere pictores: preter animalium formas. In egreſſu vero tabernaculi q̄nq̧ columne erāt de lignis ſethim deaurate capita habētes aurea. Baſes vero eneas: ſuper quas duo vectes vel vnus decē cubitoꝝ protēdebatur a pariete in parietē. In vtroq̧ capite ſui vtriq̧ parieti inſertus ad modū trabis in domo: a quo dependebat aliud velū per circulos aureos inſertum ad modum prioris operatum. Sed ſcđ Joſephum vſq̧ ad medietatē columnarum depēdebat: regēs eas ꝑ quinq̧ cubitos. reliq̄ quinq̧ vſq̧ ad terrā ad ingreſſum ſacerdotū patebant. Sup hoc ꝟo dicit aliam cortinā lanea ſuppoſitam vſq̧ ad terrā ptingētē funib⁹ ꝑ anulos eā ducētib⁹ ⁊ retrahētib⁹: vt in dieb⁹ feſtis reducta ꝑberet aſpectum tabernaculi. In alijs dieb⁹ ſuperducta ꝓhiberet aſpectū: ꝑcipue cū nubilū videret. Text⁹ eī fortis erat ⁊ facile laborē ſuſtinebat: et in ingreſſu tēpli Salomonis ſimilē dicit fuiſſe appenſam. Erat eī interiori ſanctuario arca federis cum his q̄ in ea repoſita dixim⁹: ⁊ cum his q̄ erāt ei ſuppoſita. In āteriori ꝟo cādelabꝛū ad auſtrū menſa ad aq̄lonē. In medio aūt velū nō longe ab aditu altare aureū: qđ etiā Joſeph⁹ thuribulū aureū vocat de quo poſt dicemus.

¶ De Cortinis ⁊ Sago. Ca. liiij.

A. B. C exo. 26 TEctū tabernaculi non concameratum id eſt recuruū ſicut in eccleſijs: ſed planū admodum: paleſtine fuit quatuor operimentis aptatum. Primū operimē: Primum operimētum fuit cortine de cc. q̄ etiā vela vel tētoria vel q̄nq̧ tabernaculū vocant. q̄ erant facte de quatuor ꝑdictis colorib⁹ ope plumario. Lōgitudo cortine vni⁹ erat. xxviij. cubitoꝝ. latitudo quatuor quaꝝ quinq̧ mutuo ſibi iungebantur ⁊ quinq̧ ſimiliter: vt q̄ſi due cortine ex quibus ſibi coniunctis redderentur. Jungebātur autem anſulis hyacinthinis: que in vnoquoq̧ latere cortinaꝝ diſpoſite altera contra alterā veniebāt. et bine anulo aureo colligabātur ſicut ad ornatū colli fibule argentee vel auree: vtranq̧ orām capitij ſolent colligare. Dicit tamen Joſephus: anulis aureis et vncinis eas fuiſſe iunctas. Secundū operimentum erant ſaga cilicina. q̄ et vela vel capillatia quandoq̧ vocantur que de pilis capraꝝ quos capillos quādoq̧ dicimus: ad differentiam lane ouium facta erāt. de quibus et cilicia fiunt. Unde et illa ſaga cilicina dicta ſunt: q̄ pro aſperitate ſaga dicebantur. Unde et quoſdam pannos aſperos ſagias dicimus.

tum tabernaculi.

Secundū operimētū

Uel forte ex quadratura ſaga dicta ſunt. Unde et militare palliū a gallis inuētū qꝛ quadrū erat ſagū dictū eſt. Quod tamē ex aſpo fiebat panno contra aeris intemperiem: ⁊ potuit dici ſagū.

Additio.
Quo dicunt vti reges francoꝝ cum primum coronantur. Quadratum eſt iungitur ad collū et caret omni tura.

Erat autē ſaga hec. xj. lōgitudo ſagi vni⁹ habebat cubitos. xxx. latitudo quatuor. ⁊ erant. v. ſibi mutuo iuncta: vt q̄ſi vnū ſagū facerēt ⁊ alia ſex quaſi in vnū ſagū iūcta. Jungebantur autem anulis aureis inſertis anſulis contra ſe venientibus. Utrum autem ſingule cortine vel ſaga ſibi inuicē ita copularentur an. vj. cortine ſibi conſutei filo inſeparabiliter in vnā cortinā iuncte erant: ⁊ alie quinq̧ ſimiliter. ⁊ ad tegendū tabernaculum:

lum he due magne cortine tātum
anulis ⁊ āſulis iūgerēt nō elucet.

¶ De mō tegēdi ſecundū Bedā.
Capitulum.lv.

Incidēs eſt ⁊ nō de biblia. Quomodo vero ex his te-
gebatur tabernaculum
videamus prius. Secun
dum Bedam protende-
bantur decem cortine ſibi copula
te per tranſuerſum ſcilicet taber
naculi. totum operientes taberna
culum: et deſcendentes per late-
ra vno cubito diſtabant ex omni
parte a terra. Et quia ſimul iun-
cte. xl. cubitos implebant: longi-
tudinem tabernaculi: que erat
xxx. cubitorum tegebant. Et. v. cu
biti depende-
bant iuxta lat⁹
occidētale: alij
quinq̧ tantum
deſcēdebāt an
te aperturā que
erat ad orientē.
Tamen ne in-
compoſite pen
derent vtrobiq̧
cortine trāſgre
dientes duo ma
gna latera ta-
bernaculi vſq̧ i
medium aper-
ture trahebant
ibiq̧ mutuo iun
gebantur. et ſi-
militer in late-
re occidentis.
Et ita ex omni
parte taberna-
culum erat te-
ctum cortinis
vno tantum cu
bito circa terrā
ex oi parte non
velato. Super-
ponebant ſaga
ſimiliter p tranſ
uerſuz: ſed quia
erant. xxx. cubi-
torum per late-
ra deſcendebāt
vſq̧ ad terram. ⁊ ita cubitum cor

Additio.
Nota ꝙ ait qui
q̧ cubi. de. ij.
Nō ideo hoc di
cit: quin p totaz
partem occiden
talē ſimul ⁊ oriē
talem depende
rent quinq̧ cubi
ti: ſed quia illa
pars cortine q̄
depēdebat in la
teribus reſpectu
longitudinis ta
bernacli erat tā
tum quinq̧ cu-
bitis: ſed reſpe
ctu latitudinis
erat nouem cu-
bitis. Ideoq̧ cō
tingebat quod
cum iunctis cu
bitis hinc et in
de venientibus
etiā in his dua
bus partib⁹ oc
cidētali. ſcilicet
et orientali. to-
tum tabernacu
lum: preter vnū
cubitum tegere
tur.

tinis nō velatū ipſa velabant. Sz
qr ex tranſuerſo. xliiij. cubitos hē
bāt cū eſſent. xj. ſimul iūcta. ⁊ vnū
quodq̧ erat quatuor cubitorū lō
gitudinē tabernaculi. xxx. cubitis
tegebāt. de. xiiij. qui ſuperant. vij.
deſcendebant ad occidentem. et
vij. ad orientem. Partes vero ſa-
goꝝ que ſupererant pendentia iu
xta latera duo magna vſq̧ ad ter
ram ex vtraq̧ parte reducebātur
ad tegendū introitum orientalē.
Sed quia. vij. cubiti ex vtraq̧ par
te veniebant in ſpacio vero introi
tus decem tm̄ erāt ſuperſuebatur
ſaguz ſago. Uel forte in ſummita
te cuiuſq̧ duo cubiti retro plicati
conſuebantur inſtar orarum veſti
menti. ⁊ tunc ex equo venientia ſa
ga de lateribus in medio introit⁹
copulabātur in eodē loco in quo
et cortine: ⁊ ſimiliter in latere occi
dentis. Propter huiuſmodi ſuper
ſuturaz vel replicationem ſagoꝝ
dicit Beda primo dixiſſe dominuz
moyſi. Sextum ſagum in frōte te
cti duplices id eſt dimidium ſagū
quod excedit cortinas in introitu
ſuperſues vel replicabis. Et poſt
planius addidit quod ſupereſt in
ſagis: id eſt vnū ſagum ꝙ amplu⁹
eſt ex medietate eius operies po
ſteriora tabernaculi: id eſt lat⁹ oc
cidentis. Duplicabantur autē ita
vt impetum ventorum poſſent ſu
ſtinere. et ſecundum hanc diſpoſi
tionem tabernaculū ex omni par
te tegebatur ſagis vſq̧ ad terram
⁊ nil ex eo videbatur. et tentoriuz
quod erat in introitu p̄cioſum. in
utiliter ibi erat: ⁊ cū ſacerdotes in
trabant tabernaculum vel neceſſe
erat attollere ſaga et cortinas vt
ſubintrarent: vel in medio iunge
bantur vncinis ⁊ anulis ad introi
tum eorum diſſoluebantur.

¶ Joſephus aliter. Cap. lv. Incides et non de biblia.

Alia eſt ioſephi diſpo-
ſitio: cui conſentit Ori-
genes et videtur proba
bilior. Ait enim. x. cor-
tinas ſibi mutuo iun-
ctas

etas: vt dictū eſt a frōte taberna-
culi ſup introitū extēdi p trāſuer
ſum ⁊ tegere totū tabernaculū: et
deſcēdere iuxta latus occidentis
vſq; ad terrā. Introitū vero nō te
gi aliqua parte coꝛtinarū: cū pro
priū velū haberet. Similiter ⁊ de
ſagis totū dicit opiri tabernacu-
lū: excepto itroitu. Sed qꝛ duo cu
biti ſagoꝝ: ſupi ſunt coꝛtinis: ex
vtraq; pte dicit eos replicari ſub-
coꝛtina: ne vent⁹ intrās: inter ſaga
⁊ coꝛtinas: totū ꝯcuteret operimē
tū: p quo etiā dictū putat. Sextū
ſagū in frōte tecti duplices: ſed ēt
ſcðm hec ſpecioſa ⁊ ꝑcioſa pluri-
mum pars extrinſeca tabernacu-
li nō videbat: nec illud coꝛtinarū
qđ circa tabernaculū defluebat.
Fruſtra ergo tāti facta videbant.
Quocirca foꝛte ex omni pte coꝛti
ne ⁊ ſaga funib⁹ extēdebāt circa
tabernaculū ⁊ paxillis ereis colli
gebātur funes: qꝛ ⁊ paxillos ha-
buiſſe tabernaculū infra Moyſes
dicit: ⁊ in modū tecti depēdentis
circūquaq; attollebant: vt ⁊ taber
naculū vndiq; videri poſſet: ⁊ cir-
cuiri ab igredientib⁹ ſub coꝛtinis.

¶ De pellib⁹ ſuppoſitis. ca. lvij.

C
exo. 26
Operimentū
tertiū.

Quocunq; vero modo hec duo operimenta diſpoſita fuiſſent de reliquis duobus non eſt queſtio. Sane tertiū erat operimentum de pellibus arietū rubꝛicatis: q̄ ſuperioꝛa tantum te gentes: ad altera non deſcēdebāt funib⁹ ⁊ paxillis ereis affixis ter-

Operimentū
quartū

re circūligate. Quartum ꝗ̄ operimentū in eūdē modū erat ſuperpoſitū de pellibus arietū hyacinthinis: ſuperpoſita vero erāt hec duo propter eſtū ⁊ imbꝛium diffuſionem. Multos itaq; (vt ait Joſephus) ſtupoꝛ habebat a longe inſpicientes: nam coloꝛē eius in nullo putabant differre a celo.

¶ Quid figurabant predicta.
Capitulum. lviij.

Incedēs de
claratiōnam.

In hac cōpoſitione tabernaculi: patet deum ⁊ nō hominē ſic diſpoſuiſſe: quia (vt ait Joſephus:) Singula hoꝛū ad formā rerum facta reperiet: ſi quis abſq; inuidia velit hec cōſiderare. Additum eīm qđ ſoli pōtifici permiſſū erat: figurabat celū deo ⁊ angelis attributū. Sāctuariū vero quod in duplo erat: terrā ⁊ mare cūctis greſſibilia: ſicut ⁊ illa pars cōmunis ſacerdotibus erat. Coꝛtine celum ſidereū: ſaga aquas q̄ ſunt ſuper firmamētū. Pelles rubꝛicate celū empyreū in quo ſunt angeli. hyacinthine celum ſuperius: vbi de⁹ ſup oīa. Tū in quatuoꝛ coloribus veloꝝ dicit Joſeph⁹ figurari quatuoꝛ elemēta. Per byſſum terrā: qꝛ de terra eſt: ⁊ ꝑmo terreū ⁊ viridē coloꝛē hꝫ. Per purpurā mare: qꝛ ex cōchis marinis tingit. Per hyacinthū aerē: qꝛ i coloꝛe ei ſimilat. Per coccū ignē: qꝛ i coloꝛe ei aſſimilat. Per mēſam tps vel annum. Per panes duodecim menſes. Per coronā quatuoꝛ digitoꝛū ānū ſolarē quatuoꝛ tēpoꝛū. Per coronā minoꝛem annum lunarē. Per ſeptē lucernas cādelabꝛi ſeptē planetas. Per lxx. eius partes decarmoniam planetarū. Foꝛte q2 quilibet planetaꝝ hꝫ decē dignitates vel poteſtates. Quinq; naturales: et quinq; accidētales: in quibus armonice: id eſt pꝛopoꝛtionalter ſe habent. In cādelabꝛo notatur: qꝛ que ſub eis ſunt ad ipſos tendūt id eſt motus naturales ⁊ effect⁹ ab eis habent: quod etiam notat oꝛnat⁹ ei⁹ cyphi. i. vaſa liquoꝛis aquā: ſpherule ſolē ſphericū: lilia aerē: q̄ ſolus vitiatur odoꝛibus.

Additio.
Eſt ann⁹ legitim⁹ ⁊ ann⁹ vſualis: eſt ⁊ annus emergēs. Annus leg. a lunatione apꝛilis incipiēs: vſualis a kal. ian. hebꝛeus emergēs: ꝗ̄libꝫ die icipiēs.

Additio.
Deca decē ⁊ armonia. i. cōcoꝛdia. Inde decarmonia. i. conſonātia planetaꝝ.

¶ De altari holocauſtoꝝ. C. lix.

 Precepit

A Exod. 27. PRecepit q̄ꝫ dñs neri altare de lignis ſethim. Altare hoc dicebatur holocauſti vel holocauſtoꝝ vł holocauſtomatū. ⁊ poſſet dici ſacrificioꝝ: ſed a digniori nomē accepit. Erat aūt in lōgitudine ⁊ latitudine quinqꝫ cubitoꝝ .ſ. quadrū: ⁊ altitudine triū. cui tāđ nimis alto ad horā miniſtratiōis aliq̄d apponebat in q̄ ſtaret miniſter: qđ impleta miniſtratiōe tollebat. Altare em̄ gradus habere
B Scꝫ ſupra. 20 alibi phibet. Erat em̄ cōcauū inſtar arce ſine operimēto parietes lignei. ſed operti erāt ere intus ⁊ extra: licet vti nō poſſent. ſicut nec antiton vel lignū paradiſi quodlibet qđ vrēdo fit mūdius. erea ei⁹ ſiue arula area erat tāđ fundus arce ſup quā fiebat ignis q̄ per feneſtrā q̄ erat in latere oriētali imponebat. In quatuor angulis ſuperiorib⁹ erant extra quatuor recurua cornua: i q̄b⁹ q̄tuor cathene anulis inſerebāt. de q̄b⁹ depēdēs craticula erea i modū retis facta vſqꝫ ad mediū altaris int⁹ deſcendebat ſuper quā cremāda i odorē dño ponebant q̄ ignis p circulos craticule aſcēdēs de arula ↄſumebat. Circa āgulos vero inferiores quatuor erāt anuli erei: in q̄b⁹ vectes iponebātur de lignis ſethim operti ere ad portadū altare. De
Nota opiniones. hoc th̄ altari ⁊ craticula ei⁹ ambiguitas eſt: nō ſolū inter nos verū etiā inter hebreos: p̄cipue cū hebraica veritas a nr̄a trāſlatiōe nil diſcrepare videat. Nos q̄dē ſic habemus. Facies craticulā i modū retis eneā: p cuius quatuor angulos erūt quatuor anuli enei quos pones ſubter arulā altarꝫ eritqꝫ craticula vſqꝫ ad altarꝫ mediū. Hebre⁹ vo ſic hꝫ. Facies ei m·char .i. craticulā: fracturam retis enei. ⁊ ſup rete q̄tuor anulos eneos: ⁊ dabis illā fundū arce de ſubtus. eritqꝫ rete vſqꝫ ad altaris mediū. Joſephus aūt ſic. Cui ſuberat craticula i modū retiaculorū facta. Suſcipiebat em̄ terra ignē q̄ de creaticula ferebat. q2 baſes nō erāt ei ſubiecte. Caſſiodorus th̄ ſenator i pictura quā fecit cui⁹ in expoſitiōe pſalmoꝝ meminit quatuor pedes i vtroqꝫ altari fecit. Proinde videt q̄buſdā nō ſupponi craticle carnes aſſandas: ſed fuiſſe q̄ſi vas quoddā i q̄ ſederet altare: cui⁹ parietū altitudo altare ambiēs vſqꝫ ad mediū altarꝫ eleuata eēt. i cui⁹ angulis ſurſuꝫ quatuor anuli pēdebāt. p q̄ vectibus iſertis altare ipſi inſidēs portaretur. Altare em̄ nō legit alios anulos habuiſſe. Sꝫ vtrū ſepatū eſſet hoc vas reticulatū ab altari ita vt amoueri poſſet altare ab eo cū vellēt ⁊ ſupponi an de ipſo altari ope fuſili ita fabrefactū eſſet vt quaſi oppoſitū videret: ambiguū eſt. Super arulā vero altaris quā in medio eius poſitā dicūt p feneſtrā ab oriēte ſtruem lignorū imponi aſſerūt ⁊ ſuper ligna carnes imponi aſſandas. Uł nō erat ibi arula: ſed ſup craticulā ſuper poſitā fiebat ignis. quod velle videtur Joſeph⁹ in p̄dictis verbis. Alij s vł nec operimētū nec fundū ipm habuiſſe: ſed parietes th̄ terra repleri ſm q dñs dixit. Altare de terra facietis mihi: i cui⁹ area ſuperiori fiebat ignis: vbi cremāda imponebātur. Et de craticula altari ſuperpoſita idem ſentiunt. Arula vero ſubter quā craticula poſita legit. hebreus areūculā vocat vel ſulcū quem in medio parietū altaris fuiſſe dicit: vſqꝫ ad quē locū altitudo craticule pertingebat.

Additio. Iuxta p̄dictam opinionē expoſnit ſubter vel ſuper. vel ſic ordinatur litera: q̄s pones ſubtus .i. ſubter quos pones.

Additio. Hoc ſm predictas ſententias nō eſt ſeruatuꝫ ſed myſtice

Additio. Qr forte ↄcau⁹ erat loc⁹ ad recipiendos cinere hoſtiarum.

De ſitu

¶De ſitu altaris ⁊ vaſis ei⁹.c.lx.

A Ex. 27 POſitū aūt erat altare ante tabernaculū ſub diuo nō'di recte ante introitū:ſed aliquanto ad meridiē deſcēdens:ita vt ante ipm immolātes ſtātes ad aquilonē l ipm] tabernaculū vſq ad ſan cta ſanctorū inſpicere poſſent.Et qꝛ ſtabant ad aqlonē.i.in altaris latere aqlonari:⁊ ꝯtra meridiem. qñ legit eos ſacrificaſſe ad aquilonē.qñq ad meridiē.Erantq in vſus eius lebetes ad colligendos cineres cū abūdabāt ⁊ deportandos q̄ i locū ſecretū ⁊ mūdū reponebant·⁊ forcipes ad emundādū ignē altarꝫ.Et fuſcinule quas grece creagras dicim⁹.qꝛ inde de caldarijs carnes cocte ꝓferebant et patilla quaſi vatilla a vehemēdo q̄b⁹ ꝑtunc ab hoc altari ad altare tymiamatis deferebantur:preter cacabos ⁊ ollas ad carnes coquēdas:q̄ tñ iuxta altare nō coquebātur.oīa vero enea erāt.Hebre⁹ vero ſic hꝫ.Facies eius olas:⁊ eius pallas.⁊ ei⁹ pelues:⁊ ei⁹ vncinos ⁊ eius ignium receptacula.

¶De atrio circa tabernaculum. Capitulum.lxi.

C Ex. 27 ERat aūt atriū circa tabernaculū in latere meridiano.c.cubitorum.in aquilonari.c.in orientali vero l.⁊ totidē in occidētali.Et ſic quadrū erat vł quadrāgulū:ſed non quadratū.ſed in forma altera parte lōgiori.Erātq in latere auſtrali.xx.colūne:alte. v. cubitis.veſtite laminis argēteis. capita habētes argētea cū celaturis cū baſibus eneis.ſpacio.v. cubitorū īter ſe diſtātes : ſuper quas annuli ſinguli incrāt.ꝑtingebantq funes ab anulis vſq ad capita paxillorū:q̄ erāt

Additio.

Eminentia q̄dā erāt in ſummitate colūnarū ⁊ ipa ꝑforata et ī foramīe due corde vna hinc et vna inde q̄ tenerēt colūnā rectā in gloſis inquit cubiti vni⁹ magnitudine:⁊ per ſingulas columnas ī terrā valide fixi:vt atriū immobile cuſtodirēt:cortina vero de biſſo molliſſimo.c.cubitorum in lōgū:et v.in latū per columnas depēdebat a capite vſq ad baſem diffuſa :vt nihil a pariete differre videretur:niſi forte ꝑ aeris intēperie.qñq retro funibus ⁊ paxillis traheretur: vt ſub ea tāq ſub tecto reciperet populus.Incundem modū latus aqlonis.xx.colūnas ⁊ cortinā habebat diffuſam ab occidente vero decem colūne:⁊ cortina cubitorꝫ.l. atrium cingebat.In egreſſu vero ad orientē tres colūne hinc ⁊ inde tres ſtabāt:⁊ cortine iuxta has diffuſe nihil a prioribus differentes. In medio vero latre eius quatuor erāt colūne in modū portarū :quibus appenſum erat velū de quatuor precioſis coloribus:cōtextū opere plumario :qđ ad egreſſum ⁊ ingreſſum facile attoli ⁊ deponi poterat.Notandum tñ in lōgioribus laterib⁹ fuiſſe colūnas.xx.inter quas erāt aperture.c.cubitorꝫ ⁊ ī duob⁹ minoribus.ix.ſed ꝑpter angulares q̄ cōmunes erāt duobus lateribus dicūtur ibi xx.hic vero decem.Et deſignauit domin⁹ per numerum colūnarum numerū intercapedinū. Habebat ergo vtrūq lat⁹ magnū .xx.columnas.id eſt

vſ.exodi dicunt lingule:⁊ qꝛ de caluate ⁊ quaſi rotūde in ſummo ad modum lingue appellat eas ioſe.āgul⁹. Credibile etiaꝫ inquit q ſingulis baſibus columnarum inferius eſſet infixa cauilla.per quā etiā tota columna terre firmiter inhereret.

Additio.

Si in latere meridiano.xx.tñ colūne eſſent cū vnaqueq diſtaret ab alia q̄nq cubitis.cum fuerit īter eas.xix. īterſtitia nō habebāt in lōgitudine niſi nonaginta quinq cubitos.Idē etiaꝫ de latere aqui

nas.i.xx. interca pedines. Alia litera .x. colūnas. id eſt .x. interca pedines.

lonis intellige. Hanc obiectionem ſoluit magiſter.

¶ De lucernis tabernaculi.
¶ Capitulum.lxij.

G Precepit etiā dominꝰ
Ex.27. offerri a filijs iſrael oleū oliuarū puriſſimum: piloqꝫ tuſum. Hoc em purius eſt ꝙ̄ nuceum: vel lineum. vel myrtinū: vl' raphaninū. vt ſemper arderet ex eo lucerna in tabernaculo teſtimonij: quā aſcēdebat aarō ⁊ filij eius veſpere: ⁊ vſqꝫ mane lucebāt ſuper cādelabrū ſeptē lucerne coram domino: in die vero tres tantum. Lychinus lucerne papyreꝰ erat: cincēdula vero quā mergum dicimus aurea.

¶ De cōibus veſtibus ſacerdotū.
Capitulum.lxiij.

A Uerū locutꝰ eſt dn̄s
Ex.28. ad moyſen dicens. Applica fratrē tuum aarō ad te cum filijs ſuis de medio filioꝝ iſrael: vt ſacerdotio fungantur mihi: facieſqꝫ veſtē ſanctam fratri tuo: in qua ſanctificatus mihi miniſtret. De his ſane veſtibꝰ: quia cōfuſe agit hiſtoria ad euidētiā cōgruo ordine proſequamur. Quatuor erāt veſtes tā ſacerdotibus minoribꝰ quos chaneos vocabāt ꝙ̄ principi ſacerdotum: quem arabarchum appellabāt cōmunes: ⁊ alie ꝗtuor poſt illas quibus ſolus arabarchus.i.princeps ſacerdotum vtebatur: quibus ſecūdū ordinem hunc induebatur. Purificatis prius manibus ⁊ pedibꝰ aque. ſacerdos induebat manachaſim: quod ꝯſtrictoriū ſonat quod grece brache: latine femoralia dici poteſt. Eratqꝫ de byſſo retorta cōtextum. ingredientibuſqꝫ p ipſm pedibus aſcendebat vſqꝫ ad lūbos. ibiqꝫ fortiter ſtringebatur: ⁊ vſqꝫ ad genua tantū deſcēdebat. noſter tamen pontifex qꝛ ingem habet continentiā tantū ſandalijs pedes tegit. ac ſi dicatur ei. Qui lotus eſt / non indiget niſi vt pedes lauet. Secundo byſſina ſyndōe duplici veſtiebatur. quod ceeto mone.i.lineū dicebat. quā nos lineam ſtrictam ſiue camiſiā vel ſubuculā dicimus: quam moyſes abanech appellauit: ſed poſt a babylonijs diſcētes hebrei emiſſaneā dixerant. Eſt autē deſcendens vſqꝫ ad talos: ⁊ decēter corpi coaptata ſed manicis brachia valde cōſtringens. naſtilibus vel naſtulis hincinde ſuper humeros capitiū cōſtringētibus. Tertio ſtringebat balteo lato: quaſi digitꝫ quatuor ſic reticulato. vt quaſi pellis viperea quā in eſtate exuit videretur cōtexta floribus coccineis purpureis ⁊ hyacinthinis. ſtamen vero tm̄ byſſinū erat. ſumēs initium cingēdi a pectore: circūductis lateribus iterū ante vmbilicū redibat: ibiqꝫ modice ſtringebatur et vſqꝫ ad tybias depēdebat ad decorē dū ſacerdos nihil operabat. cū autē ſacrificabat: ne impediret pēdētes ſummitates ſup leuū humerū reflectebat: vnde ⁊ forte diaconus quandoqꝫ caſulā plicatam eidem humero ſuperponit. Quarto ſimplicem tyarā geſtabat in capite: a cidari pontificali plurimū differentē. Erat enim in modū pileamati vel caſſidis modice: medietatem verticis excedens: dicebaturqꝫ manephei habēs vittas: ꝗ inuolute ſepius nectebantur ne facile laberet: habēs deſup aliud velamen

Additio.
Origenes. Femorale veſtimētū eſt in quo pudenda corporis cōtegi ⁊ cōtingi ſolēt. Et ne turpitudo deſinētibus femoralibꝰ reueletur: zona femora cōſtringuntur.

Additio.
Id eſt prios motus: quos penitus coercere nequit refrenet.

velamen byſſinum vſq̨ ad inferio
ra barbe deſcendens: celās pilleí
ligaturas ⁊ totam capitis ſuperfi
ciem aptatumq̨ perfecte ne labo=
rante ſacerdote rueret.

Proſecutio.ꝑcedētiū

¶De pōtificalibus indumentis.
Capitulum.lxiiij.

Uper hec proprijs
quatuor veſtibus in=
duebat̄ arabarchꝰ:
quarū prima tunica
erat hyacithyna po
deris vel ipoditis di
cta.i.talarꝫ:quā hebreꝰ mechir di
cit. Eratq̨ de duabꝰ inciſionibꝰ fa
cta cōſuta:ſuꝑ hūeros: ⁊ ꝑ latera
in modū dalmatice fctā manicas
eiuſdē coloris hñs aſſutas capitiū
hñs nō ex trāſuerſo ſuꝑ ſcapulas
ſʒ in longū ſectionē habebat a pe
ctore vſq̨ ad medias ſcapulas:cui
aperture ne añt retro turpiter ap
pareret aſſuta erat vitta q̄ ſuꝑ ſca
pulas hincinde naſtulis aſtringe=
bat̄. habebat āt ꝑ fimbrijs. lxxij.
tintinnalia aurea q̄bꝰ erāt imixte
totidē naſtuli quaſi mala punica
ex hyacitho ⁊ purpura ⁊ cocco bis
tincto ita vt poſt tintinabulū eēt
malūgranatū:q̄ſi interſcalari mō
poſita vt audiret̄ ſonus:cū ſacer=
dos ſolꝰ ingrederet̄ vel egrederet̄
ſanctuariū:⁊ nō
moreret̄. Super
hāc tunicā vide
tur ioſephꝰ vel
le accingi pōti=
ficē cingulo pre
dicto quo alīj ſa
cerdotes ſupli=
neam tunicam.
alīj nōdū ipſuʒ
accingi dicunt.
ſed ſuū ephot
vt ſuper omnia
indumēta ad vl
timuʒ cingeret̄.
Fueruntq̨ qui
dicerent duas zonas habuiſſe pō
tificeʒ:primā ad modū ſacerdotū
ſecundaʒ ſuper ephot:que due ta
mē ꝑ vno habebātur indumento.

De ephot.

Additio.
Et ſi ad lr̄aʒ ve
rum non fuit q̄
moreret̄ ſacer=
dos cū ſonꝰ nō
audiebat̄.tñ al=
legorice ꝑ hoc
datur itelligi q̄
non debent eſſe
muti ſacerdotes
q̄ debēt curā ge
rere gregis ſui.
vñ dicit̄. Ue ca=
ni non latranti.

Secūda veſtis erat ephot:ſimilis
ſuperhūerali grecoꝝ de predictis
quatuor coloribus:auroq̨ conte=
xtū ſine manicis ad modum collo
bij:deſcēdēs vſq̨ ad renes:⁊ adeo
vt ſuper eigi poſſet ſuperiorē par=
tem tunice hyacinthine tegēs:in=
feriorē relinquens intactam. Ore
vero laterum vncinis ⁊ annulis au
reis iungebantur: aperturam ha
bens in pectore
quadrū ad ma
gnitudineʒ pal
mi in qua logiō
inſerebatur:i cu
ius parte ſupe=
riori ſuꝑ vtrūq̨
humerum inſi=
bulati erant au
ro duo lapides
onichini ſardo
nices (ſm Joſephum) ſecūdū.lxx.
ſmaragdi:in quibus erāt ſculpta
xij.noia filioꝝ iſrael ꝑncialibꝰ
literis:lingua hebrea iuxta ordi=
nem natiuitatis eorū.vj.noia ſe=
niorūʒ in hume
ro dextro:mino
rum in ſiniſtro
ob recordatiōeʒ
filioꝝ iſrael. ha
bebat autem ca
pitiū ex trāſuer
ſo ſuꝑ humeros
fortibꝰ loris cō=
textū. ¶Quod
legitur ſamuelē
et dauid indu=
tos ephot aliud
erat et proprie
ephotar diceba
tur ⁊ erat lineū
illō x̄o mira pul
chritudine ver=
miculatuʒ. Ter
tium erat orna
mentū quod he
breus eſſin:grecus logyon:latinꝰ
rationale dicit:quadrangulū ⁊ du
plex:ne pōdere gemmarū rumpe
retur:mēſurā palmi hñs.ſ. aper=
turā ſuperhumeralis iplere ſuffi=

Additio.
Palmꝰ mi.quar
ta eſt mēſura q̄
ſit pugno:ex:ten
ſo pollice reli=
quis digitis cō=
plicatis cōtinēs
dimidum pe=
dem.

Additio.
Jd eſt lr̄is ⁊ figu
ris q̄buſdā notꝫ
oibus ſunt cha
racteres q̄daʒ
vulgo notis qui
bus etiā laici in
cōputationibus D
dicunt̄ vti in di= 1.Re.2
gitis ſuis vel ꝑ C
ꝑncíales lr̄e di 2.Re.6
cunt̄ egyptioꝝ.
q̄s ꝑpter coha=
bitationē eoruʒ
nouerant. Sed
ſiue hoc ſiue a=
lio mō itelligas
lingua hebrea
erant ſcripta.

De rōnali.

tiens:ex predictis quatuoꝛ coloꝛi
bus cōtextū ⁊ auro:eodem ſcema
te quo ſup ⁊ hūerale.Erātq; in eo
xij.lapides auro firmiter īcluſi ꝑ
quatuoꝛ oꝛdines trini in ſingulis.
In primo oꝛdine ſardius: topaſi⁹
ſmaragdus. In ſecundo carbūcu
lus.ſaphirus:iaſpis. In tertio li-
guri⁹ achates : ametiſt⁹. In quar
to criſolitus:onichin⁹: ⁊ berrilus.
In quibus erant ſculpta.xij.noīa
filioꝝ iſrael iuxta oꝛdinē natiuita
tis ſue ſingula in ſingulis vt geſta
ret ſacerdos memoꝛiale filijs iſrł
et filioꝝ iſrael in humeris ⁊ pecto
re ob recoꝛdationē triū quoꝝ vni⁹
popul⁹ eſſet memoꝛ:ipſe vero duo
rū:vt ſcꝫ popul⁹ vidēs noīa pātrū
ſuoꝝ ſatageret ne a virtute prioꝝ
degeneraret.Sacerdos vero vitā
et fidē patriarcharum meminiſſet
imitari.Meminiſſet etiā ꝑplm ex
his patribus oꝛtum : ſacrificijs et
oꝛationibus deo commēdare. Ap
pellabatur enim rationale iudicij
qꝛ ſcripta erāt in eo hec duo nomi
na iudiciū ⁊ veritas: vel doctrina
et veritas.Sane vbi nos habem⁹
pones in rationale iudicij iudiciū
⁊ veritatē hebre⁹ habet phurim ⁊
thumim.Unde ⁊ foꝛtes in q̃b⁹ iu-
diciū veritatis īquiri ſolet purum
dicūt.Tradunt aūt ī medio ratio
nalis fuiſſe lapidē q̇drū : magni-
tudine duoꝝ digitoꝝ:in quo ſecū
dū coloꝛis mutationē ꝑpendebāt
vtrum deum placatū haberēt: an
offenſum.Ioſephus dicit ſardoni
cē:qui in dextro humero gerebat:
cū ſacrificiū pontificis deo place-
bat tāto ſplēdoꝛe micare:ꝙ etiam
ꝑcul poſitis radi⁹ ei⁹ appareret:
egreſſuris ꝓo ad ꝓliū ſi de⁹ cū eis
eſſet tātus fulgoꝛ in lapidibus ra
tiōalis apparebat : vt omni fieret
multitudini manifeſtū ī eoꝝ auxi-
lio deū adeſſe:⁊ob id rōnale iudi-
cij nūcupari. Aſſerit aūt Ioſeph⁹
hūc ſardonicē ⁊ fulgoꝛē ſardonicis
rationalis ceſſaſſe annis ducentis
antēꝗ̄ ipſe ſcripſiſſet:hec cū deus
moleſte ferret trāſgreſſiōes legis.

Erant etiā in quatuoꝛ ſummitati-
bus rationalis quatuoꝛ anuli au-
rei:quoꝛū duob⁹ ſupremis inſerte
erāt due cathene auree ſibijnuicē
coherētes id eſt obliquate admo
dū.x.litere ſibi in med o cōiuncte:
vł poti⁹ exprimit facturā cathene
in qua. macule
maculꝫ coherēt
ꝑquo hebre⁹ hꝫ
plexas opeꝑple
xo ioſeph⁹ dicit
per fiſtulas ve-
nientes:qḋ iux-
ta caldeū ſonat
terminatas.i. ad
quātitatem ſpa
cij in quo ꝑten-
debant factas.q̄ ſurſum ferebant
vſq; ad ſcapulas pontificis:ſuper
quas inſerebantur duob⁹ vncinis
aureis ſuphumerali firmiter in-
ſertis:duob⁹ vero anulis inferioꝛi
bus aſſute erāt due vite hyacithi
ne.q̄ circa latera ducte duob⁹anui
lis aureis īter ſcapulas inſerebā-
tur q̇ ſub vtroq; ſardonice ī ephot
fixi ſtabāt vt vtraq; ligatura ephot
⁊ lohiō ſibijnuicē firmiter cohere
rēt.Sup hoc dicit Ioſeph⁹ zonā
ex quatuoꝛ coloꝛibus ⁊ auro cōfer
tā:ex vtroq; latere circū ductā et
iterū reuolutā aā pect⁹ in vtraq;
ſummitate infra pendente: habē-
tē ex aureis fiſtulis fimbrias miro
decoꝛe compoſitas.

Additio.
Ad hui⁹ cathe-
ne ſilitudinē: di
cit:m.ſtolā a col
lo ex vtraq; par
te dependentē
obliquandā in
pectoꝛe.qḋ inde
ſic non fit.

De mitra ⁊ tyara. Capłm.lxv.

Ultimum erat capitis oꝛna
mentū:qḋ cōmuni⁹ tyara Exo.
vel mitra dici pōt vel ifula:ſpecia 28.
lius ꝓo cidaris.Eratq; tyara ad Et
modū predicte facta:q̄ cōis erat et.39.
ſacerdotibus:ſup quā cōſuta erat
alia tota hyacinthina : que circū-
dabatur aureo circulo trib⁹ oꝛdi-
nibus facto:ſup quā ab occidēte
ſtabāt floꝛes aurei plātagini ſimi-
les a tpe ad tps.A frōte vero ſu-
pra ſtabat flos aureus ſilis herbe
quā greci iuſquiamū dicūt magni
tudine digiti vni⁹.In ſuperioꝛi ve
ro planicie tyare ex oī parte ī cir-
cuitu

culu vſqȝ ad ſummitatē eius q̄ in acutiſſimū deficiebat; cacumē particulatim p loca erāt malagranata aurea:cū ſpinoſis extremitatibꝰ ſuis fabrefacta. Sup frōtē ſo pēdebat lamina aurea:quā petalū dicūt ad modū lune dimidie facta q̄ arcuationē ſurſū habēs ⁊ in medio anulū aureū vncino aureo inſerebat:q̄ tyare inſertꝰ erat. In qua ſculptū erat aloth adonai.i. ſanctū nomē dñi.ſ.tetragrāmatō. qd ieffabile dr.nō q2 dici nō poſſit ſȝ q2 rē ineffabilē ſignificat qd his literȝ ſcribit he. ioth. beth. van. que ſonāt principium vite paſſiōis iſte. qd eſt per paſſionē huiꝰ quē prefigurat hic ſacerdos reſuſcitabit ⁊ recuperabit vita in adā pdita. Ne vero cū moueret pontifex: moueretur ⁊ lamina ſancta ſurſum. ligabatur vitta hyacinthina pſpicua. celāte vncinū ⁊ anulū q̄ circundu cta capiti ⁊ ligata i occipite. depēdentes ſummitates ſup humerū vtrumqȝ diffundebat.

Additio.
Tñ he lr̄e nō repreſentant ſua elementa in illo nōie ſicut tunc aliquando elementa cetera.

De typo veſtium. Capit.lxvi.

Incidēs ex poſiti unum. priorū.

His veſtibꝰ ornatꝰ pōtifex imaginē totius orbis ſup ſe preferebat. Feminalia eñ ⁊ linea ſtricta.q2 biſſina erāt terrā figurabant baltei vero quotquot erant circūuolutionē occeani tunica hyacithina aera ipo colore pferebat p tintinnabula ſonitꝰ tonitruum.per malagranata coruſcationes ſignificabantur. Ephot vero ſui varietate celum ſidereȝ. quod auri ɡis coloribus intertextum erat: ſignificat q2 calor vitalis penetrat vniuerſa. Duo ſardonices ſolem ⁊ lunā:vel duo hemiſperia. xij. gēme pectoralis. xij. ſigna in zodiaco. Pulchre qd i medio erat rationale appellabatur. Ratione enim cuncta ſunt plena:⁊ terrena adherent celeſtibꝰ. imo ratio terrenoꝝ ⁊ temporū caloris ⁊ frigoris:⁊ duplex inter vtraqȝ tēperies / de celi curſu ⁊ ratione deſcēdit. Cidaris celū empyreū:lamina ſuppoſita deum omnibus preſidentem.

Additio.
Qui dā dȝ vnum qdā plres eſſere bāt:ideo dicunt quotquot erāt.

De cōpoſitione altaris incenſi et loco eius. Cap.lxvij.

Poſt veſtiū cōpoſitionē locutus eſt dñs ad moyſen de mō cōſecrationis aarō ⁊ filioꝝ eiꝰ qd ad ipſam cōſecrationē diſtulimus de altari aureo proſequētes. Factū eñ erat hoc altare d lignis ſethim:habēs cubitū lōgitudinis ⁊ alterū latitudinis:id eſt quadrū et duos cubitos in altitudine. Veſtitumqȝ erat auro puriſſimo. cornua habēs et craticulam auream et cathenas ⁊ anulos ⁊ vectes aureos inſtar prioris. vtrum vero arulaȝ haberet:an cineres exciperet terra:ambiguū eſt. Joſephus addidit q2 per angulos ſingulos coronas.vj.habebat ex auro puriſſimo.quod ſingulariter forte in exodo dictū eſt. A Exo.10

Altare incenſi.

Additio.
Quedā eminētia ad modum labij.

ita. Facieſqȝ ei coronā aureā p girū. Hoc altare dicebat incēſi, vel tymiamatis quia ſingulis diebus mane et veſpere ad cōſumādū iuge ſacrificium qd fiebat de duobus agnis ſup illud tymiama incendebatur ſanctificatū dño. Fuerunt tamē q̄ dicerent mane ſolū incenſum: id eſt thus ſupimponi. veſpere vero pro dignitate ſacrificij veſptini tymiama. Ceterū vtrū hoc altare eſſet intra ſancta ſanctorum an in ſāctuario cū candelabro ⁊ menſa ſancti videntur dubitare. Nec eſt putandum in dubiū veniſſe quin eſſet in ſanctuario. cū hebreꝰ hoc dicat ⁊ ioſephꝰ plane ⁊ prima poſitio

ſitio tabernaculi facta a moyſe in
nuit: niſi q2 Paul⁹ ad Hebre. thu
ribulū ponit aureū intra ſctā ſan-
ctoꝝ ſolū modo. Potuit eſſe ſane
ꝙ in tēplo vbi oīa āpliata fuerūt
⁊ multiplicata ꝑter altare aureū
quod erat extra
velū: ad quod
bis in die neceſ
ſarium erat in-
gredi: erat ſupꝑ
additum thuri
bulum in adi-
tu: in quo ſum-
mus ſacerdos
prunas ⁊ tymia
ma que ſecum
ferebat adole-
ret: quando ad
interiora cōtin-
gebat ipſum pe
netrare.

Additio.
Origenes i ho-
melia de taber-
naculo. Fiunt
pretereaquedā
velaminibus di
ſtincta que ap-
pellant̄ ſancta
⁊ alia nihilomi
nus ſecundo di
ſtēta velamine
que dicunt̄ ſan
cta ſanctorum.
Collocatur in-
trinſecus arca:
ſupra quā che-
rubin extenſis alis ſeſe inuicē cō-
tingentibus ſtatuunt̄: ibiq3 ex au-
ro velo baſis tabula quedā collo
catur: que appellatur propitiato-
rium: ſed ad altare aureū incenſi.
Preterea in exteriori loco cande-
labrum ponitur aureum in parte
auſtrali: vt reſpiciat ad aquilonē:
in parte vero aquilonis mēſa collo
catur: ⁊ propoſitio panum ſuper
eā. necnon altare holocauſtorum
iuxta velamē interius ponitur.

¶ De compoſitione tymiamatis.
Capitulum. lxviij.

D. E. Exod. 30.

De cōpoſitiōe vero tymia-
matis ſcꝫ/locut⁹ eſt dn̄s
ad Moyſen dicens. Su-
me tibi aromata ſtactē ⁊
onicha galbanum boni odoris ⁊
thus lucidiſſimum: equalis pon-
deris erūt oīa ⁊ i tenuiſſimū pul-
uerē cōtūdes ea. Onicha fert̄ eſſe
oſtreola paruula ſuaue redolens
magnitudine humani vnguis vñ
⁊ onicha dr: q2 onix grece vnguis
dicit̄. Stacten eſt gūmi qḋ fluit de
myrrha qḋ ⁊ myrrha dicit̄. Galba
nū vero ſuccus eſt ferule: ⁊ naſcit̄
in ſyria optimū: cartilaginoſū. ſ.
⁊ min⁹ lignoſum: cuius odore fu-
gātur ſerpētes. Ferula quoq3 ꝗ̄ ⁊
feniculū in gargano naſcit̄: cuius
ſuccus vilior eſt. Thus vero lucidiſ
ſimū optimū: qḋ maſculū dicit̄: q2
inſtar humani teſticuli rotūdū ē.
Dicit̄ etiā libanū a libano monte
arabie i quo naſcit̄ arbor thuris
ad aceris qualitatē ꝑplexo ⁊ intor
to vimine. Ex his quatuor fiebat
puluis tymiamatis ſcꝫ: ꝓhibuit
ꝙ dn̄s talē fieri compoſitionē in
vſus hoīs: ꝙ ſi quis ſimile faceret
vt odore eius frueretur periret de
populis ſuis. Inde eſt ꝙ in eccle-
ſia non datur odor thuris benedi
cti ſpōſo ⁊ ſponſe. Inde etiam eſt
ꝙ oblato thure benedicto ſup al-
tare ſi deſcēdat thuribulū ad cle-
ricos in choro: vel ad laicos aliud
thus ſine benedictione ponēdum
eſt et hominibus offerendum.

¶ De confectione ſancte vnctio-
nis. Capitu. lxix.

F. E. Exo. 30.

Nguētū ēt ſcīm de
quatuor fiebat aro-
matib⁹. Aroma vero
dr qḋlibet pigmētū
qḋ odore ſuo aera
inficit ꝗ̄ſi aerioma.
Sumebant̄ ꝗ̄dē quingēti ſicli vir-
gultoꝝ primi. i. precipue myrrhe.
Et eſt myrrha arbor ꝗ̄ grece ſmir
na dicit̄. v. cubitoꝝ: ꝗ̄ eſt in arabia
cui⁹ virgulta arabes exurūt vt me
lius pullulēt ⁊ fructificēt: ex quoꝝ
nitore multos cōtraherēt intolera
biles morbos: niſi fumo ſtoracis
occurrerēt. Cinamomi. cc. l. ſicli: ⁊
calami toridē caſie vero. d. Et ē cin-
namomū virgultū indie vel ethio
pie duoꝝ cubitoꝝ. dictū quaſi cā-
namomū: q2 in modū canne ſubti
les hꝫ calamos ⁊ replicatos: ꝗ̄ fra
cti ſpiramentum viſibile reddūt.
Calamus vero ſpecies aromatica
iuxta libanū. Caſia in aquoſis na
ſcitur: creſcit in immēſum odorē
reddit. Hec redacta in puluerē cū
oleo oliuarū: cū menſura hin con
ficiebantur opere vnguētarij: ⁊ ef
ficiebatur ſanctum vnctionis oleū
vel

vel vnguētū ſanctum: de cuiꝰ vſu loco ſuo dicemus. Joſephus etiā balſamum apponi dicit.

C ¶ De labio eneo. Ca.lxx.

Exo.30 Locutꝰ eſt iterū dñs ad moyſen. Facies & labium eneū cū baſi ſua. vas. ſcʒ lauatoriuʒ: qđ etiam later dr. qđ erat inter tabernaculū & altare holocauſtorum: in quo miſſa aqua lauabāt ſacerdotes manus ſuas & pedes. veſtes ſanctas accepturi vt ſacrificarent: ſilr ĩgreſſuri tabernaculū & egreſſuri: qđ dr factum de ſpeculis mulierū excubantiū ad ingreſſum tabernaculi. Forte de ſedibꝰ ſpeculoꝝ eneis factū fuit. Vel potiꝰ eo facto in circūitu labij ſupremi circūpoſita fuerūt ſpecula: in quibus ſacerdos videre poſſet: ſi vſpiam vel in facie vel in veſte maculam haberet abluendam.

¶ De redemptione numeratorū. Capitulum.lxxi.

B
Exo.30 Tertiumqꝫ dixit dñs ad moyſen. Cū numerabis filios iſrael dabit quiſqꝫ pretiuʒ pro aīa ſua: ne ſit in eis plaga dimidiū ſicli iuxta menſuram ſanctuarij. Siclus aūt. xx. obolos hʒ
· A. xx. annis & ſupra dabūt. ab eo cū tpe ad nomē familie trāſibāt.
B
2.re.23 Diues nō addet: & pauper non minuet. Et hec pecunia ad vſus tabernaculi reponebatur. hoc in dauid vindicatū eſt: qꝛ aliter fecit ꝗ̄ deꝰ iuſſerat: qꝛ regnāſ in pace q̄ſi ſuperbe populū numerauit: et numeratū iuxta pceptū dñi non fecit offerre & ſic in duobus peccauit.

¶ De electione artificum & datione tabularum. Ca.lxxii.

A
Exodi.
31. Vocauit etiaʒ dominꝰ ex nomine. i. nominatiʒ elegit huius operis ſummos artifices. beſeleel filiū huri de tribu iuda & ooliab eius ſociū. ſed minus
C
ij.pa.ij peritum filium Achiſamech de tribu dan quos impleuit ſpiritu dei id eſt ſciētia ad excogitādum in omne opere fabre faciendo.

¶ Completiſqꝫ ſermonibus his dedit moyſi duas tabulas lapideas digito dei ſcriptas.

Additio.

Nota qꝫ ſm varias. non videt beſeleel habuiſſe niſi duos annos ad plus.

Additio.

D
Vitium ſcriptorum in duobus Exodi.
maxime attēdit 31.
in pprijs noibꝰ & numeris & qm paralip. fere totus ꝯſiſtit in his duobꝰ potuit eſſe vitiū ſcriptorum: qui cum certum numeruʒ annoruʒ beſeleel poſuiſſe debuerint incertum pro certo ſcripſerunt.

¶ De vitulo conflatili. Ca.lxxiii.

A
Exodi.
Videns populus qꝫ moyſes 32.
morā faceret: dixit ad aarō. fac nobis deos qui pcedant nos. moyſi em̄ ignoramꝰ qđ acciderit. Excuſant ſe hebrei dicentes. quia eloym nō tm̄ deos ſed etiaʒ dños ſonat: & dicunt eos petijſſe duces itineris. Aarō ho & hur reſtiterūt. Sed indignatꝰ populꝰ ſpuēs i faciē hur: ſputis vt tradit eū ſuffocauit. Vñ timēs aarō ait. Tollite in aures vxoꝝ & liberoꝝ & afferte ad me. hoc erat qđ charius & pretioſius habebāt: putans. qꝛ ꝯſulētes auaricie ſuenellent afferre. quas cū accepiſſet formauit ex eis vitulū ꝯflatilē ope fuſorio. Forte aliđ nō reciperent: qꝛ adorauerūt bouem in egypto. Tradunt quidam aarō pieciſſe i ignē inaures: & ide ope demonis ꝯflatū caput vituli tm̄. qđ tñ q̄nqꝫ vitulus atqꝫ caput vituli vocat: qꝛ in excuſationē ſui inferiꝰ legit aaron dixiſſe moyſi.
Proieci illud in ignē & egreſſus ē Infra
hic vitulꝰ & dixit ppl's. hi ſunt dij co.
tui iſrael q̄ te eduxerunt de terra egypti. fecitqꝫ aaron altare coraʒ eo: & in craſtinū indixit ſolēnitateʒ maneqꝫ ſurgētes obtulerunt beſtias: ſeditqꝫ ppl's māducare: et bibere & ſurrexerūt ludere. i. adorare. Tunc ait dñs ad moyſen. Deſcende peccauit populus tuꝰ. q. d iam.

ſam nam meus. Dimitte me vt de leam eos faciã𝔮 te in gentem magnam. Cui moyſes. Queſo domine: quieſcat ira tua ne dicant egyptij: callide eduxit eos vt interficeret eos in montibus impotẽs eis dare terrã quã promiſerat. Recordare quoq𝔮 ſeruoꝝ tuoꝝ quib⁹ iuraſti dicẽs. Terrã hãc dabo ſemini tuo. vero, placatoq𝔮 dño deſcendit moyſes ferẽs tabulas ex vtraq𝔮 parte digito dei ſcriptas. Cui occurrit Joſue: qui forte ſingulis dieb⁹ in occurſum ei⁹ egrediebaꝛ. Nõ eñ credibile eſt cũ moyſe eu ieiunaſſe. Et ait ad moyſen. Ululatus pugne eſt in caſtris. Cui moyſes. Imo vox eſt cãtantiũ. Et appropinquãs vidit vitulum ⁊ choros: ⁊ iratus ꝓiecit tabulas: et cõfracte ſunt. Cõbuſſitq𝔮 vitulũ et maſſam redegit in puluerẽ. quem ſparſit in aquã: ⁊ dedit ex eo potũ filijs iſrael. Cũq𝔮 accuſaret aaron q2 ppl'z audierat excuſans ſe aarõ dixit q̃ ſupra dicta ſunt: dicens ſe timuiſſe populũ: q2 ꝓnus erat ad malũ. Uidens ergo moyſes q2 ornamẽtis nudatus eſſet populus, ſcilz vel auxilio dei vl' poti⁹ idolatria (quã lõgo tpe ante ꝯceperat) tandẽ manifeſtauerat'. vel forte vidẽs ſibi indicatos a deo ſceleris autores ꝑ puluerẽ bibitũ qui in barbis eorũ miraculoſe apparuit: ſtans in porta caſtrorum: ⁊ aduocans leuitas ait. Qui dñi eſt iungatur mihi. Ponat vir gladiũ ſuꝑ femur ſuũ trãſite ꝑ mediũ caſtroꝝ. occidat quiſq𝔮 amicũ ſuũ ⁊ fratrẽ quẽ ſcilz ſignatũ puluere inuenerit. Et ceciderunt ea die q̃ſi tria milia. Alia trãſlatio hʒ. xxiij. milia. De his oib⁹ q̃ dicta ſunt de vitulo tacet Joſephus, tñ opiniones eorũ de mora moyſi narrat. Alij eñ dicebãt eũ a beſtijs comeſtum: alij a dño trãſlatũ. alij ſane mẽtis cum dño philoſophantem.

Additio.
Quatuor mod[ꝭ] expõiꝛ / nudat⁹ ſpoliat⁹ / derelictus / manifeſtatus / deſignat⁹.

De prece moyſi ⁊ minis dei.
Capitulum. lxxiiij.

Altero die locut⁹ eſt moyſes ad populũ. Peccaſtis pctm̃ maximũ. Aſcẽdã ad dñm ſi quiuero eũ deꝓcari. ꝑ vobis. Et cũ aſcẽdiſſet ait. Obſecro dñe: aut dimitte eis hãc noxã: aut dele me de libro tuo quẽ ſcripſiſti. Qđ de impetu animi nõ de rõne quidã dictum tradũt. vel ex magna cõfidẽtia in deũ ꝑ īpoſſibile dictuʒ. q. d. Sicut īpoſſibile eſt vt me deleas: ſic oro nõ poſſe fieri q̃n dimittas. Auguſtin⁹ dicit ex ꝯſequẽtib⁹ ratiocinationẽ debere ꝯcludi. vt. ſ. qđ ſequitur ꝑmittaꝛ ſic. Aut dele me: aut dimitte eis. Que ponitur pro equipollẽti ſua. q. d. Si nõ deles me dimitte eis. Diſiunctiua enim vertiꝛ in ꝯiunctiuã. deſtructo qđ antecedit ⁊ manẽte qđ conſequitur. Scribi aut deleri de libro vite diciꝛ quis dupliciter vel ſcđm preſciẽtiam vel ſecundũ p̃ntẽ iuſtitiã. ¶ Cui dominus. Qui peccauerit mihi: (niſi peniteat) delebo eum. q. d. Nõ te: quia non peccaſti. ¶ Uade duc populum iſtum angelus me⁹ precedet te. Non enim aſcendam tecum quia populus dure ceruicis eſt: ne forte diſperdant te in via. Tradũt hebrei quia prius deus ipſe cuſtos eoruʒ erat. deinceps dedit eis michaelem cuſtodem eorũ propriũ: ſicut cetere nationes ꝓprios habẽt angelos cuſtodes ſibi delegatos. addidit etiaʒ dñs. Semel aſcendam in medio tui: ⁊ delebo te. Et eſt cõminatio captiuitatis Babylonice vel Romane. Et nota aſcenſum dupliciter dici vel ab inferioribus ad ſupe

G Exo. 32

Auguſtinus.

Additio.
Scđm predeſtinationeʒ paul⁹ erat ſcriptus in libro vite q̃n perſequebatur eccleſiam.

A Exo. 33

Additio.
Scđm preſentẽ iuſtitiam iudas erat ſcriptus in libro vite.

ad ſuperiora.vel ab occultis ad manifeſta:⁊ eſt ſenſus. Manifeſtabo me tibi malo tuo.

¶De tranſlatione prioris tabernaculi. Capitulum.lxxv.

Audiens hec populus luxit et null⁹ indut⁹ eſt cultu ſuo.
B Exo.33 Depoſuitq; ornatum ſuū a monte oreb. Tolleſq; moyſes tabernaculū quod cōmode de priori tabernaculo intelligitur: quod ſibi fecerāt.vel ante ipſuz iura tractarent. Quod cuz hucuſq; fuerit in radice mōtis vt ꝓpinqu⁹ eſſet dño.voluit dñs a ſe illud remoueri.⁊ tetēdit illud moyſes ex altera parte caſtrorum ⁊ lōge a caſtris. Egrediebaturq; moyſes ad illud et plebs ſtabat in forib⁹ tabernaculoꝝ ſuoruz:⁊ adorabat ꝓcul. Deſcēdebatq; colūna nubis.⁊ loquebat dñs cum moyſe cernentib⁹ vniuerſis facie ad faciē.ſicut ſolet loq̄ homo ad amicum ſuum.i.manifeſte.

Additio. Et ipſū ni tabernaculum intrabat moyſes cū deo loquens.

Additio. Quaſi auertēs faciē ſuā ab eis.

¶Qđ moyſes vidit poſteriora. Capitulum.lxxvj.

Orauitq; iterum Moyſes ad dñm. Reſpice populū tuum
C D Exo.33 gentē hāc. Uis vt educā populū: indica mihi quē miſſurus es mecū. Dixitq; de⁹. Facies mea precedet te. Ecce iā maius impetrauerat moyſes pl⁹ notat in facie q̄ i angelo. Sed q2 in facie intellexit moyſes aliquē ꝯſimillimum deo ꝑmitti / addidit. Si tu ipſe nō precedes:ne educas nos de loco iſto. Cui. Dñs [illegible] bū qđ locut⁹ es faciā:⁊ te ipſum nomine ex noie.i.ꝓprie et ſpecialiter mihi placuiſti. vocabor in nomine domini co

Additio. Familiarez eū ſe ei exhibet q̄ aliū noīe ſuo vocauerit qđ ꝓcipue i maiorib⁹ commendatur.

ram te.i.faciam me vocari deū ⁊ ducem veſtrum ex miraculis que faciam:⁊ non ob aliud: niſi quia volo.quia miſerebor cui voluero. Cui moyſes. Oſtende mihi faciē tuā. Cui dñs. Nō poteris videre faciē meā. Non enim videbit me
hō ⁊ viuet. Stabis in cauerna pe C
tre.⁊ trāſibo corā te i gloria mea. Rom 9
Cūq; q2 nō ſuſtineres ponā manū meā corā te. Cūq; pertrāſiero tollā manū meā:⁊ videbis poſteriora mea: qđ rōne ſilitudinis dictū eſt. Sicut eīn a tergo viſus homo ſcit q̄ hō ſit:ſz nō quis ho ſit. Ita deū eſſe nō ſcim⁹:ſed q̄s ſit nondū ſcim⁹. Potuit eſſe q̄ in tāta claritate pertranſierit dñs:quā humanus nō ſuſtinuiſſet aſpectus ⁊ oppoſita eſt nubes moyſi. Deinceps cū lōgius abiſſet potuit a moyſe videri. Ad literā hebrei tradūt vidiſſe eū poſteriora hominis et in occipite quaſdam ligaturas.

¶De ſecundis tabulis ⁊ gloria vultus moyſi. Capi.lxxvij.

Et ait dñs ad moyſen. Pre‑ A
cide tibi duas tabulas iſtar Exo.34
priorum.⁊ ſcribam ſuper eas ver‑ B
ba que habuerūt tabule quas fre‑ Deu.9.
giſti. In deuteronomio etiam dicitur deus ſcripſiſſe. In ſequentibus vero dicit. Scribe tibi hec ⁊c. Et paulo poſt. Fuit moyſes cum dño.xl.dieb⁹ ⁊c.⁊ ſcripſit in tabulis verba federis.⁊. Poteſt dici q̄ autoritas ſcribēdi fuit in dño:miniſteriū in moyſe. Cumq; excidiſſet moyſes tabulas.de nocte conſurgens montem aſcendit:⁊ trāſeunte dño corā eo in turbine pronus in terrā adorās:ait. Obſecro vt gradiaris nobiſcum:auferaſq; iniquitates noſtras ⁊ poſſideas nos. Cui breuiter dñs memorauit quedā que etiā predixerat de tribus ſolennitatibus.de oblatione primitiaꝝ ⁊ primogenitoꝝ. Et addidit. Ne cū gentib⁹ terre ꝓmiſſionis aliquod haberent participiū. Fuitq; moyſes ſecundo cum dño xl.diebus.⁊.xl.noctibus. Panē nō comedit

comedit ⁊ aquã nõ bibit. Cumq̃ deſcendiſſet de monte cũ tabulis apparuit facies ei⁹ cornuta:⁊ ip̃a ignorabat .i.ra
Jo.2. dij miri ſplẽdo
C ris ferebant de
Mar.11 facie ei⁹ q̃ reuer
B berabãt oculos
Lu.19. intuẽtiũ quos
gloriam vultus moyſi appellat paulus ap̃ls poſuitq̃ velamẽ ſup faciẽ ſuã cũ loquerẽt filijs iſrael. Locut⁹ quoq̃ eſt eis oĩa q̃ ſibi fuerant iperata. Quãdiũ aũt hec gloria durauerit et vtrũ ſemel vel pluries hoc acciderit ignoram⁹. Et tradũt hebrei q: adhuc tertio aſcẽdit ad dñm: ad impetrãdã ei venie certitudinẽ:⁊ iterũ fuit cũ dño.xl.dieb⁹ et xl.noctib⁹ ieiunãs. Cũq̃ rediſſet cũ certitudie venie erat nonadies ſeptimi menſis:⁊ in craſtino ſolẽnitatẽ agentes p venia data afflixert aias ſuas ieiunãtes. ⁊ deiceps dicta eſt.x.dies mẽſis hui⁹ dies ppitiatiõis. Qđ ſi verũ eſt põt eſſe q̃ etiã eccleſia ob hoc tres in ãno p ponit quadragenas:lz ob hoc inſtitutũ dicat:q: tres trib⁹ legunt ieiunaſſe q̃dragenis. Moyſes Helias ⁊ Jeſus Siue ꝟo fuerit ſiue nõ poſt ſecũdũ reditũ de ↄſtructiõe tabernacli p̃cepit eis moyſes ſcđm q̃ a dño accepat: ⁊ p̃miſit de obſeruatiõe ſabbati:ne forte i hoc occupatarẽt ſibi licere operari i ſabbato.

Additio.
Sicut i chriſto qñ eiecit de templo vendẽtes ⁊ ementes.

Additio.
Et a.l.die egreſſiõis eoꝝ d egypto iã afflixerant hi.xl.dies. Or deũ habuerit p pitiũ hoc feſtũ moderni adhuc celebrãt iudei.

Additio.
Nota q̃ quedã eccleſia tria ſeruat ieiunia propter moyſen heliam ieſum. Sz duo diſſimilib⁹ ſeruat temporibus. Quedã obſeruat quatuor ꝓpter duo moyſi vnũ chriſti: ⁊ vnum helie: iterum diuerſis tẽporibus.

De cõpoſitione tabernaculi et erectione. Capitulum.lxxviij.

Egreſſa omnis multitudo obtulit iuxta verba moyſi C
mente promptiſſima quic- Exod.
quid pretioſius habuit et cum tã 35.
ta copia q̃ compulſi ſunt artifices voce preconis clamare:ne quiſq̃ vltra offerret. Feceruntq̃ beſeleel et oliab cuncta que ſibi fuerãt: ⁊ ſicut fuerant imperata. Et ſm Joſephuz Omne tempus ad opus faciendum tranſijt in menſibus. C
vij. Omne aurum quod expen exo.38.
ſum eſt in opere ſanctuarij: viginti nouem talentorum fuit ⁊ ſeptingentorum triginta ſiclorum ad pondus ſanctuarij. Fuerunt preterea.c. talenta argenti: ex quibus conflate ſunt.c. baſes ſanctuarij. De mille autem.dcclxxv.facta ſunt capita colũnaruz que etiã veſtite erant argento. Eris ãt oblata ſũt talẽta.lxxij.mil.⁊.cccc.ſicli: Obtulerunt autem a.xx.ãnis ⁊ ſupra.dciij.mil.⁊.d.l. Igitur A
mẽſe primo ſcđi anni in p̃ia die menſis erexit Moyſes tabernaculũ operuitq̃ nubes tabernaculum:cum lux ſerena eſſet: nõ procelloſa ſed lucida:non tamẽ per quã tranſiret aſpectus:ſed qualẽ decebat plentiam dei. Et ad nebule eleuationem illius deinceps mouerũt caſtra:⁊ ad depoſitionem depoſuerunt:⁊ dum ſtabat ſuper tabernaculum:⁊ ipſi ſtabãt:eratq̃ ignis in nocte. exo.40

Additio.
Degenere aarõ erant annas et cayphas et alij qui p̃renſitia uerunt chriſtũ reũ eſſe mortis:⁊ effuderũt ei⁹ ſanguinẽ ad baſim altaris. Ibi eñ eſt occiſus vbi erãt altare ⁊ baſis eius. Unde. Non capit prophetam perire extra hier'z.

Exoluit hiſtoria Exodi.

Hiſtoria leuitici. Capitu.i.
Premittitur diuiſio vtilis. Ca.ij.
De holocauſtiz modo offerẽdi.c.iij.

De ſacrificijs

De ſacrificijs pacificis et ſalutaribus. ca.iiij.
De oblatione inanimatoꝝ. ca.v.
De hoſtia pro peccato ca.vj.
Pro peccato ſacerdotis. ca.vij.
Pro peccato ſynagoge. Cap̄.viij.
Pro peccato principis. ca.ix.
Pro peccato anime. ca.x.
De igne iugi ꝛ eiectiōe cineꝝ. c.xj.
De eſu adipis et ſanguinis prohibito. Caplm.xij.
De conſecratione ſummi ſacerdotis et minorum. ca.xiij.
De poteſtate offerendi eis data ꝛ accipiēdi partes ſuas. cap̄.xiiij.
AD euidentiā quoqꝫ eoꝛuꝫ q̄ hic i leuitico tradunt̄ ſciendum eſt ſacerdotes habuiſſe tria gña panum: panes ſcꝫ ſacerdotales: leuiticos ⁊ laicos. Sacerdotales erāt panes pꝛopoſitionis qui de publico ſumptu fiebāt. q̄s non licebat edere niſi ſolis ſacerdotibus. Panes leuitici qui et offertoꝛij: quib⁹ ſoli de gñe leuitico veſcebantur. Etiam qui ꝓpter maculam nõ poterāt miniſtrare ⁊ filia familias: ſed nõ vxoꝛata: vł vidua vł repudiata: niſi neceſſitate rediret ad domuꝫ patris: vt eſſet quaſi filia familias. His nõ veſcebatur aduena inq̄lin⁹ mercēnarius ſacerdotis: verna tñ vel emptiti⁹ ipſius veſci poterat: laici. i. cõēs quibus quicūqꝫ poterat veſci.

A leui. 24

Additio.

Aduena gñale nomē eſt contīnēs peregrinuꝫ qui tantum pertranſit et inquilinum qui cum ſit de eadem regione: manſionem tñ ꝯducit:

De ſanctimonia ſacerdotum. Capitulum. xxvij.

DE ſctimonia quoqꝫ ſacerdotum agens dñs: pꝛimo de minoꝛibus ſacerdotibus agit: ne ꝯtaminarētur in moꝛtib⁹ ciuium ſuoꝛum: nec etiam pꝛincipis populi: niſi tantum ſuper matre ⁊ patre: filio ⁊ filia: fratre ⁊ ſoroꝛe virgine: ne ſcilꝫ lauarent vel ſepelirent vel plangendo tāgerēt moꝛtuos alios: nec alijs tantū ꝓhibitas eis interdixit vxoꝛes: ſed nec habere cõcubinas: nec in vxoꝛem ducere ſcoꝛtum: nec ancillaꝫ: nec captiuam: nec viduam: nec repudiatam: nec eas que de caupo nibus ⁊ pandocibus. i. apothecis venalibus vitam agunt. Pontificem vero ad nullum omnino moꝛtuum ingredi voluit. Unde ⁊ dominus papa nullis exequijs intereſſe dicitur. Nec vxoꝛē ducere niſi virginem: ⁊ tantū de populo ſuo. Sed nec parochia domini pape muros vꝛbis excedit. Jn communi ne ꝓo precepit ne ſacerdos in diebus vicis ſue cū miniſtrare deberet vinum biberet: aut oīe quod inebꝛiare poteſt vt ſciret diſcernere inter ſanctum ⁊ pꝛophanū: mūdum ⁊ immundum: et doceret filios iſrael legitima terre q̄ locutus erat dominus: ⁊ ne ſacerdos dum quādoqꝫ immūdus eſſet accederet etiam ad tangenda ea q̄ offerebant filij iſrael. Patet quoqꝫ ſi ſacerdos euangelicus quoti die miniſtrat: aſſiduam debet habere mundiciā. Addidit quoqꝫ dominus de ſolennitatibus legalib⁹. Sed qꝛ plenius de his in libꝛo numeri diffinitur: et nos ibidem de illis proſequemur. Pꝛima die ſeptembꝛis feſtum

A leui. 21.

B leui. 10.

Nota. leui. 23. p totū.

Additio.

Septē feſta iudei habuerunt. Sabbatuꝫ neomeniā pēthecoſtē: paſcha: feſtū tubaꝝ: feſtū ꝓpitiatiõis ſcenophegiam.

Nu. 28 et. 29.

ſtum tubaꝝ vel clãgoris ꝑ libera
tione iſaac qđ cereoꝝ đr. Decima
die eiuſdẽ mẽſis feſtũ ꝓpitiatiõis
qꝫ cũ feciſſent vitulũ: orãte moyſe
ꝓpitiatus eſt eis deus. xv. die fe-
ſtũ ſcenophegie. qđ eſt fixio taber
naculoꝝ: qđ eſt feſtũ patris. Cum
eñi patri aſcribat̃ potẽtia magna
fuit potẽtia dei ꝙ veſtes eoꝝ non
ſunt attrite p. xl. ãnos. ſꝫ hñt mo-
do alia feſta phuriũ. i. ſortium: qꝫ
ſors in ẜiũ cecidit: vt in heſter le
F gitur: qꝫ occiſuros occiderunt. En
heſt. 9 cenia tria. i. dedicatiões. In autũ-
G no q̃ fecit Salomõ. In vere q̃ zoro
3. re. 8 babel. aliiꝗ reuerſi de babylone.
3. reg. 5 In hyeme que fecerũt machabei
G de quo in euãgelio fctã ſunt ence
2. Ma nia in hieruſalem ⁊ hyems erat.
cha. 8. De pena blaſphemi. ca. xxviii.
Jo. x. c. Ecce aũt egreſſus fi
lius mulieris iſrae-
leu. 24 litis quẽ pepera de
viro egyptio iurga-
tus cũ viro iſraelita
blaſphemauit no-
mẽ dei iſrael maledicens ei quem
moyſes recluſit in carcerẽ donec
ſuꝑ hoc ꝯſuluiſſet dñm qui ait ad
moyſen. Qui maledixerit deo ſuo
oẽs q̃ audierint ponẽt manꝰ ſuas
ſuper caput eius: quaſi ꝯ ipſuꝫ te
ſtificantes: et eductũ extra caſtra
oĩs multitudo lapidabit euꝫ: ſiue
ciuis ſit aut aduena.

De talione legis date. ca. xxix.
Subintulit q̃ꝗ dñs de talio-
D ne: vt qui lederet hominem
Le. 24 in eũdẽ modũ lederet̃ quo
leſerat eũ. ſ. vt redderet aĩam pro
aĩa oculuꝫ pro oculo: dentem pro
dente fracturam ꝑ fractura: liuo-
rem ꝑ liuore: aduſtionem ꝑ adu-
ſtione. Nota: qꝫ talio non erat in
iniuriis rerum: ſed in leſione tan-
tum corporum: qꝫ furta reſtitue-
bantur in duplũ vel quadruplũ.
Determinabaturꝗ talio per ne-
ceſſitatem: vt ledẽs mulier virum
in virilibus: puniebatur manu. qꝫ
virilia non habet ⁊ vir ledẽs mu-
lierem pregnãtem vt faceret abor

tiuum nondum animatum: mul-
ctabat̃ pecunia. Incertũ eſt auteꝫ
vtrũ talio extenderet̃ vſꝗ ad iudi
cem: vel circa iniuriatũ tm̃ habe-
ret locũ. Qđ ẜo iniuriatus ſine iu
dice poſſet vlciſci: forte idẽ habe-
ri poteſt ꝙ ad ciuitates refugii fu Nota.
giebat homicida nõ volẽs: ne in-
terficeret̃ a proximis occiſi.

De obſeruatione iubilei
anni. Capitulum. xxx.

Addidit etiam domi B
nus de obſeruatiõe leui. 25
iubilei: qui ſeptima
nam hebdomadaꝝ
annoꝝ ſequebatur.
ad cuius preſigna-
tionem ſeptem annis precedenti
bus (vt tradunt quidaꝫ) in ſingu
lis neomeniis clangebãt tubis.
⁊. vii. diebus continuis ante ipm
ſolennizabant clangentes tubis. A
In libro tamen Numeri legitur nu. 10.
ꝙ clangerẽt tubis. vii. mẽſe. x. die ⁊. 29.
in vniuerſa terra. In hoc iubilei A
anno omnes diſtractiones rerum
ad priſtinos redibant poſſeſſores
preter domos que erant in vrbi-
bus muratis quas tamen primo
anno venditionis venditori redi-
mere licebat: exceptis domibus le
uitarum que in quocũꝗ eſſent lo
co in iubileo redibãt. Eodem an
no requieſcebat terra et debita eo
dem anno ſerui liberi dimittebã-
tur. Nam licet eſſent contribules
tamẽ voluit eos dominus ſeruitii
ſchiſmate caſtigare propter tranſ
greſſiones legum. Joſephus dicit
quia in iubileo conueniebat vendi
tor agri et emptor: et reputantes
fructus et expenſas in agrum fa-
ctas: fructibus exuberaſſe cõper
tis venditor recipiebat agrũ. ſi ve
ro expenſe trãſcenderunt: hoc qđ
deerat recipiebat emptor: ⁊ a poſ
ſeſſione diſcedebat. Hanc tamen
computationem fieri licuit infra
annũ iubileũ: nedũ in ipſo ſi vẽdi
tor prius vellet reuocare qđ ven-
didit. Litera leuitici videtur velle
ꝙ iuxta numerum annorum vſꝗ
ad

ad iubileū maiori minori ve ꝓcio
iubebat agrum vendi ne venditor
grauaret ſi modico vēderet.⁊ plu
rimi anni ſupeſſent vſq₃ dū recipe
ret qđ vēdiderat.⁊ ne grauaretur
emptor: ſi multo emeret qđ in ꝓxi
B mo amiſſurꝰ erat. ¶ Determina=
leui.25 ta q₃ fructuū reputatione et expē
ſaꝝ infra iubileū addit: ꝙ ſi vendi
tor qđ ſuperit expenſarū reddere
nō poterit: habeat emptor agrum
vſq₃ ad iubileū. In ipſo eīm oīs vē
ditor redibat ad priſtinū poſſeſſo
rem. Terrā aūt ſic voluit dñs ven
di ab eis ſub cōditione recipiēdi:
q₂ ſua erat ⁊ non ipſoꝝ. Alienige
nas tñ ſeruos voluit eos in ppe=
tuum poſſidere.

¶ De benedictionibus ⁊ maledi
ctionibus. Cap̄.xxxi.

leu.26 TAlium ꝓceptoꝝ obſeruato
p totū. ribꝰ ꝓmiſit dñs bñdictiones
ſuas dicēs. Dabo vobis pluuias
tēpibꝰ ſuis ⁊c. vbi .xxx. clauſule ꝓ
miſſionū inueniunt. Trāſgreſſori
bus ꝟo longe plures ingeminat
maledictiones.

¶ De decimis et votiuis. ca.xxxii.

IN decimatione aīalium
B qđ decimū vl' naſcēdo vl'
leu.27 numerādo veniebat: do
mino ſctificabat: nec mu
tari licebat in meliꝰ vel
deterius. Simil'r aīal qđ vouebat
dño non licebat immutari: ſi quis
qđ vouerat immutaret ⁊ votiuū ⁊
immutatum erat dñi. Sed diſtin=
guendum eſt de hmōi votis. Ali=
quando enim ſic ex voto aliquid
De vo ſanctificabatur dño ꝙ anathema
uis inte tizabatur: illud nō poterat vendi
gefactis a ſacerdotibus vel alienari. Quā
doq₃ non ſic obligabant votiua ſ₃
poterant vendi a ſacerdote deter
minato precio ſm vtilitatem que
ex his poterat prouenire ſiue eſ=
ſet anima vel fundus. Qui tamen
voto dederat ſi volebat illud eme
re ſupra eſtimationem ꝓ quo alij
daretur adderet quintā eius par
tem. Quod ideo eſt ſtatutum. ne q̄
vouerat aſpiraret, quaſi penitētia

ductus: nec etiam digniorez aliꝗs
ſe putaret in emptione eius rei: q₂
eam dederat.

¶ Explicit Leuitici hiſtoria.

¶ Incipit hiſtoria numeroꝝ. ca.i.
De excubijs circa tabernaclm. ij.
De commutatione primogenito=
rum pro leuitis. cap̄.iij.
De etate miniſtrantium in taber=
naculo. Et de differentia miniſtro
rum. Capitul.iiij.
De quodam modo reddendi rez
alienam. cap̄.v.
De iudicio zelotipie. ca.vi.
De ſanctimonia nazareoꝝ. c.vij.
De benedictione ſuper populuz.
Capitulum. viij.
De oblationibus .xij. dierū in de=
dicatione tabernaculi. ca.ix.
De conſecratione leuitarū. cap̄.x.
De his q̄ nō poſſunt facere pha=
ſe ꝓmo mēſe vt faciāt ſecūdo. c.xi.
De tubis argenteis ⁊ modo clan
gendi eis. ca.xij.
De receſſu iſrael a monte ſinai.
Capitulum. xiij.
De electiōe .lxx. ſenioꝝ. cap.xiiij.
De datione carnium et ira dei ſu=
per eos. ca.xv.
De plaga marie ⁊ cā lepre. c.xvi.
De .xij. exploratoribus. ca.xvij.
De murmure ppli ꝓ quo p .xl. an
nos in deſerto perierunt. ca.xviij.
De lapidatione colligentis ligna
in ſabbato. ca.xix.
De ſchiſmate chore/dathā/⁊ aby
ron ⁊ plaga eorum. ca.xx.
De exuſtiōe populi extincta per
aaron. ca.xxi.
De virga aaron q̄ nocte vna fron
duit floruit ⁊ peperit nuces. c.xxij.
De reditu in cades in .xl. anno.
Capitulum. xxiij.
De morte marie et aquis contra=
dictionis. ca.xxiiij.
De circumitu idumee. ca.xxv.
De morte aaron. ca.xxvi.
De victoria poſt votum anathe=
matis. ca.xxvij.
De ſerpente eneo contra ignitos
ſerpentes. ca.xxviij.
De ſcopulis torrentium qui ge=
ſſerant

fierunt. Ca.xxix.
De cantico ad puteum. ca.xxx.
De morte ſeon regis amorreorū. ⁊ Og rege baſan. ca.xxxi.
De itinere Balaā ⁊ ꝙ locuta eſt ei aſina. Capitu.xxxij.
De ariolatheſi balaā et eius prophetia. Ca.xxxiij.
Quod amore mulierculaȝ̄ initiatus eſt iſrl' beelphegor. ca.xxxiiij.
De zelo phinees. ca.xxxv.
Secundus numerus bellatorum. Capitulum. xxxvi.
De iure ſucceſſionis hereditarie. Capitulum. xxxvij.
De ſubſtitutione ioſue.ca.xxxviij.
De libaminibus. ca.xxxix.
De iugi ſacrificio. ca.xl.
De ſabbato et oblationibus ei⁹. Capitulum. xlj.
De neomenia. ca.xlij.
De phaſe. ca.xliij.
De penthecoſte. ca.xliiij.
De feſto tubarum. ca.xlv.
De feſto propitiationis. ca.xlvi.
De ſcenophegia. ca.xlvij.
De votis. Caplm.xlviij.
De deſtructione madian ⁊ prede diuiſione. ca.xlix.
De ſorte duarū tribuū ⁊ dimidie. Capitulum. l.
Catalogus.xl.duarum māſionū. Capitulum. lj.
De vrbibus leuitarum ⁊ de ſuburbanis. cap.lij.
De matrimonio cōtribulū.ca.liij.

¶ Hiſtoria numerorum. Capitu.j.

Pream bulum — Quarta huius hiſtorie diſtinctio hebraice dicitur vagedaber qđ ſonat: ⁊ locutus eſt. Apđ nos tamen: et non habetur. Nomē grecū in ſcriptis nr̄is nō habemus nā grece bareſmoth alias elleſmoth. Latine liber numeri vel numerorū đr. Et đr quōq; numeri pluraliter: vñ ⁊ dici ſolet. legiꝰ hoc in numeris. Merito aūt hoc nomine ſenſeꝰ: quia quatuor principaliter hic numerātur. De omni populo viri apti ad arma ferenda. Primogeniti leuite q̄ etiaȝ bis numerantur: manſiones per quas profecti ſunt. Sȝ nec mulieres nec minores xx. annorū nec vulgus promiſcuum nec debiles ad bella numerantur. Ad hanc partem hiſtorie ſic tranſit ioſephus. Moyſes predictam cōſtitutionē legum dñ ſub ſina morarētur a deo cognouit ⁊ hebreis ſcriptam contradidit. Cumq; circa legiſlationem hec ſufficere putaret: ad exercitiū militaris iuris cōuerſus eſt: ⁊ numerauit populoȝ capita: ſcilicet pugnare volentiū. Moyſes dicit dominū ſuper hoc locutum fuiſſe dicēs. Locutus eſt dominus ad moyſen in deſerto ſinai in tabernaculo federis prima die menſis ſecundi: anno ſecundo egreſſionis de egypto. ¶ Et nota ꝙ ꝑtermittit hic q̄dā q̄ facta ſunt in primo mēſe ſecundi āni.ſ. oblationē.xij.pricipū: quā fecerūt ſinguli ſingulis dieb⁹ in dedicatione tabernaculi ⁊ ſolennitate phaſe q̄ pprio nole diciꝰ paſcha: in deſerto: et forte ſanctificatione leuitarum. De his tamē infra aget per recapitulationem. ¶ Proſequentes ergo ordineȝ libri: dicim⁹ quia Moyſes et Aaron et xij. principes tribuum ex precepto domini anno ſcđo mēſe ſecūdo: die prima menſis numerauerunt viros preter tribuȝ leui.a viceſimo anno ⁊ ſupra. Joſephus certū terminū poſuit: ſcilicet vſq; ad.l.annū. ⁊ nūerati ſunt per generationes ⁊ familias ⁊ domos ⁊ — A Nu. i

Additio. Vulgus promiſcuȝ vocātur q̄ daȝ egyptij q̄ ſecuti erant eos egreſſuros.

Additio. Nota quia primū paſcha fecerunt in egypto. Secunduȝ fecerunt in deſerto: de quo hic loq̄tur. Tertium fecerunt in ingreſſu ⁊ introitu terre ꝓmiſſiōis in galgalis. Quartū fecerūt in terra ꝓmiſſionis.

noīa ⁊ capita ſingulorū. Hec āt .v.
ad inculcationē tm̄ q̄dā apposita
tradūt ⁊ hic ⁊ in ioſue. ſꝫ cōgrue q̄
dem diſtingui poſſunt gn̄ationes
vel cognationes. Uocat hic trib⁹
ipſas .xij. familias: q̄ ex ipſis filijs
patriarcharū ꝑmodeſcēderūt: ꝟbi
gr̄a. In vna tribu leui fuerūt tres
familie: caathite. Gerſonite: mera
rite. Unaqueqꝫ familia multas ha
bebat domos in q̄bus ꝓprij pa
treſfamilias erāt. Quod additur
G nōia ⁊ capita intranſitiue legēdū
Nu. 1. ⁊ 2. G. eſt .i. capitū nōia .ſ. ſinguli hoīes ī
eadē domo. Fuerūt aūt ī ſumma
a .xx. ānoꝝ ſupra potētes ad bella
ꝓcedere ſexcenta tria milia viroꝝ
quingenti ⁊ quinq̄ginta. Et trib⁹
leui nō nūerabant cū his filijs iſrl̄.

De excubijs circa tabernaculū.
Capitulum .ij.

Nu. 2. ꝑ totū Precepit ēt dn̄s vt ſemꝑ po
nerent tabernaculū ī medio
caſtroꝝ ⁊ filij iſrl̄ ꝑ gyꝝ excubarēt
per turmas ⁊ cuneos qđ ꝓ eodē
hic accipit. Turma el ꝓprie .xxx.
miliū eſt. Et dr̄
cune⁹ quaſi cō-
uenieñs multitu
do. Excubat el
large hic accipi
tur: excubie etiā
ꝓprie dici: vigi
lie noctis. Terne trib⁹ ꝑ .iiij. ptes
tabernaculi excubabāt. ita tamen
remoti: vt maximas in medio pla
teas haberēt. Eratqꝫ ornat⁹ quaſi
fori rerū venaliū: ſingulis in ordi
ne conſtitutis. Opifices etiam ar-
tium in ſtationibus ſuis erant: ita
vt vrbi cōpetenter edificate caſtra
coꝝ ſimillima viderent. Iudas ita-
qꝫ iſachar ⁊ zabulō caſtra metabā
tur ad orietē rubē: ſymeō ⁊ gad ad
meridiē effraim: beniamin: manaſ
ſes Ad occidētē: dā: aſer et nepta
lim ad aq̄lonē. Inter tabernaculū
⁊ caſtra excubabāt leuite in taber
naculis ſuis ꝓpinquiores taber-
naculo quam caſtris. Et excuba-
bāt ſimiliter per quatuor plagas
moyſes ⁊ aaron cum ſuis ad oriē

Additio.
Multitudo di-
citur cune⁹ qua
ſi couneus: a cō
⁊ vniendo.

tem: reliqui ab his. Caathite ad
meridiē ſub cuſtodia eleazaris fi-
lij aaron excubabant. Filij autem
gerſonite ad occidentem. Merari
te ad ſeptentrionē: ⁊ erant vtriqꝫ
ſub cuſtodia ithamar.

De cōmutatione primogenito
rum pro leuitis. Capitul. iij.

C
Separauit ſibi do- Nu. 3.
minus tribum Le-
ui ꝓ primogenitis
que tūc habebant ⁊
iumenta leuitarū ꝓ
primogenitis iumē
torum quaſi cōmutationē faciens
cum populo. Primogenita eñ om
nia ſpecialiter tūc erant ſua: quia
cū occideret primogenita egypti
pepercit primogenitis eorū reſer
uans ea ſibi. Deinceps tamen ꝓ-
pter idipſum omnia primogenita
eorum ſanctificauit ſibi in perpe-
tuū: ⁊ maxime quia primitie quo
rumlibet fructuum debētur domi
no. Pro his ergo primogenitis q̄
nunc habebāt tulit ſibi tribū leui
⁊ iumenta eorum ⁊ populus pri-
mogenita illa habuit ꝓ leuitis et
iumētis eoꝝ. Et ne duodenari⁹ nu
merus tribuū minueret: tribū ma
naſſe quaſi pro
leuitis inſtituit
effraim vero ꝓ
Ioſeph. Ne au-
tē maior videret
numer⁹ leuita-
rum quā primo
genitorum ⁊ ita
iniqua eſſet cō-
mutatio: ait do-
minus ad moyſen. Numera filios
leui maſculos ab vno mēſe ⁊ ſupra
⁊ cum numerati eſſent: inuēti ſunt
xxij. milia. Nota tamen q꞉ ſi dili-
gēter attēdas in libro nūeroꝝ nu
merū eoꝝ per familias inuenies
xxij. milia ⁊ trecētos. Dicit hebre⁹
quia .ccc. erant in eis primogeniti
⁊ ita iam erant domini. Iterum
ait dominus ad
moyſen. Nūera
ꝑmogēitos ma

Additio.
Iacob enim in
benedictione fi
liorum ſuorum
ꝓmiſerat filijs
ioſeph q̄ vterqꝫ
factur⁹ eſſet tri-
bum.

Additio. F
Ne ergo dam- Nu. 3.
ſculos

ſculos a menſe
vno et ſupra.
Et inuēti ſunt.
xxij. milia .cc.
lxxiij. Tulitq̄ʒ
B moyſes i ptio.
Nũe.3. cclxxiij. q̄ ſup
erāt p ſingula
capita q̄nqȝ ſi-
clos ad menſu
ram ſanctuarij

noſa eſſet illa p
mutatio dño ſi
non reſtaurare
tur ei p pmoge
nitis quod de-
erat in leuitis:
recipit pro quo
libet primoge-
nito q̄nqȝ ſiclos
argenteos.

et dedit eos Aaron et filijs ſuis
iuxta verbum domini.

¶ De etate miniſtrantium in ta-
bernaculo et de differentia mini-
ſtrorum. Capitulum.iiij.

A
Nu.4. I Tervnqȝ ait dñs ad moyſen.
Numera leuitas a.xxx.ãno
vſqȝ ad.l.vt ſeruiant mihi in duo
bus:hi in tabernaculo portãdo ⁊
collocãdo:ſenes emeriti in ſeruã
do. Et cũ nume
rati eſſent inuē
ti.ſunt.viij .mi-
lia quingenti: ⁊
lxxx.lxx. tamen
dicũt a.xxv.an-
no quē numerũ
annoꝝ l ordina
tiõe ſacerdotũ ⁊
nos obſuam⁹.
Iſti deferebant

Additio.
Oēs a.xxx.ãno
vſqȝ ad.l.porta
bãt tabernacu-
lũ ⁊ collocabãt
ea q̄ attinebãt.
Et qui erant ſu
pra.l.emeriti di
cebantur.

tabernaculũ in hũc modũ:qꝛ non
licebat ea que erant vltra velum
nuda videri:ideo primo intrabãt
ſacerdotes ⁊ inuoluebãt arcã pro
pitiatoriũ et cherubin prius vero
velum quod ante pēdebat:⁊ poſt
palliũ hyacinthinũ ⁊ candelabrũ
aureũ altare ⁊ mēſam cum vten-
ſilibus ſuis pallijs inuoluebant.
Tunc intrantes caathite pprijs
humeris omnia hec inuoluta de-
ferebãt. Similiter et altare holo-
cauſti cũ vtenſilibus ſuis vt qui
buſdã videt̃. Gerſonite vt breui-
ter dicamus:deponentes tectũ ta
bernaculi:mollia ferebãt in curri
bus.ſ.cortinas:ſaga:pelles rubri
catas ⁊ hyacinthinas:tētoriũ qđ
erat ante tabernaculũ:cortinas
quoqȝ atrij:⁊ funes ⁊ vaſa miniſte
rij que ad altare eneũ ptinebant.
De altari holocauſti tacet liber a
quo ferebat̃. Põt tñ dici:qꝛ vaſa
ei⁹ ferebãt ger
ſonite vt i libro
habetur. Ipſuȝ
altare caathite
pprijs humerꝭ
ferebant. Mera
rite vero vt bre
uiter dicamus
omnia taberna
culi ⁊ atrij q̄ du
ra erãt:tabulas
baſes : vectes :
colũnas:paxil-
los:⁊ caſeret bãt
curribus. Eme
riti leuite nõ ſer
uiebãt ſic i ope
re:ſed poſito ta
berneculo ſede
bant cuſtodes.

Additio.
Sed qꝛ ibi:ſȝ ⁊
altare munda-
bat cinere dꝛ qꝛ
caathite porta-
bãt altare hũe
ris ⁊ vaſa eius.
Põt dici poti⁹ q̄
gerſonite fere-
bãt vaſa miſte-
rij altaris nõ al
taris vaſa. Aliq̄
forte l qb⁹ po-
nebãt ea q̄ por
tabãt ptinētia
ad altare:⁊ illa
vaſa ponebant̃
ſuper currus.

¶ De quodammodo reddendi
rem alienam. Capitulum.v.

T Unc precepit dominus A
eijci per manus ſacer- Nũe.5.
dotum a caſtris lepro-
ſos ⁊ ſemine fluentes ⁊
factuȝ eſt ita. Addidit qȝ domin⁹
de reductiõe alienerei vt fierēt cũ
quinta pte capi A
tis. Sed qꝛ in Exodi.
exodo videt̃ di 22.
cere cõtrarium:
ſcilicet vt i qua
drupluȝ redde
ret̃. Ideo huc
vſqȝ diſtulimus
vt hic ſoluere-

Additio.
Cũ quinta capi
tis reddebatur
illa reſq̄ redde
batur cuȝ quin
ta parte pretij
eiuſdem.

mus. Et dicim⁹:qꝛ aliene rei poſ-
ſeſſio aliquãdo fiebat ex induſtria
furto vel rapina:aliquãdo fiebat
per negligētiaȝ:aliquando igno-
ranter. De re ſublata ſcienter in
exodo dicitur q̄
reſtituat̃ in qua
druplum ſi pe-
rierat res : q̄ ſi
extabat in du-
plũ: Si ibi legis
v.boues p vna

Additio.
Quia preſumit̃
res extata ad re
ſtituendum con
ſeruata.

alia eſt trãſlatio ſcḋȝ quoſdã:⁊ ꝙ in quadruplũ verius dicaꝛ:ex verbis zachei probaꝛ. De ſublata ꝑ ignorãtiaȝ agit hic reddatur caput ⁊ q̄nta ps deiup vel de re furtiua ſi penitꝰ latet: ⁊ fur penitēs ſpōte cōfiteꝛ ⁊ reddit. Si vero nō eēt q̄ reciperet redderet dño:⁊ eēt ſacerdotis. Pro pctō vero furtivꝰ negligentie fiebat aliqua oblatio ſ; q̄titatē rei. Joſephꝰ dicit aurũ ⁊ argētũ reddi in duplũ:iumēta l quadruplũ: ſolũ bouē in quintuplum:qꝛ quãto poſſidetur ceteris vtilius:tãto amittitur dãnoſius.

¶De iudicio zelotypie. Cap. vi.

A Ddidit q̄ dñs de lege zelotypie zelus ꝓprie dr amor
A Nũe.5. viri in vxorē ꝑ q̄ ſuſtinere nō pōt vt alij miſceaꝛ. Uñ vir dr zelotes: zelotypia ꝟo q̄ñq; dr mechia ⁊ zelotypꝰ adulter. Solet ergo zelotypia dici ſola ſuſpicio adulterij: de q̄ legiꝛ hic ad hūc modū. Si ſpiritus zelotypie ꝯcitauerit virū ꝯtra vxorē ſuã q̄ polluta ē:ſ; ꝓbari nō pōt: vel q̄ falſa ſuſpitione lpetiꝛ/ adducet eã ad ſacerdotē:⁊ offeret ꝑ ea aſſariũ farine hordeacee qḋ eſt decia pars ſati:nō fundet oleū nec thus imponet. Sacerdos aūt ſtatuet eã corã dño :⁊ ponet i manibꝰ eiꝰ in vaſe fictili aq̄s viuas ⁊ oblationē farine: pugillū cuius ⁊ thus incēdet ſup altare: ⁊ mittet l aquã pauxillū pulueris de pauimento tabernaculi ⁊ nudabit caput eius ſcribetq; in mēbrana: vt dicit. Joſephus: dei vocabulū: ſcȝ tetragrãmatō. Facietq; eã iurare ꝙ nil viro ſuo nocuerit in his que ſibi obijciũtur. Qḋ ſi hoc viro ſuo nō ſufficiet: ſubdet ſacerdos maledictiones ēt ſcriptas l mēbrana ⁊ dicet. Si nō es polluta deſerto viri thoro: nō te noceāt aq̄ iſte amariſſime. Si aūt declinaſti a viro ingrediãtur aque maledicte ventrē tuū:⁊ ipȝ tumeſcere faciāt ⁊ putreſcat femur tuū dextrum. Et dicet mulier. Amē amen. Et delebit: ſacerdos oēm mēbrane ſcripturã in aquã:⁊ dabit ei bibere⁊ tūc ſacerdos tollet d̄ manu eius ſacrificiū zelotypie:⁊ eleuabit illḋ corã dño et ponet ſup altare. Qḋ ſi rea erit adulterij mulier/putreſcet femur eius:⁊ vterus tumebit l hydropiſim:nō tñ ſtatim:ſed vſq; ad decē mēſes. Qḋ ſi nō polluta erit imo pia erit ei aqua:imo ſepe cōcipiet et pariet maſculum meſe decimo. He aque dicebantur ſancte propter nomē dñi dilutū l eis:⁊ dicebãtur maledicte.ꝓpter maledicta ꝯgeſta in eis:⁊ amariſſime ꝓpter effectũ q̄ q̄nq; ſequebaꝛ. Hec autē lex introducta fuit ad duritiã cordis eorũ ſicut permiſſus eſt libellus repudij:quia prompti erant ad effundendum ſanguinem.

¶De ſanctimonia nazareorum. Capitulum.vij.

L Ocutꝰ eſt dñs ad moyſen de lege nazareorū. A Nũe.6
Nazareꝰ ſonat ſanctꝰ: vel florens: vel germinãs. Dicebãturq; nazarei quidã qui ex voto obligãt ſe ſetimonie vſq; ad certum tempus:vel iugiter vt ſamuel:⁊ conſecrabãt ſeḋo minoꝛ quaſi ſeparabãtur a cōmuni vita hominũ:ſicut quis modo per annũ vel duos ex voto ſeruit in hoſpitali hieruſalē. Sãctitatis eoꝝ lex fuit hec. Omni tēpore ſeparationis ſue nouacula nō trãſibat ſup caput eius. Unde forte q̄dã pingunt apoſtolos ⁊ chriſtum crinitos:nō in re ſ; pro ſanctitate. Nihil quod inebriare poterat: bibebãt:non edebant aliquid quod eēt ex vinea ab vua paſſa vſq; ad acinum ad nullum mortuũ ingrediebantur. Qḋ ſi mortuus eēt ſubito q̄ſpiã corã eo polluebatur caput cōſecratiōis ſue ⁊ illico radebat caput ſuum:⁊ rurſuȝ die ſeptimo offerebat par tur

Additio. Id eſt immaturã: que ante maturitatem collecta ſeruatur/ et tãdem miſſa in aquam groſſeſcit.

turum

turtũ aut duos pullos colũbarum quorum vnum ſacerdos faciebat ꝓ peccato: alterũ in holocauſtuꝫ. Dieſq; quos fecerat ꝓ infectꝫ erant ⁊ voti ſui ſanctimoniã iterum inci piebat. Forte nõ ꝓ quolibet mor tuo: ſed pro occiſo corã eo pollue batur quicquid fecit ꝓpter ſancti moniã. Cõpletis aũt diebus voti ſui offerebat agnũ anniculũ in ho locauſtũ: ouẽ anniculã pro pecca to: arietẽ hoſtiã pacificam. Et no ta cum ita ſimpliciter ponit̃ aries ꝙ hebreus dicit ad minus duoꝝ annoꝝ eum debere eſſe. Caniſtrũ quoq; diuerſoꝝ panũ azymorum exceptis his que ſponte offerebat iuxta perfectionẽ ſanctitatis ſue. que oblatio dicebat̃ corban. id eſt munus. Et offerebat mulier. xxx. ſiclos ſi poterat. vir. l. ſin autẽ: ad arbitrium ſacerdotis pauper offe rebat. Cumq; imolauerat hoſtias ſacerdos ritu ſuo reddebatur na zareus ad hoſtiũ tabernaculi: po nebatq; ſacerdos crinem eius in ignem ſacrificij ⁊ ſic ad communẽ hominis vitam redire poterat.

¶ De bñdictione ſuper populũ. Capitulum. viij.

B Nu. 6. Iterũ locut' eſt dominus ad moyſen. Aaron ⁊ filij eius inuocabũt nomẽ meũ ſuꝑ filios iſrael ⁊ ego benedicã eis. Hoc ſit in omnibus ſacramentis eccleſie. Inuocabũt aũt ſic. Benedicat tibi dominus deus ⁊ cuſtodiat te. det tibi pacem. ⁊ oſtendat tibi faciem ſuam.

Additio. Quid factuꝫ ſit primo menſe ſecundi anni cum ſit omiſſum hic explanabitur.

Additio. In numeris in forma benedictionis hui' ter ponitur nomen domini.

¶ De oblationib' duodecim dierum in dedicatione tabernaculi. Capitulum. ix.

A Nu. 7. Factum eſt autem in die qua vnxit moyſes tabernaculuꝫ ⁊ ſanctificauit illud: obtulerũt. xij. principes tribuũ in altaris ſtrena tionem vt hebreus habet. vj. plau ſtra tracta cum. xij. bobus ſingu li bouem vnum ⁊ bini plauſtrum vnum. Et data ſunt duo plauſtra gerſonitis ad ferenda onera eorũ de quibus diximus. Et quatuor ſunt data meraritis poſtea ſingu li ſingulis diebus obtulerũt vaſa altari neceſſaria. Duodecim enim dieb' ſolẽnitas dedicationis pro telata eſt. Prima die obtulit naa ſon de tribu iuda acetabulũ argẽ teum. cxxx. ſiclorum. Hebreus ha bet ſcutellaꝫ phialamq; argenteã lxx. ſiclorum vtrũq; plenum ſimi la. in phiala thus ponebat̃. Mor tariolum quoq; aureũ deceꝫ ſiclo rum plenum incenſo. In hoc vaſe aromata terebantur. Hebreus ha bet cochlear. quo ſcꝫ thus in thu ribulo ponebatur. Bouem quoq; ⁊ arietẽ ⁊ agnũ anniculũ in holo cauſtũ: hircũq; pro peccato ⁊ in ſa crificio pacificorum/ boues duos arietes q̃nq;/ hircos q̃nq;/ agnos ãniculos q̃nq;. Eiuſdem modi vaſa: ⁊ eiuſdem hoſtias obtulerunt alij principes q̃ſq; die ſuo ⁊ ſic terminata ẽ dedicatio. xij. diebus. Patet ꝑ recapitulationem hec dici. Octaua eñ die mẽſis primi: ſm ꝙ lr̃a videt̃ ſonare inchoata eſt dedicatio. vij. eñ diebus precedentib' eiuſdẽ menſis cõſecrati ſunt ſacerdotes. ⁊ tabernaculum inunctũ ſed nondum dedicatum. Si vero ita eſt: tunc cõſecratio ſacerdotum ⁊ dedicatio tabernaculi protelate ſunt xix. dieb'. Itaq; nõ fecerũt phaſe eo anno tempore ſuo: ſcꝫ die xiiij. Qđ tñ preceptum fuit eis a domino prima die eiuſdem anni

Additio. Secundum hebreum bos dicebatur ad minus trim'/ aries bimus.

Additio. Non enim licebat duo generalia feſta facere ſimul.

Ideo quidam dixerũt vt predixi-
mus.vij.dies cõſecrationis ſacer-
dotuz fuiſſe terminales primi an-
ni.⁊ prima die ſecundi anni vnctũ
tabernaculũ.xij.die finitam dedi-
cationẽ.xiiij.die celebratũ phaſe.
Põt tñ dici hãc oblationẽ.xij. die-
rum factã ſecundo menſe anni ſe-
cũdi nec per recapitulationẽ hec
dici.Qđ vero legit ea die inchoa-
tam:qua vnctum eſt tabernaculũ
eadem dicit ꝓ conſimili quia ſi-
cut.viij.die primi menſis vnctum
eſt tabernaculum:ita ⁊.viij.die ſe-
cũdi mẽſis inchoata eſt hec obla-
tio:⁊ ſic.viij.primis dieb⁹ anni ter
tij ſacerdotes ⁊ tabernaculum cõ
ſecrata ſunt.

¶De conſecratione leuitarum. Capitulum.x.

B Nu.8. Iterum locutus eſt domi-
nus ad moyſen dicẽs.Tol
le leuitas de medio filiorũ
iſrael ⁊ ſanctificabis eos mihi.
Itaq ſecunduz
preceptum do-
mini leuite pri⁹
aſperſi aqua lu
ſtrationis raſiſ-
q omnibus pi-
lis carnis ſue
vbi non inclu-
duntur capilli:
lotis etiam in-
dumentis coraz
domino ſtete-
runt ad oſtium
tabernaculi:cõ-
uocata oĩ multi
tudie: ponẽteſ-
q man⁹ ſuas ſu
per eos filij iſ-
rael obtulerunt
eos Aarõ mun⁹
dño:vt ſeruirent in miniſterio ei⁹.
Obtuleruntq leuite boues duos:
q̃r alterũ fecit Aarõ ꝓ pctõ.alte-
rũ in holocauſtũ ⁊ ſic ſeparati fue
rũt domino a filijs iſrael.Exinde
habuerunt in vſus ſuos ea que do
mini erant.De decimis enim viue
bant ⁊ his contenti erant.Sacer-
dotũ vero etiã erãt ſacrificia.pri-
mitie:primogenita vota.His om-
nibus veſcebãtur cum domo ſua
mundi:tñ preter oblata pro pecca
to:qr ſacerdotes ſoli peccata po-
puli comedebãt.Decima decima-
rum ſuarum dabãt leuite ſummo
ſacerdoti.⁊ de melioꝛib⁹ dabãt:iõ
forte nõ habuerũt in terra quod ⁊
melius eis ceſſerat.Tũc em̃.xij.p
tem tm̃ bonorũ terre haberẽt:mo
do habebant decimam.

Additio.
Plane dici po-
teſt ꝙ eadez die
ichoata ſunt cõ
ſecratio vel vn-
ctio ſacerdotuz
⁊ dedicatio ta-
bernaclĩ ⁊ obla
tio principum ⁊
cucurrerunt ſi-
mul ꝑ.vij.dies:
poſt quos ſecu-
ta eſt oblatio.v.
dieb⁹.xiij.die cõ
ſecrati ſunt leui
te.⁊.xiiij.die fe-
cerunt ſolenne
phaſe.

¶De his q̃ non pñt facere phaſe p̃mo mẽſe vt faciant ſcđo. Ca.xi.

Locutus eſt dñs ad moyſen B Nu.9.
ãno ſcđo mẽſe p̃mo.Hic pla
ne determinat ꝑ
recapitulationẽ
hoc dici:faciant
filij iſrael phaſe
tẽpore ſuo.xiiij.
die menſis vſq
ad veſperum.:⁊
fecerunt phaſe.
Erant aũt q̃dã
imũdi ſuper aĩa
hoĩs.i.ſuꝑ ho-
minem q̃ đr aĩa
cui⁹ cadauer q̃
tetigerãt nõ po
terãt facere pha
ſe:⁊ dixerũt ad
moyſen.Quare
fraudamur ne
valeam⁹ offerre
iter filios iſrael
Forte indignan
tes:qr talis imũ
ditia neceſſaria
eſt qñq.Et ↄſu-
luit Moyſes ſu
per hoc hoiem.
Qui reſpondit ei.Homo de gente
veſtra qui fuerit immũdus ſuper
anima hominis ſiue in via procul
faciat phaſe menſe ſecundo.xiiij.
die omnẽ ritum phaſe obſeruãs.
Si vero ſine huiuſmodi cauſis:tẽ
pore ſuo nõ fecerit phaſe:extermi
nabitur aĩa eius de populis ſuis.
Peregrinus quoq aduena:ſi fue-
rit apud vos faciet phaſe domi-
ni.Si

Additio.
Quaſi di.ꝑ hoc
quod ibi dici-
tur anno ſecun
do:patet ꝙ iſtđ
ſcilicet faciãt fi-
lij iſrael:phaſe:
⁊c.dicitur ꝑ re-
capitulationez.
Debet em̃ p̃us
dictũ fuiſſe: cuz
prius factuz ſit
i mẽſe:ſez p̃mo
ante oblationẽ
principũ q̃ ſup-
poſita eſt.

Additio.
A meliori parte
totum hominez
ſignificat : ſcili-
cet ⁊ animã qđ
eſt frequẽs i ſa
cra pagina.

ni. Si queratur: ſi iterũ in mẽſe ſcđo propter immunditiã nõ poſſet facere phaſe: quid faceret. Põt dici: q₂ tertio faceret: q₂ qđ ĩ vno dictũ eſt ſimiliter datur in aliis intelligi: Vel forte ſi deinceps eo anno non faceret: non peccaret.

¶ De tubis argenteis ⁊ mõ clangendi in eis. Cap. xij.

B Nu. 10 Ceterum locut⁹ eſt dominus ad moyſen. Fac tibi duas tubas argẽteas ductiles quib⁹ cõuocabis multitudinẽ. Has duas tubas habebãt in quatuor vſus: ad cõuocãdã multitudinẽ: ad mouẽda caſtra ad bella: ad feſta. Et erat (vt dicit ioſephus) tuba fiſtula cãtatoria pene magnitudine cubiti: calamo capacior: prebẽs in principio latitudinẽ q̃ conueniat ori ad ſuſceptionẽ ſpirit⁹: q̃ hebraice dicitur aſora. In conuocatione vero multitudinis aliqua erat diuerſitas ad cõuocandũ omnẽ populũ. Utraq₃ ſimul clãgebant ſimpliciter. Ad cõuocandos ſolos principes ſemel clãgebãt. Quod dupliciter intelligitur. i. vna tantu₃ vel vno impulſu. Etia₃ vt addit Joſephus ſemel clãgebãt ſi principes populũ ſuũ quiſq₃ in eccleſia ꝯuocare volebãt: vel moyſes populũ per eccleſias. Ad caſtra vero mouenda non ſimpliciter ſed conciſe ⁊ prolixius tubis clangebant. Et in primo ſonitu mouebant caſtra tres trib⁹ q̃ erãt ad oriẽtẽ: in ſecũdo q̃ ad meridiẽ: i tertio q̃ ad occidentem: in quarto: q̃ ad aquilonẽ. Modus vero clangendi in bellis nõ diſtinguitur: q₂ forte ſicut apud alias natiões fiebat apud eas qñ etiã habebãt ſolẽne epulũ et dies feſtos: ⁊ calendas clangebãt: ſed nõ eſt determinatus modus. Sacerdotes autem clangebant.

¶ De receſſu iſrl' ad mõtem ſinai. Capitulum. xiiij.

B Nu. 10 Anno ſcđo mẽſe ſcđo. xx. die mẽſis eleuata ẽ nubes de tabernaclo federis: ⁊ ꝓfecti ſunt đ mõte dñi viã triũ dierũ. Dicunt hebrei ꝙ arca ꝓcedebat eos trib⁹ dietis: ſup quã nube ſtãte quaſi ad certũ locũ cõueniebãt paulatim: q̃dã citius. quidã tardius. Sed meli⁹ eſt vt đ hoc itinere tantũ dicamus qñ egreſſi ſunt de mõte ſinai: et preceſſit eos nubes: nec quieuit ꝑ tres dies ⁊ noctes. Unñ ſtatim murmurauerũt ꝓ labore itinerꝫ q₂ nec noctib⁹ caſtra poſuerũt: ⁊ tunc recubuit nubes in ſolitudine pharã. i. in prima mãſiõe quã fecerũt in pharã. Eſt enĩ phara maxima ſolitudo quã modo ſaraceni habitant: q₂ ergo anno primo mẽſe iij. prima die menſis venerunt ad montẽ dñi: ⁊ ab eodẽ egreſſi ſũt anno. xx. die mẽſis ſecũdi patet ꝙ in hac mãſione q̃ ⁊. lxvij. fuit fere ſederunt ꝑ annum. Et dicit hieronymus q₂ per annum ⁊ quatuordies ibi fuerunt. Quod difficillimu₃ eſt inuenire niſi forte fuerit annus emboliſmalis. Poteſt tamẽ dici quia eadẽ die qua legem acceperant reuoluto anno naturali receſſerũt. Cũ ergo veniſſent ꝓdie calẽ. iunij ad mõtẽ: ⁊ quarta die iunij legẽ recepiſſent: ſi eadem die. iiij. reuoluto anno receſſerunt patet q₂ quatuor dies

Additio.
Verius eſt inq̃t magiſter vt dicam⁹ qñ egreſſi ſunt de ſyna iam eos ꝓceſſiſſe nubem.

Additio.
Solaris annus ſuperat lunarẽ xj. diebus q̃bus collectis conſtituitur vna lunatio ꝑ. xxx. dies: vel etiam per. xxix dies q̃ ſupſunt reſeruatis: ⁊ ann⁹ quo euenit illa lunatio dicitur emboliſmalis: alij dicũtur communes. Cõtingit autem aliquãdo duos cõmunes interponi ẽboliſmali: aliquãdo vnũ ſm ꝙ vn⁹ tantũ bis in decemnonali ciclo euenit. Inde eſt ergo ꝙ dixit hieronymus: niſi fuerit emboliſmalis ann⁹. Impoſſibile eſt ꝙ per annũ naturalibus et iiij

bus ⁊ anno ſede
runt ad mōtem
et ita tertio mē
ſe anni legitimi
die quartodeceſ
ſerūt. Tamē ni
hilominꝰ verū
eſt: q2 ſcd̄o men
ſe anni ſcd̄i. xx.
die egreſſi ſunt.
Annus triplici ter capitur. Tripliciter enī
accipit annꝰ ab
eis pter natura
lem. Annꝰ vſua
lis a ianuario
quē habēt com
mune nobiſcū
in contractibus
ſuis ⁊ negocijs
cōmunibꝰ agen
dis. Quoto au
tē mēſe huiꝰ an
ni: q̄ta die egreſ
ſi ſunt nō legit.
Eſt et apd̄ eos
annus legitimꝰ
quō vtūtur l le
gitimis q̄ agūt.
Jn hoc vt diximꝰ
tertio mēſe ⁊ die q̄rto egreſſi ſunt.
Eſt ⁊ apd̄ eos annꝰ emergēs. Jn
memoriā enī liberatiōis ſue cepe
rūt ānos ſuos numerare ab exitu
de egypto: ſicut grecia pria olym
piade: romani ab vrbe ꝯdita: chri
ſtiani ab icarnatione dn̄i: ⁊ huiꝰ an
ni ſecūdo mēſe. xx. die egreſſi ſūt.
Jā enī annꝰ a phaſe vſq3 in phaſe
vnus trāſierat: ⁊ de ſcd̄o phaſe. ſ.
vſq3 in phaſe. fluxerāt. l. dies. Er
go mēſis vnꝰ. xxx. dieꝝ fluxerat: ⁊
ſecūdus iam fecerat. xx. dies. Hec
aūt annorū diſtictio in multis lo
cis neceſſaria eſt. Jn hac māſione
media pars exodi: ⁊ totꝰ leuiticꝰ: ⁊
Annus quadruplex. numerorū p̄cepta non modica de
ſcripta ſunt. Nota q2 quadruplex
eſt annus. Legitimus emergens
vſualis ⁊ naturalis. Annus legiti
mus huius anni tertio menſe iu
nio et quarta die eiuſdem menſis
egreſſi ſunt. Jſtum cōputa a calē.

ralez ⁊ quatuor
dies fuerint ibi:
ſi. l. dicā paſcha
ſunt egreſſi: q2
nunq3 dies pa
ſche idē ē āni p̄
cedētis ⁊ ſequētis
et nunq3 cōcur
rūt paſcha an
nuū ⁊ ānotinū.
Similr nunq3 idē
eſt dies. l. Non
ergo ab eo die
quo lex data eſt
reuoluto anno
naturali ſunt e
greſſi: ſed cū ve
niſſent ad mōtē
p̄ma luna iunij
reuolutis luna
tionibꝰ vſq3 ad
primā lunā iu
nij: quarta eiuſ
dem luna ſual
egreſſi: q̄ eſt q̄n
quageſima die
a. xiiij. luna ap
lis.

in calē. Annus emergēs huiꝰ an
ni ſecundo menſe. ſ. xx. die eiuſdē
que eſt quarta dies iunij exierūt.
Jſtū a phaſe in phaſe computa.
Prius accipe. xv. dies primi men
ſis: ⁊ iunge cum. xiiij. diebus maij
ſequentis. Ecce habes primū mē
ſem ſecūdi anni. Jtem accipe. xvj.
dies qui remanēt de maio. ⁊ iūge
cum quatuor diebus iunij. ⁊ habe
bis. xx. dies ſecundi menſis a pha
ſe: ⁊ ita vera erit vtraq3 cōputatio
anni. ſ. legitimi ⁊ emergētis ſicut
in textu litere continetur. Annus
vſualis iſte incepit a ianu. ⁊ hunc
habēt hebrei nobiſcum cōmunē
in negocijs ſuis. Annꝰ naturalis
huius mēſe tertio luna. iiij. q̄ eſt. l.
dies a. xiiij. luna aplis receſſerūt: C
Duxit autem moyſes ſecū obab: Nu. x.
alias obad fratrē vxoris ſue q̄ no
uerat in quibꝰ locis per deſertū ca
ſtra cōmode poni poterāt: p̄mit
tēs ei de optimis q̄ traderet eis
dominus. Sane cū eleuabat arca
dicebat moyſes. Surge dn̄e ⁊ diſ
ſipent inimici tui ⁊ fugiant q̄ ode
rūt te a facie tua. Cū aūt depone
ret aiebat. Reuertere dn̄e ad mul
titudinem filiorū exercitus iſrael.

¶ De electiōe ſeptuaginta ſenio
rum. Capitulum. xliij.

Ortum eſt autē murmur po A
puli contra dominū dolen Nu. xi.
tis pro labore: et accenſus ignis
in ira domini deuorauit extremā
partē caſtroꝝ: illos. ſ. q̄ retro lōge
erāt. Orauit moyſes ad dn̄m: ⁊ ab
ſorptus eſt ignis: vocauitq3 nomē
loci illiꝰ incēſio: tn̄ nō fuit hoc mā
ſiōis nomē. Jn eadē quoq3 māſio
ne vulgus p̄miſcuū qd̄ aſcēderat
cum eis. i. ſerui ⁊ ancille egyptij: ⁊
multi de iſrael pariter cum eis fla
grabant deſiderio carnium. Car
nium nomine nō ſolas carnes: ſed
alioꝝ ciborum etiam abūdātiam
intelligimꝰ. Unde nec in q̄rela eo
rū de carnibꝰ legitur, cū dixerūt:
Recordamur piſciū quos comede
bamus gratis in egypto: in mētē
veniunt nobis cucumeres ⁊ pepo
nes: po-

nes porriq; et cepe ⁊ allia. aĩa nr̃a
arida eſt: nihil vident oculi noſtri
niſi mãna. Audiuitq; moyſes po-
pulum flẽtem ⁊ intollerabilis res
viſa eſt ei. quia ⁊ ab eo eſcas pete
bãt. Et ait ad dominũ. Cur impo-
ſuiſti populi huius pondus ſuper
me nunquid ego concepi ⁊ genui
multitudinem omnẽ hanc. Obſe-
cro aut aliter puideas aut iterfi-
A cias me. Cui domin⁹. Cõgrega mi
Nu.11. hi ſeptuaginta viros de ſenioꝛib⁹
iſrl' quos meliores noſti ad oſtiũ
tabernaculi: et auferã de ſpũ tuo.
tradãq; eis vt ſuſtentent tecũ on⁹
ppli: ⁊ pplo dices. Cras dabo vo-
bis carnes vſq; ad menſem dierũ.
id eſt q̃ ſufficiẽt ad mẽſem: etiam
vſq; ad nauſeã. Et dicit̃ large nau
ſea p vomitu. Proprie eſt em̃ vo-
mitus ille q̃ excitat̃ fetore ſentine.
Ablatio quidẽ ſpũs moyſi: ⁊ tradi
tio aliĳs non eſt intelligẽda diuiſi
ſpũs ei⁹ p partes vel imminutio
ſed illuminatio alioꝝ ad regẽdũ
populũ: p eãdem ſpecialẽ gratiã
per quã ⁊ moyſes illuminat⁹ erat
ſicut de igne vnius lucerne multe
illuminant̃ ſine ſui diminutione.
Electos itaq; .lxx. viros duxit moy
ſes ad oſtium tabernaculi preter
duos q̃ in caſtris remãſerant. non
ex cõtẽptu ſed qꝛ reputabãt ſe in-
dignos. quoꝝ vnus vocabatur
heldad. ⁊ alter meldad. ⁊ erant (vt
aiũt hebꝛei) fratres moyſi ex ma-
tre. ſed non ex patre. Deſcenditq;
dñs p nubẽ ⁊ re
quieuit ſpiritus
 eis qui ſtabãt
cum moyſe: ⁊ p
phetabãt. Sed
⁊ duo qui remã
ſerãt in caſtris
prophetauerũt
nec poſtea ſilue
rũt. id eſt ſem-
per deinceps vo
cati ſunt pphe
te. Et rediĳt moy
ſes cum illis ad
caſtra.

Additio.
Hieronym⁹ di-
cit ſuper Para-
lipo. non ex pa-
tre ſ; ex matre.
qꝛ poſt legẽ acce
ptã amrã mãdã
te moyſe diuiſit
matrẽ ei⁹ qꝛ ami
ca ei⁹ erat: ⁊ du
xit aliã de qua
ſuſcepit hos du
os. ſed ſm̃ hoc
illi nõdum erãt
bimi. Magiſter ſoluit. Poteſt dici
lex accepta a moyſe p cognitionẽ
in ſpiritu multo ante tempore q̃
p dationem: forſan per .xxx. vel .xl.
annos. Et ita iſti duo potuerunt
connumerari inter .lxx.

¶ De datione carnium et ira dei
ſuper eos. Capitulum .xv.

VEntus ꝯo egrediẽs
a dño arreptas pre Nu.11.
cepto eius trãs ma
re i inſulis ortygĳs
coturnices detulit i
caſtra p circuitum
caſtrorum itinere diei vnius. vola
bantq; a terra altitudine duorum
cubitorum. Surgenſq; popul⁹ cõ
gregauit ſibi coturnices duobus
dieb⁹: ⁊ ſiccauit eas. Qui parũ .x.
choros habuit. Fuerunt he cotur
nices (vt tradunt) nõ modice que
apud nos ſũt. ſ; ille maiores que
regie aues dicũtur. quas curleios
a currendo vocamus. Nondũ de-
fecerat cibus: et furor domini per
cuſſit populum plaga magna ni- Ps.77.
mis. Modus vero plage non de-
terminatur hic. ſed in pſalmis vi-
detur q̃ fuerit ignis. Sepultuſq;
eſt ibi populus qui carnes deſide
rauerat. Unde et locus ille voca-
tus eſt cabroth alias cabaioth qđ
ſonat deſiderium ſepulture: vel ſe
pulchra concupiſcentie

¶ De plaga marie et cauſa lepre.
Capitulum .xvj. B

EGreſſi aũt de ſepulchꝛis cõ Nu.11.
cupiſcẽtie venerunt in aſſe A
roth. ibiq; iurgati ſunt ma- Nu.12.
ria ⁊ aaron cõtra moyſen pptet
vxorẽ ei⁹ ethiopiſſam. q̃ſi rixantes
cũ eo improperauerũt. ei q̃ regi-
nã ethiopie in vxorẽ duxerat. vel
ductã dimiſerat vel potius pptet
vxorem eius ſephoꝛam que rixa-
ta fuerat contra mariam. Madia C
nite enim quondam vocati ſunt 2. Para
ethiopes vt legitur in Paralipo lip.14.
menon: et indignando dixerunt.
Nonne et nobis ſicut ⁊ moyſi lo-
cutus eſt dominus. Ac ſi dicerent.
Quare vult moyſes p̃ eſſe nobis?

quia locutus eſt ei dñs. Et iratus dñs dixit eis. Egredimini vos tres tm̄ ad tabernaculum. Cūqȝ ſtarēt ibi: deſcēdit dñs in colūna nubis: vocanſqȝ aaron et Mariā: ait. Si q̄s fuerit ꝓpheta īter vos loquar ei in viſione: vel ꝑ ſomniū: vel per enigmata: vel ꝑ figuras. Sernove ro meo moyſi qui in oi domo mea fideliſſimus eſt: ore ad os loquor: vt q̄d ergo detraxiſtis: vos ei quaſi parificantes. Et receſſit nubes: ꝛ ecce apparuit maria leproſa. Et ait aarō ad moyſen. Obſecro dñe ne imponas nobis hoc peccatū. Orauitqȝ moyſes ad dominum. Deus obſecro/ſana eam. Cui dominus. Si pater eiꝰ ſpuiſſet in faciem eius: nonne debuerat ſaltem ſeptem dierum rubore confundi. Separetur ſeptē diebus extra caſtra. q. d. Si pater eius vilificaſſet eā pro aliquo crimine ſuo: nonne deberet aliquo tp̄e verecundari. Excluſa itaqȝ eſt maria extra caſtra ſeptem diebꝰ nec populꝰ motus eſt donec reuocata eſt.

De duodecim exploratoribus. Capitulum. xvij.

A Nu. 13. Egreſſus aūt populus de aſſeroth/fixit tētoria in deſerto pharā. Non eſt pharan nomē māſionis ſȝ ſolitudinis plures māſiōes cōtinētis: vt in catalogo manſionū manifeſtabit. Oēs em̄ cōtinet māſiōes ab aſſeroth: q̄ fuit. xiiij. vſqȝ ad aſiōgaber: q̄ fuit. xxxij. ꝑ quas oēs trāſierāt in anno ſecūdo. De aſiōgaber miſit moyſes ex p̄cepto dñi. xij. viros ſingulos de ſinglis tribubꝰ q̄ ꝯſiderēt terrā quā poſſeſſuri erāt quoꝝ precipui fuerūt caleph filiꝰ iephone đ iuda: ꝛ oſee filius nun de effraī. Uocauitqȝ moyſes oſee ioſue hic erat miniſter moyſi: vnde quidā dicūt id qđ ſupra dictum eſt ioſue. per anticipationem dictū eſſe: quia nūc primo impoſitū eſt ei hoc nomen. Poteſt etiam dici: quia moyſes eum et ſalutem aliorū. xj. cōmiſit illi. Caleph ꝛ ioſue.

Additio. Hec ſunt nomina. xij. exploratorū quos miſit moyſes. De tribu ruben ſemmaa: de tribu ſymeō ſalphaat: de tribu iuda: caleph: đ tribu iſachar igal: de tribu effraim oſee vel ioſue. De tribu bēiamin phalti: de tribu zabulon geldegel: đ tribu Joſeph gaddi: de tribu dan anuel: đ tribu aſer ſtur: de tribu neptalim nalbi: de tribu Gad guel. Hec ſunt nōia viroꝝ quos miſit moyſes ad cōſiderādā terrā canaā.

Cūqȝ vocaretur ioſue vel oſee que nomina ſaluatorem ſonāt: tūc primo ꝛ hec nōia appropriauit: cū ſaluatorē aliorū inſtituit. Preceptiqȝ eis moyſes vt cōſiderarēt qualitatē terre ꝛ hominū/ꝛ vrbiū: ꝛ afferrēt de fructibꝰ terre. Eratqȝ tempus q̄n precoque vue comedi poſſunt. Qui aſcēdentes explorauerūt terrā: ꝛ venientes i hebrō viderūt tres viros de genere enach vel enachī id eſt de ſemine gigantco: quales etiam viderant in thanai ciuitate egypti: qui ꝛ a thanai titanes dicti ſunt. Fuit autem hebron ſeptē annis edificata aū vrbē thanaim. Unde et ab hebron ſemen gigantum in egyptum deſcendiſſe creditur. Gigantes i hebron. Deſcendenteſqȝ vſqȝ ad vallē vberrimam ꝛ torrentem: tulerunt de maliſgranatis et de ficis loci illius. Palmitem quoqȝ cum vua abſciderūt: quē pre magnitudine tulerūt in vecte duo viri: Ob hoc appellatus eſt locus ille neeleſcor: id eſt botri torrens.

Additio. Malagranatꝰ arbor malum granatum fructus.

De murmure populi pro quo per. xl. annos in deſerto perierūt. Capitulum. xviij.

Reuerſiqȝ poſt dies quadraginta venerunt ad populum ſuum in cades de D Nu. 13.

xxxij.

xxxij. eſt manſione interim agreſſus erat populus: et morabaẗ in. xxxiiij. Tñ q̄dā tradūt φ de cades miſſi ſunt exploratores: et ibi eos expectauit populus. Hanc māſionem vocat ioſeph⁹ ꝯuallē iuxta chananeoꝝ terminos exiſtentē et adhabitandū difficilē: et cōmēdātes viri terrā quā viderāt addiderūt. Sꝫ cultores fortiſſimos hꝫ vrbes grādes et muratas: ſtirpem enach vidim⁹ ibi: q̄b⁹ nos ꝯparati q̄ſi locuſte videbamur terra quaꝫ luſtrauimus denorat habitatores ſuos. φ ſic exponit hebre⁹. Terra infirma eſt: nec hēc diutius vinaces homines poteſt vl' quia nulli gētī

Additio. In terra ꝑmiſſionis habitabant vij. ppl'i q̄ꝝ vn⁹ erat chananeus

Additio. Sic et nos cui in nidem⁹ laudib⁹ eius cū aduerſatione vitia ſubnectimus.

Additio. Aduerte triplicē ei⁹ expoſitionē: qđ dictuꝫ eſt terra quā luſtrauimus. d. h. ſ.

B licebat diu in ea habitare propter
Eſa. frequētes impugnationes ſuper-
62. uenientium. Unde propheta cum ſecuritatem permanendi illi terre polliceretur: hoc opprobrium ab ea auferendum dicit φ non vocabiẗ terra cultores ſuos deuorās. Poteſt tamen et in commendationem terre dici: φ adeo bona ſit vt nullus ex ea peregrinari velit: ſed qui
A in ea naſcitur moritur in eadem.
Num. ¶ Igitur audiens hec omnis tur-
14. ba: fleuit dicens. Utinam mortui eſſem⁹ in egypto. Nonne meli⁹ eſt reuerti in egyptum q̄ꝫ cadamus gladio: et vxores et liberi tradanẗ captiui. Conſtituamus nobis ducem aliū q̄ꝫ moyſen: et reuertamur in egyptū. At vero ioſue et caleph ſciderunt veſtimēta ſua dicentes. Nolite rebelles eſſe contra dñm. id eſt eum mendacem in promiſſo iudicare: q̄ꝛ ſicut panem populuꝫ terre huius deuorabimus. Cumq̄ clamarent in eos alij decē qui terruerant populū: et oīs multitudo lapidibus vellet eos opprimere: apparuit gloria dñi ſuper tectum federis: et ait domin⁹ ad moyſen. Quouſq̄ nō credet mihi populus hic: feriā eos: et faciam te in gentē magnā. Cui moyſes. Obſecro dñe ne fiat hoc: ne forte inſultent tibi egyptij et dicant. Nō potuit populum inducere in terrā quā ꝑmiſerat. Cui dñs. Iuxta verbum tuum dimiſi. Attamē viuo ego: null⁹ eorum qui viderūt ſigna que feci in egypto: numerati. ſ. a. xx. annis et ſupra. et iam per. x. vices. i. multoties. tētauerunt me. videbit terrā ꝓ qua iuraui prib⁹ eorū pter ioſue et caleph. Qm̄ aūt amalechites et chananeus habitāt iuxta vos ne ſuperueniant/mouete cras caſtra et redite in ſolitudineꝫ iuxta nūeꝝ. xl. dierū: q̄b⁹ terrā ꝯſideraſtis quadraginta annis recipietiſ iniq̄tates vr̄as. Locutuſq̄ ē moyſes omnia v̄ba hec ad eos. et luxit

Additio. Sed q̄ꝛ in omni opere dei ꝯiuncta ē iuſtitie miſericordia ſubdit q̄m̄ autem.

Additio. Iterū ſubditur d̄ iuſtitia dei iuxta numerū etc. Unde dauid ꝓpheta. xl. annis offēn. ſ. g. h. Pſ. 94

populus nimis. Et ecce mane ſurgentes dixerunt ad moyſen. Peccauim⁹ deſperātes: parati ſumus aſcendere ad locum quem promiſit dominus. Et moyſes ad eos. Nolite aſcendere: non enim dñs vobiſcū eſt. At illi contenebrati: ſine deo. ſ. poſſe vincere putantes aſcēderunt/arca cū moyſe et leuitis remanente in caſtris. Perſecutuſq̄ eſt eos amalechites et chananeus ꝑcutiēs vſq̄ ad locū: q̄ ob hoc vocatus eſt horma. i. anathema. et redierunt ad ſolitudinem.

¶ De lapidatione colligentis ligna in ſabbato. Cap. xix.

fi
Nu.15. Factum eſt autem cū eſſent in ſolitudine inuenerūt hominē colligentē ligna in ſabbato: quē recluſit moyſes donec cōſuleret dn̄m. De quo dixit dn̄s. Moriatur homo iſte extra caſtra: lapidibus obruatur. Et factū eſt ita. Quidam putāt hunc fuiſſe ſalphat: qꝛ ⁊ filie ei⁹ poſtea dixerūt. Pater noſter in deſerto in pctō ſuo mortu⁹ eſt. Ibidē etiā p̄cepit eis dominus vt ꝑ quatuor angulos palliorum fimbrias ponerent hyacinthinas / ob recordationē etiā minimorum precep torū diu obſeruandam. Has magnificauerūt phariſei in tantū vt etiā ſpinas in eis ligarent: vt frequenti earū punctione ad memoriam iugē p̄ceptorum dn̄i excitarentur. Quadratis tūc iudei vtebantur pallijs: ⁊ adhuc in angulis veſtis quadrate in ſynagogis ſuis hn̄t fimbrias hyacinthinas ob recordationem legis date de celo. Hoc aūt faciebāt vt a ceteris gentibus etiam habitu diſcernerentur.

¶ De ſchiſmate chore dathan ⁊ abyron ⁊ plaga eorum. Ca. xx.

Nu.16 ꝑ totū Ecce autē chore filius iſuar fratris amram cum vidiſſet fratrueles ſuos honoratos alterum ſacerdotio alterum ducatu populi inuidit: ⁊ murmurās ꝯ moyſen ⁊ aarō ꝯplices ſecū habuit ducētos. l. de leuitis maioribus: quos etiā dignos ſacerdotio p̄ferebat. adiunxeratq; ſibi dathā ⁊ abyron potētiores rubenitarū. quib⁹ principatū ppl'i deberi dicebat: qꝛ fuerant de rubē primogenito. Quib⁹ moyſes ait. Tollat vnuſquiſq; veſtrū thuribulum ſuum ⁊ cras hauſto igne ſuppo nat tymiama: ⁊ aaron vobiſcū ⁊ quem elegerit dn̄s ipſe ſit ſctūs. Miſit ergo moyſes mane vt vocaret dathan ⁊ abyron. qui dixerūt. Non veniemus. Et ꝯuocata omni multitudine: dixit moyſes ad chore ⁊ ducentos quinquaginta. Tollite thuribula veſtra: ⁊ ponite tymiama ſuper ea ⁊ ſtate corā domino. Illis autem ſic ſtantibus moyſes deſcendit cum ſenioribus populi ad dathan ⁊ abyron vt eos vocaret. Nā ⁊ abyron vt dicit Joſephus ex patre leuita erat. Illi autem ſtabant cum vxoribus et liberis ⁊ omni frequentia domus ſue in introitu papilionū ſuarum parati potius ad reſiſtendū. ſi vim inferre vellet moyſes q̄ ad obediendum. Quod vidēs moyſes orauit ad dn̄m vt inſolita morte perirēt ⁊ ſic planū fieret q dn̄s ipſum miſerat. Quo orante ⁊ flente tremuit terra: expauitq; popul⁹ grādi ſtrepitu per illorum tabernacula excitato: ⁊ ſciſſa eſt terra ſub pedibus eorum: ⁊ aperiens os ſuum deuorauit eos cum omni ſubſtantia eorū ⁊ deſcenderūt viui in infernum. i. in patulum terre hiatum. Et reducta eſt terra quaſi nihil horum factum eſſe videretur. Sed ⁊ ignis egreſſus eſt de thuribulis chore ⁊ concilij eius: tantus quantus nec de terra prolatus. vel cōcurſione fulminum aut violentia ſpirituū viſus eſt vnq̄ exilire: et deuorauit eos aaron ſtāte illeſo. Tulitq; eleazar thuribula eorū ex precepto domini igne huc illucq; diſperſo: et ea produxit in laminas forisq; ex eis coronulas aureas: affixit eas altari eneo ad commonendum filios iſrael: ne quis niſi de ſemine aaron accederet ad offerendum incenſum domino ne ſimilia pateretur. Tamen ⁊ ſic fabrefacte erant q ibi ſtabant ad decorem.

Additio.

Nota q iſuar et amram fratres erant: quorum alter. ſ. iſuar qꝛ p̄mogenit⁹ erat viſum fuit filio ſcꝫ chore q ipſe potius haberet ſummū ſacerdotiū q̄ moyſes fili⁹ amrā. ⁊ hoc idē voluit ꝑſuadere dathan et abyrō de dignitate ducatus: qꝛ potiores erant rubenitis.

¶ De exuſtione populi extincta ꝑ aaron. ¶ Capitulū. xxi.

Iterum

B Nu.16 Iterum ſequēti die murmurauit omnis multitudo contra moyſen et aaron dicens. Vos interfeciſtis populum dñi: Cūq; vellent eos obruere lapidib⁹ fugerunt ad tabernaculum: et operuit eos nubes apparuitq; gloria dñi. Et egreſſus ignis a domino deuorauit populū.

Additio. Signo pmiſſo confirmatū fuit ſacerdotiū aarō. Adhuc duo ſequuntur: quorum alterū hic ſupponitur.

Dixitq; moyſes ad aaron. Tolle thuribulum: ⁊ hauſto igne de altari: ponenſq; tymiama: perge cito ad populum vt roges pro eis. Acceleranſq; aaron cū thuribulo et ſtans inter viuos et mortuos: orauit dominum: et plaga ceſſauit. Fuerūt autem percuſſi ex eis xiiij. milia et ſeptuaginta. Alibi habetur ſeptingenti preter hos qui perierant in ſeditione chore.

¶ De virga aaron que nocte vna floruit ⁊ frōduit ⁊ peperit nuces.

Capitulum. xxij.

A Nu.17 Attamē nōdum ceſſauerat tumultus ſuper ſacerdotio aaron. Dicebant enim: q2 etſi nō pdictos leuitas elegerit dñs: poterat eſſe q aliqui de aliqua reliquaꝝ tribuū digni eſſent ſacerdotio et forte de omnibus tribubus aliquot vellet domin⁹ habere ſacerdotes: ne tāta miniſterij dignitas vni domui et tā paucis crederet miniſtris. Accuſabātq; moyſen de deſerti inopia: eo q eorum negotiaret inopiā vt ſp ei⁹ viderētur egere auxilio. Tulit ḡ moyſes ex pcepto dñi v̄gas. xij. pncipū ⁊ ſcripſit in vna quaq; nomē tribus ſue: vel potius principis. Scripſit aūt in virga aaron nomē leui: ⁊ preter has. xij. ſumpſit vnā ſeorſum cunctas familias cōtinētem: in qua probaretur vtrū de oībus tribubus vellet dene ha bere ſacerdotes. In numeris tñ legitur nō fuiſſe virgas niſi. xij. qḋ intelligendū eſt de ſingularib⁹. ſ. excepta gñali.

Additio. Dicebāt moyſen ſpōte eos p deſertum duxiſſe: vt ipi ſuo egerent auxilio.

dñs de me ⁊ de te ad moyſen: et ꝙ
iurauit mihi moyſes in reditu ab
exploratiõe dicẽs. Terra quã cal-
cauerit pes tu⁹ erit poſſeſſio tua
in eternũ. Pollicitusq̃ eſt mihi do-
minus terram in qua inuenimus
enachim te audiente. Quadragin
ta et quinq̃ anni ſunt ex quo locu
tus eſt dominus verbũ hoc: ⁊ ho-
die. lxxxv. annoꝝ ſunt: ſic valẽs vt
eo tẽpore valebã. Benedixitq̃ ei
ioſue ⁊ tradidit ei ebron in poſſeſ
ſionem: et quieuit terra a prelijs.

¶ Quomõ ioſue ſorte diuiſit ter-
rã decez tribubus. Capitulũ. xiij.

Hic cõ-
plectiẽ
plura
capitu
la vt pз

Iterum cõuocauit ioſue
eccleſiam in ſylo: et ait.
Senui/ bonũ eſt vt terrã
quã promiſit nobis dñs
ſorte diuidamus. Et aſſumpſit de
ſingulis tribub⁹ tres induſtrios
viros ad ↄſiderãdã terrã deditq̃
eis decẽ viros metiendi peritos:
quos ꝑpter artẽ veritas non late
ret: mãdans eis ne ſ'm quãtitatez
terrã metirentur. Sed ſecũdũ eſti
mationẽ felicis terre ⁊ que minus
eſſet idonea. Nã ſepe pluris ſunt
decem iugera ꝙ̃ centũ: ⁊ ꝙ in ſcri-
ptis redigerent terre diuiſionem.
Uiri aũt circũeuntes terrã et eſti-
mãtes ſeptimo menſe reuerſi ſunt
ad eum in ſylo: piectiſq̃ ſortibus
prima ſors iude egreſſa eſt: ſecun-
da ſymeonis: tertia bẽiamin. Hec
ſors anguſtiſſima fuit ꝑpter terre
fertilitatem. Tulerunt enim hieri
cho et hieroſolymam. Quarta ef-
fraim: quinta medietati manaſſe:
ſexta iſachar: ſeptima zabulonitꝫ:
octaua aſeritis: nona neptali: vlti
ma danitis. Et notanduz ꝙ ſ'm
conceſſionem terre prius factam
duabus tribubus ⁊ dimidie; ⁊ tra
ditionem poſtea factã ſ'm ſortes
nouem tribubus ⁊ dimidie. Uarie
quãdoq̃ loquũtur autores. Le-
gitur enim ꝙ iudas habuit terrã
ſine ſorte: et ꝙ obtinuit hieruſalẽ
nec potuit inde eijcere iebuſeum:
que de cõceſſione dicta ſunt. Ali-
bi legitur ꝙ bẽiamin poſſedit hie
ruſalez: quod de traditione dictũ
eſt. ¶ Iterũ legiẽ ꝙ ioſue locutus A
eſt ſeptẽ tribubus dicẽs. Uſq̃quo Ioſ.29
torpetis ignauia. Date mihi vi-
ros q̃ diuidãt vobis terram. Cũq̃
hoc omnibus dixiſſet: ſeptẽ tantũ
legiẽ hoc dixiſſe: q: due tribus ⁊ di
midia terrã cõceſſam quaſi tradi-
taz poſſidebãt. Inde eſt ꝙ hoc no
mẽ iudea diuerſis modis accipiẽ.
Quãdoq̃ diciẽ iudea tota terra ꝑ
miſſionis: ⁊ tũc a iudeis diciẽ: ſcꝫ
quod dicitur pompeius iudeã fe-
ciſſe tributariaz: quandoq̃ iudea
tantum regnum iuda: vt ibi. Au- D
diuit Ioſeph ꝙ archelaus regna Mat.2
ret in iudea. Quandoq̃ pro ſola
ſorte iude. vt ibi. Iudea et hieru-
ſalem: id eſt ſors iudee ⁊ bẽiamin.
Si ergo circa hoc ſibi obloqui vi-
dentur autores: determinandum
eſt ſ'm terrã cõceſſam vel traditã.
Nam iudas et
effraim maiorẽ
habuerunt con
ceſſam vł tradi
tam. Soli autẽ
duo ioſue ⁊ ca-
leph quaſi ꝓui-
legiati ſine ſor-
te terraz habue
runt. Caleph
ebrõ habuit. Io

Additio.
Potuit eſſe vt
nunc eſt ꝙ in ca
dem ciuitate di
uerſi habuerũt
quod ſui iuris
erat quod fece-
in ſingulis vide
mus fieri.

ſue tamnatha vel tãnaſara: ⁊ etiã
ſichem ſcꝫ ioſephũ. Hanc partẽ
elegit ſibi ioſue poſt diſtributiõez
omnibus factã tãq̃ bonus diſpẽ A
ſator. ¶ Sed et leuitis ſeparauit Io.21.
quadraginta ⁊ octo ciuitates ad
inhabitãdũ quarũ decẽ pri⁹ acce
perant in amorrea. De reliq̃s tri-
ginta octo tres cõſtituit ciuitates
refugij: ebrõ de iuda ſichim ex ef-
fraim: de neptalim cedes. ¶ Tũc D
locuti ſunt filij ioſeph ad ioſue. Io.17.
Cur dediſti nobis quaſi poſſeſſio
nẽ vni⁹ funiculi cũ ſim⁹ tãte mul-
titudinis. Rñditq̃ ioſue ad effraĩ
⁊ manaſſe. Popul⁹ mult⁹ es ⁊ for
tis: non eris contentus ſorte tua:
ſed tranſibis ad montem: ⁊ pote

 ris vltra

ris vltra terminos terre ꝓmiſſio-
nis procedere: ⁊ parare tibi locū.

¶ De irriguis a re datis a patre
caleph. Capitulum .xiiij.

A
Ios. 15. EO tpe aſcēdit caleph in ter-
rā ſibi traditā: ⁊ percuſſit in
ebrō tres filios enach: ⁊ aſcēdens
inde obſedit ciuitatē dabir: q̄ pri⁹
vocabat̄ cariat
ſepher. i. ciuitas
D literarū. Ciues
para. 6 eī eius ſcripto
res erāt. Quam
cū inueniſſet mu
nitā ait. Qui pri
mus pcuſſerit vr
bē hāc ⁊ ceperit
dabo ei a xā filiā
meā vxorē cū ea
⁊ cepit eā othoniel fili⁹ cenez fra-
ter caleph iunior eo. Erāt aūt vte-
rini fratres tātū. Nā ille filius ie-
phone: iſte vero fili⁹ cenez dicitur:
niſi forte pater
eoꝝ binomius
fuerit. Dedit ita
ꝙ caleph filiaꝫ
ſuam axam fra
tri ſuo in vxorē.
Que cum per-
geret cum viro
ad vrbem tradi
tā ſibi: ſuaſa eſt
a viro ſuo vt pe
teret a patre ſuo agrum ī conual-
libus. Suſpirauitꝙ ⁊ fleuit vt ſe-
debat in aſino.
Cui Caleph.
Quid habes in
q̄t. At illa. Da
mihi bn̄dictio-
nē. Terrā arētē
dediſti mihi: iū-
ge et irriguam.
Deditꝙ caleph
ei irriguum ſu-
perius et irri-
guū inferius. i.
agros irriguos
circa ciuitatem
ab oriente ⁊ oc-
cidente.

Additio.
In paralipo-
menō dicit ebrō
cariatharim. id
eſt ciuitas ſilua
ruꝫ: vel cariath
baal: id eſt ciui-
tas muſcarū vel
viroꝝum.

Additio.
Hec nota deter
minat obiectio-
nē que de eo ſie
ri poteſt: et ca-
leph obuiabat
legi iaꝫ date dā
do fratri nepoti
ſuo filiā ſuam.

Additio.
Nota ꝙ caleph
maluit ſeruare
votū ſuū q̄ legē
q̄ iterdicit mr̄i-
moniūcum filia
fratrꝫ niſi forte
lex itelligat̄ d̄ fi
lia fr̄is ex p̄re.

Additio.
lxx. Redēptionē
excelſā ⁊ redē
ptionē humiliū
ſubaudi fluēto-
rum.

¶ De reditu duarum tribuum et
dimidie. Capitulum .xv.

A
HOdem tēpore cū iam Ios. 22
quartuſdecim⁹ trāſiſ-
ſet ann⁹: dixit ruben io-
ſue ⁊ gad ⁊ dimidie tri
bui manaſſe. Feciſtis q̄ pcepit vo-
bis moyſes famul⁹ dei. Et q2 de-
dit dn̄s fratrib⁹ vr̄is quietē: reuer
timini ad terrā poſſeſſionis veſtre
ita duntaxat vt cuſtodiatis legēꝫ
dei: ⁊ colatis eum: nec eatis poſt
deos alienos: quia arcam ⁊ taber
naculū nō habebitis. Fratres ſu-
mus ⁊ ſerui vnius dei: licet inter-
iecto flumine ſeparemur. In mul
ta ſubſtātia reditis: diuidite eam
cum fratribus q̄ remanſerūt. Qui
reuertentes venerūt ad tumulos
iordanis. Sic enim dictus eſt lo
cus per quem tranſierunt: al⁹ per
quem tranſierunt filij iſrael dicit̄
vada iordanis. ¶ Et edificaue-
rūt iuxta iordanē altare infinite De al
magnitudinis: vocātes hoc noīe tari mi
illud. Teſtimoniū noſtruꝫ ꝙ dn̄s re mas
ipſe eſt de⁹. Uideturꝙ Ioſephus gnitu-
velle ꝙ altari ſuper inſcripſiſſent dinis.
illud. Cumꝙ rediſſent ad propria
nunciatum eſt ioſue ⁊ his qui re-
manſerant de edificatiōe altaris
⁊ arbitrati ſūt illos erexiſſe illud:
vt immolarent ſuper eo victimas
quod nō licebat niſi ſuper altare
quod ſtatuerat deus ante taber-
naculum. Cūꝙ arripuiſſet arma
vt delerent eos de cōſilio: miſſus
eſt ad eos phinees ⁊ decem hono
rati cum eo: qui dixerunt ad eos.
Que eſt iſta tranſgreſſio. Cur reli
quiſtis deum iſrael ⁊ cultum ei⁹:
edificantes vobis altare ſacrile-
gum? At illi reſponderunt. Abſit
a nobis hoc ſcelus: alioqui deus
ipſe querat ⁊ iudicet. Sed timui-
mus ne cras dicerēt filij veſtri fi-
lijs noſtris. Quid vobis ⁊ nobis.
Quid vobis ⁊ domino deo iſrael.
Terminum poſuit dominus inter
nos ⁊ vos. Quamobrem memo-
riale hoc ereximus in ſignū: quo-
niā fratres veſtri ſumus ⁊ deicole
vobiſcum

vobiſcum!. Hiis auditis placatus eſt phinees. Et cũ retuliſſet verba
A Iudi. 2. hec ad omnẽ populũ laudauerũt deũ. ¶ Hoc videtur quibuſdã factũ eſſe qđ legit in libro iudicuʒ ꝙ angelus dñi tranſierit de galgala ad locũ flentiũ. Sed quia potius videtur. Auguſtino hoc factũ eſſe poſt mortem ioſue: non enim auſi fuerunt filij iſrael eo viuente aperte recedere a deo nos illud loco ſuo explicabimus.

¶ De federe quod ſtatuit popul⁹ ad deum. Capitulum. lxvj.

A Ioſue. 24. Euoluto aũt multo tpe ꝯgregauit ioſue oẽm iſrael in ſichim: ⁊ ait. Ego hodie ingredior viam vniuerſe carnis: et ſcio vos pronos ad irritandũ deũ. Eligite hodie qđ placet: cui potiſſimũ ſeruire debeatis. vtrũ dijs quib⁹ ſeruierũt patres noſtri in meſopotamia: an dijs amorreorũ in quoruʒ terra habitatis: ego aũt ⁊ domus mea ſeruiemus dño. Et ait populus dño ſeruiemus: abſit vt ab eo recedamus. Et dixit ioſue. Teſtes vos eſtis qꝛ hodie elegiſtis vobis dñm. Et reſponderunt. Teſtes ſumus. Et aſcẽderũt i ſylo vt ſtarẽt corã dño. Percuſſitqꝫ ppl's in die illa fed⁹ cum dño: ⁊ in ſignũ federis effudit Ioſue aquã ſup terraʒ.

De diuerſo ppl'orũ federe.

Mos erat gẽtibus in ſignum ⁊ robur federis initi ſanguinẽ ſuillum effundere. quaſi diceret. Sic effundetur ſanguis illius qui violauerit hoc fedus. Hebrei p̄o aquam fundẽtes: atrociorem penã in violatorem iudicabant. Alij enim liquores non effunduntur de vaſe. quin aliquod veſtigiuʒ ſui in eo relinquant. Solus aque liquor prorſus effundit. Qđ faciebant hebrei in federe inito cũ dño. q. dicerent. Non ſolũ violator huius federis peribit: ſicut in alijs fit federibus. ſed tota ꝓgenies ei⁹ peribit cum eo: vt nullũ veſtigiũ ei⁹ appareat
F ſuper terrã. ¶ Scripſitqꝫ ioſue in
Ioſue. 24. die illa verba hec in volumine legis dei. i. libro hoc ⁊ tulit lapidẽ pergrandem. poſuitqꝫ eum ſubter quercum q̃ erat ante ſanctuarium dñi: ⁊ ait. En lapis iſte erit vobis in teſtimonium. Solebant enĩ veteres hmõi durabilia erigere: vt ſui diuturnitate poſteris initum fedus in memoriaʒ reuocarent. Dimiſitqꝫ ioſue populuʒ ſingulos in poſſeſſionem ſuam.

¶ De morte Ioſue ⁊ eleazar.
Capitulum. lxvij.

Poſt hec mortuus eſt ioſue: Ioſue. 24.
cum eſſet centum et decem annorum. Quadraginta quatuor annoruʒ erat cum acceſſiſſet ad moyſen ⁊ quadraginta annis ſeruiuit ei i deſerto. Ex q̃ colligitur ꝙ viginti ſex annis rexit populum trans iordanem. ⁊ ſepelierunt eum in tannaſſara: que ſita eſt in monte effraim. Eleazar quoqꝫ mortuus eſt: ⁊ ſepelierunt eum in gabaa phinees ⁊ filij eius que data eſt ei in mõte effraim: qui ſucceſſit patri in ſacerdotium.

Additio. Gabaa phinees põt eſſe nomen ciuitatiſ a phinees ibi ſepulto vł poſſunt eſſe due dictiones.

¶ Incidentia.

¶ In diebus ioſue erictonius primus iunxit quadrigam in grecia: erat quippe apud alias natiões. Burſiris tyrannidẽ exercuit in hoſpites. phenix ⁊ cathmus de thebis egyptiorum in ſyriam profecti in regione tyri ⁊ ſidonis regnauerunt. Sed cathmo recedẽte i greciã terra a phenice phenica dictũ eſt. Europe filie phenicis iupiter mixtus eſt. Danaus p quinquaginta filias quinquaginta filios egiſci fratris ſui interfecit: vno tm̃ ſuperſtite qui regnauit poſt eum.

¶ Explicit liber Ioſue.

¶ Incipit hiſtoria Iudicum.

Capitulum primum.

Quomodo iudas pugnauit contra chananeum. ca. ij.
De cineis ⁊ trãſgreſſiõe ppli. c. iij.
De loco flentiũ in galgalis. c. iiij.
De othoniele

De othonicle populi liberatore/ ⁊ eius morte. ca.v.
De aioth ⁊ ſangar liberatoribus Iſrael. ca.vi.
De delbora pphetiſſa ⁊ Barach/ Syſara/Jahel/⁊ Jabin. ca.vii.
De a:lo miſſo/⁊ ď gedeone. c.viii.
De abimelech qui occidit.lxx.fratres. ca.ix.
De thola duce iſrael. ca.x.
De iair galaadite ⁊ morte ei⁹. c.xi
De penitentia filiorum iſrael ⁊ de iepthe. ca.xii.
De abeſſan duce iſrael. ca.xiii.
De ahilon duce. ca.xiiii.
De abdon duce. ca.xv.
De ſamſone. ca.xvi.
Quomodo ſamſon accepit vxorē ⁊ quō interfecit leonem. ca.xvii.
Quomodo interfecit multos cum mandibula aſini. ca.xviii.
Quomodo tandem deceptus fuit ſamſon. ca.xix.
Incidentia. ca.xx.
De micha ⁊ ei⁹ ſacerdote. ca.xxi.
De vxore leuite. ca.xxii.
De ruth cuius liber expeditur in vnico hoc capitulo. vꝫ ca.xxiii.

¶ Incipit hiſtoria Iudicum.
Capitulum.i.

Prefatio. LIber iudiciū hebraice ſophtim ďr. qui iudices deſcribit: vſq; ad hely ſacerdotem. ⁊ ob hoc ďr iudicum tanq̄ materia. Uidetur tñ q̄buſdā ab autorib⁹ ſic nolatus. vt q̄ſi chronice ſcribendo q̄ſq; iudicū· tp̄s ſuū in actis redegerit. Quis aūt in vnū cōpegerit dubiū eſt. Dicūt quidā ꝙ ſamuel. alii qꝺ eſdras. Uerīſimilius videŧ/ꝙ ezechias: q̄ parabolas ſalomonis ⁊ librū regum in vnū collegit. Si q̄riŧ quare ioſue ⁊ moyſes īter iudices nō annumereŧ. dicim⁹. qꝛ nō ſoluꝫ iudicauerūt pplm̄. ſꝫ ⁊ rexerūt. Ceteri vͦ nīl iuris ī pplo habuerūt: niſi ꝙ in tribulatiōib⁹ ſuis cōſilio ⁊ prudētia eorū popul⁹ vtebatur.

¶ Quomodo iudas pugnauit cōtra chananeum. Capitulum.ii.

ET factum eſt poſt mortē ioſue conſuluit populus dn̄m ꝑ phinees. Quis aſcēderat ꝑ nos contra chananeū. ⁊ erit dux belli. Et dixit dn̄s. Iudas. Nō perſonaꝫ ſed tribū deſignās. Creditŧ tñ caleph pfuiſſe populo: ſꝫ ꝓ modicitate tp̄is nec rectorib⁹ nec iudicibus adnumerat⁹ ē. Et ait iudas ſimeoni. Aſcēde mecū in ſortē meā ⁊ pugna cōtra chananeum. ⁊ ego pergā tecū in ſortē tuā. Non tñ legitur ſimeō ꝓpriā poſtea habuiſſe ſortē. ſed adheſit inde vt impleretur qꝺ p̄dixerat iacob de ſimeō ⁊ leui. Diuidā eos ī iacob ⁊ diſpgā in iſrael. Aſcēderūtq; Iudas ⁊ ſimeō in beſech. ⁊ percuſſerūt ī eo decē milia viroꝝ. Cōprehēdētes q; adonibeſech. i. dn̄m beſech: adonay eīn dn̄m ſonat inciderūt. ſummitates manuū ⁊ pedūꝫ eius. Hebreus tñ ſermo videŧ ſonare pollices. Quib⁹ ceſſis non eſt idoneus homo ad arma ferēda. Et ait adonibeſech. Merito patior hoc. id ip̄m eīn fecerā ſeptuaginta regib⁹ qui colligebāt ſub mēſa mea ciborū reliquias. Et aſcēdētes in hieruſalē ꝑcuſſerūt eā. tradētes incēdio ⁊ reliquerūt ibi adonibeſech: ⁊ mortu⁹ eſt nec intelligēdū eſt ꝙ filii iſrael tūc habuerūt hierl'm in ditione ſua expulſo iebuſeo. Hoc eīn factū nō eſt vſq; ad tp̄a dauid q̄ expulſis iebuſeis ſedit ī ea: ⁊ trāſtulit eā de beniamin ī ſortē regū. Hoc videŧ a q̄buſdā recapitulādo dictū ⁊ factū eſſe viuēte ioſue ante diſtributionē ſortiū qñ ꝯceſſam ſibi iudas habebat hieruſalem ⁊ totū recapitulādo dictū vſq; ibi. Et ſurrexerūt alii q̄ nō nouerāt dn̄ꝫ. Alii tradūt eo ordine dictū eſſe q̄ factū. ⁊ ibi demū inchoent recapitulationē. dimiſit ergo pplꝫ ⁊c. D Gene. 49. C B Ioſue. 15.

Aſcendit ⁊ caleph hebrō terrā ſ. gigātū ⁊ pcuſſis hoſtib⁹ pleni⁹ poſſedit eā.

Additio.

Hoc etiam vult Auguſtin⁹ ordine ſuo dictuꝫ in ioſue p̄occupatum.

Et

Et recapitulat hic hiſtoriã:qd ſu=
pra diximꝰ factũ in ariathſepher.
Cepitq; iudas gazam ⁊ aſcalon ⁊
acharon cũ finibus ſuis. Nec po
tuit delere habitatores vallis:q2
falcatis curribus abundabant.

¶ De cineis et tranſgreſſione
populi. Capitulum.iij.

D
Judi.1. FIlij aũt ietro cinei cognati
moyſi aſcẽderũt de ciuita
te palmarũ cũ filijs iuda in deſer
tũ ſortis eiꝰ ꝙ eſt ad meridiẽ. Iſti
ſũt filij iobal fratris ſephore:vxo
ris moyſi:qui relicto patre et pa
tria ſecutꝰ eſt moyſen:⁊ deinceps
habitauit in medio filiorũ iſrael.
Ciuitas aũt palmaꝝ dr̃ h̃ engad
di. Uel q2 hiericho ſic ſolet appel
lari:⁊ forte de cãpeſtribꝰ eius vbi
erãt cũ beniamin trãſtulerunt ſe
ad iudã. Beniamin aũt poſt iudã
aſcẽdit in hieruſalẽ. Hinc putant
quidã eã fuiſſe cõem. Nec potuit
eijcere iebuſeũ:ſ3 ꝑmiſit eũ habi=
tare ſecũ in tributo. Effraim quo
q; aſcẽdit in bethel:q̃ priꝰ vocaba
tur luza. Uidẽteſq; hoĩe3 egrediẽ
tem de obſeſſa ciuitate dixerũt ei.
Oſtẽde nobis introitũ ciuitatis:
⁊ faciemꝰ tecũ miſericordiã. Quo
oſtẽdente ꝑcuſſerũt eã:hoiem xᷓo
⁊ domũ eiꝰ ditauerũt. Qui trãſiẽs
in terrã ethim:edificauit ibi ciui=
tatẽ ⁊ vocauit eã luzam. Nec dele
uit effraim chananeũ:ſed paſſus
eſt eũ viuere ſub tributo. Sil'r ⁊ re
lique tribus cũ eſſent confortate:
maluerũt eos hr̃e tributarios q̃
delere trãſgredientes mãdatũ dñi
⁊ ɔuerterũt ſe ad agricl'turas. Qui
ad diuitias ſe tradẽtes ꝑ epulas
⁊ libidinẽ iã imbelles facti in cõ=
uerſatione legũ integri nõ erant.

¶ De loco flentium in galgalis.
Capitulum.iiij.

ANgelus aũt dñi ap
parult in galgala.
A
Judic. et cũ cõueniſſent fi=
2. lij irſael ad eũ de fi
nibꝰ ſuis tranſtulit
ſe ad aliũ locũ:⁊ in
feci.ti ſunt eũ. Cũq; iproperaſſet
eis dñs ꝑ angelũ beneficia q̃ eis
cõtulerat addidit. Cur iniſtis fe=
dus cũ habitatoribꝰ terre huiꝰ:et
reſeruaſtis aras eoꝝ:⁊ noluiſtis
audire vocẽ meã. Quãobrem dij
eoꝝ erũt vobis in ruinã. Hec an=
gelo loquẽte eleuauerũt vocẽ ſuã
⁊ fleuerunt:⁊ vocatũ eſt nomẽ loci
illiꝰ locus flentiũ: cognominatus
ab euẽtu:ſicut galgala collis ꝑpu
tioꝝ. Immolaueruntq; ibi hoſtias
dño. Porro h̃ recapitulat hiſtoriã
de ioſue ad cõtinuãdã ordiſeriẽ
dicẽs. Dimiſit ergo ioſue pplm
et abierunt filij iſrael vnuſq̃ſq; in
poſſeſſionẽ ſuã ſeruierũtq; dño
cũctis diebꝰ ioſue ⁊ ſenioꝝ q̃ poſt
eũ vixerũt:⁊ nouerunt opa dñi q̃
fecerat cum iſrl'. Mortuus eſt aũt
ioſue ⁊ oĩs generatio ſenioꝝ con
gregata eſt ad patres ſuos.

¶ De othoniele populi liberato
re ⁊ eius morte. Capi.v.

ET ſurrexerunt alij q̃ nõ no B C D
uerunt dñ3.i.nõ viderãt vir Judic.
tutes eiꝰ:quas fecerat eis in exi= 2.
tu de egypto in deſerto ⁊ in igreſ
ſu terre ꝓmiſſionis. Feceruntq; ma A B
lũ in ɔſpectu dñi:⁊ ſeruierũt baal Judic.
⁊ aſtaroth:⁊ dijs terre:ɔtraxerũt 3.
q; cõiugia cum alienigenis. Quã=
obrẽ indignata diuinitas: nõ de=
leuit gẽtes de medio eoꝝ:vt eẽnt
eis in aculeũ ⁊ laborem. Et tradi
dit eos dñs in manibꝰ chuſan ra
ſathim regis meſopotamie ⁊ ſy=
rie. Seruieruntq; eis octo annis:⁊
clamauerunt ad dñm qui ſuſcita
uit eis liberatorẽ othoniel. fratrẽ
caleph:quẽ ioſephꝰ cenez vocat:
quaſi equiuocũ patri. Et dr̃ cenez
quaſi cenezeꝰ a loco. Et fuit dñs
cũ eo:⁊ pugnauit aduerſus cuſan
raſathim:⁊ oppreſſit eũ:⁊ quieuit
terra quadraginta annis. Et mor=
tuus eſt othoniel. Hic dicit ioſe=
phus occiſionẽ l beniamin factã
ꝓ vxore leuite:qd nos infra pone
mus ſequentes ordinẽ huiꝰ libri.
Et nota ꝙ hebrei ſub hoc nũero
comprehenderunt annos ſeruitu
tis et quietis et ſimiliter ſub alijs
iudicibus

iudicibꝰ. Aliter nō ſtaret hiſtoria.

¶ Incidentia.

Incidēs eſt non de biblia. ¶ In diebꝰ othoniel Cadmus regnauit thebis ex cuiꝰ filia ſemele natus eſt dionyſiꝰ liber pater. Bithinia cōdita eſt a phenice: q̄ phenicibus quaſdā tradidit literas ⁊ ad ſcribēdū vermiculū inſtituit. Vñ ⁊ color ille pheniceus dictꝰ eſt q̄ poſtea litera mutata puniceus dr. Ephira q̄ nūc corinthus dicit a ſyſipho condita eſt. Minos filius europe regnauit in creta.

¶ De aioth ⁊ ſangar liberatoribus iſrael. Capitulum. vi.

B
Iudi.3. Addiderunt autē filij iſrael facere malum in cōſpectu dñi. Qui ſuſcitauit aduerſꝰ eos eglō regē moab: ⁊ copulauit ei filios amon ⁊ amalech. Qui trāſiens iordanē pcuſſit iſrl: ⁊ poſuit idola ſua in galgala: et fecit ſibi domū in vrbe palmarum. i. hiericho: et ſeruierūt ei filij iſrl decem ⁊ octo annis: et clamauerunt ad dñm. Qui ſuſcitauit eis ſaluatorē: aioth: filiū gera filij gemini. Qui vtraqꝫ manu vtebat p dextera. Geminū q̄dā dicūt fuiſſe quendā vilē in beniamin: q̄ poſterꝫ ſuis ſepe legit ī

D properatus ob
1. Reg. ignominiā. He
16. brei tradūt hūc fuiſſe beniamí. Et quaſi per antiferesim: vbi nos ponimus geminuz: ipſi ponūt iemin quod ſonat dextrariuz vel dextrale q̄ latie geminꝰ dici poſſet: q2 geminat cum trahente: niſi geminus a iemin. p I. cōſonātē ſcriberet. Dicit autē a iamin proprie ieminus: ſicut a

C dextera dextrariꝰ. Miſerūtqꝫ filij
Iudi.3. iſrael p aioth munera eglon regi qui fecit ſibi gladiū ancipitem lō gitudinis palme manus ⁊ accinctus eſt eo ī dextro femore ſubter ſagū: qđ eſt quadrate forme militare indumētū. Erat autē eglon

Additio.

In regū vbi incipit agere de ſaul dr vir fortꝫ robore: ob hoc quidā putāt dictū geminū q̄ſi binomium.

craſſus nimis. Cūqꝫ obtuliſſet ei munera pſecutus eſt ſocios q̄ cū eo venerūt: ⁊ reuerſus eſt ad regē ⁊ ait. Verbū ſecretuz habeo ad te o rex. Egreſſiſqꝫ oībus qui cū eo erāt: acceſſit ad eū aioth ⁊ ait. Verbū dñi habeo ad te: qđ intelligendū eſt de ſomnio ex mādato dñi. Qui ſtatiz ſurrexit de throno. Extēditqꝫ aioth manū ſiniſtrā: et tulit ſicam de dextro femore: ⁊ infixit eā in ventrē eiꝰ valide nec eduxit eā ſed reliquit ī corpore. Ipſe uo clauſis diligēter hoſtijs cenaculi: per poſticū egreſſus eſt ⁊ aufugit. Serui aūt regis poſt lōgā morā intrātes: inuenerūt eū mortuum ⁊ iacentē in terra. Venitqꝫ aioth in ſeyrat: ⁊ īſonuit buccina in mōte effraim: ⁊ deſcēderūt cum eo filij iſrael ad vadat iordanis q̄ trāſmittūt in moab. Et volentes trāſire moabitas pcuſſerunt circiter decē milia: ⁊ humiliatus eſt die illa moab ſub manu iſrael: et quieuit terra. lxxx. annis. Et mortuꝰ eſt aioth. Et tūc de philiſteis volētibus intrare terrā iſrael ſangar occidit ſexcētos viros vomere vno ipſe quoqꝫ defendit iſrael et eodem anno vitam finiuit.

¶ Incidentia.

¶ In diebꝰ aioth: cyrene ciuitas cōdita eſt in libya: ⁊ triptolemus longa naui veniens eleuſim frumenta ibi diſtribuit. Proſerpinaz rapuit rex moloſſorum orchus: cuius ingens canis cerberus perithoum deuorauit: qui cū theſeo ad raptum proſerpine venerat. Sed ⁊ theſeū deuoraſſet: niſi hercules ſuperueniēs euz liberaſſet. Frixus ⁊ helles īſidias nouercu las euaſerunt in naui cuiꝰ īſigne fuit aries. In dardania regnauit tros a quo troiam conditam ferunt. Perſeus occidit gorgonem meretricem: que ob nimiam pulchritudinē ſpectatores ſuos mentis impotes reddebat. Dionyſiꝰ in india niſam cōdidit: ⁊ a ſuo nomine eam appellauit. Incidēs eſt ⁊ nō de biblia.

¶ De del

¶ De delboꝛa ꝓphetiſſa et ba-
rach/ſyſara/iahel ⁊ iabin. ca. vij.

A
Jud.4 POſt moꝛtẽ aioth addiderũt filij iſrael facere malũ corã dño. Qui tradidit eos in manꝰ iabin regis chanaan. Qui regnauit in aſoꝛ ⁊ hũit ducẽ exercitus ſui ſyſarã. Ipſe autẽ habitabat in aſeroth gẽtiuz q̃ ſic dicebaꝛ qꝛ nõ ab vno ꝑplo: ſz a multis collectis gẽtibus habitabaꝛ: ⁊ oppꝛ̃ſſit filios iſrael ꝑ viginti annos. Qui clamauerunt ad dñm. Erat aũt delboꝛa ꝓphetes vxoꝛ lapidoth. q̃ poſuerat tẽtoꝛium ſuũ in monte effraim ſub arboꝛe palme: q̃ dicebaꝛ palma delboꝛe. ⁊ aſcẽdebant ad eã filij iſrael in oẽ iudicium. Que vocauit barach filium abinoe de edes. aꝛs cadeſ de neptalim. Mulier eꝛ iturã ad ꝓliũ vocauit virũ ſuum: q̃ ſupradictus eſt lapidoth. Credit em̃ fuiſſe idez barach ⁊ lapidoth. qꝛ eadẽ eſt vtriuſqꝫ nois interꝑtatio. Interꝑtaꝛ em̃ vtrunqꝫ coꝛuſcatio: delboꝛa vero hebꝛaice apis. Que dixit ad eũ. Pꝛecepit tibi deꝰ iſrael. Duc exercitũ in montẽ thaboꝛ decẽ milia de neptalim ⁊ zabulon: ego tradã ſyſaraz in manum tuã iuxta toꝛrẽtem cyſon. Cui barach. Niſi veneris mecũ nõ ꝑgaz. Qui ait. Ibo. ſz victoꝛia tradeꝛ in manus mulieris. Nunciatũ eſt ſyſare ꝙ aſcendiſſent delboꝛa ⁊ barach in montẽ thaboꝛ ad pugnandũ. Et ꝯgregauit exercitũ ad toꝛrentẽ cyſon. trecẽta milia armatoꝛum vt ait Joſephus. ⁊ decẽ milia equitum: ⁊ nongentos currus falcatos: ⁊ alios currus duo milia ⁊ centũ. Et ait delboꝛa ad barach. Deſcende hac die dabit tibi dominus ſyſarã in manus tuas. Et deſcẽdit cũ decẽ milibꝰ: delboꝛa ſtante in monte ad oꝛationez. Et ꝑterruit dñs ſyſarã ⁊ vniuerſam multitudinẽ eius. Uẽtus grãdo ⁊ pluuia irruerunt in facies eoꝝ. arcus ⁊ fundibule inutiles fiebãt: plurimi de equis ſuis ⁊ curribus excuſſi ꝯterebanꝛ. Sicqꝫ ꝯuerſo in fugaz exercitu ſyſara de curru exiliẽs: et fugiẽs: ꝑuenit ad tẽtoꝛium iahel vxoꝛis abner cinei. Abner em̃ cũ omni domo ſua receſſerat a fratribus ſuis q̃ hab tabat vt dixïmꝰ in ſoꝛte iude ⁊ tetenderat tabernacula ſua in valle ſemijm iuxta cedes ⁊ erat fedus inter regem aſoꝛ ⁊ domum abner cinei. Poꝛro abner ſuſcepit fugientẽ ⁊ rogantẽ vt celaret eũ: ⁊ petẽti poculũ dedit ei lac vt grauius obdoꝛmiret. Illa vero doꝛmienti clauum ferreũ percuſſum malleo per vtrunqꝫ tẽpus immiſit vſqꝫ in terrã. Et barach poſt paulum venienti oſtendit eum in terra confoſſum. Et ſic impletũ eſt qđ dixerat delboꝛa ꝙ ꝑ mulierem triũphus accideret. Barach vero agens exercitum ſuper aſoꝛ obuiam venientem iabin interfecit: ciuitatem funditus eijciens: vt ait Joſephus. ¶ Cecineruntqꝫ delboꝛa ⁊ barach canticum domino. in quo hoꝛtantur victoꝛes ad benedicendum deum rememoꝛãdo beneficium qđ fecerat dñs iſraeli dum daret legem in terremotu ⁊ pluuia: addẽdo ⁊ quõ ꝑ ſangar vt diximꝰ deuerũt hoſtes a ſemitꝭ iſrꝉ ⁊ quõ defecerũt foꝛtitudo iſrꝉ: donec ſurgeret delboꝛa. q̄ñ noua bella elegit dominus vt mulier de viris triumpharet. Quod ſequitur in cantico ſurge delboꝛa ⁊ loquere canticum non eſt in hebꝛeo. Addidit q̃z de amalech victo l raphidim ab effraim id eſt a ioſue effraita: ⁊ pꝛophetauit eundẽ poſtea vincendum per ſaul ex beniamin. Et cõmendauit eos qui de manaſſe ⁊ iſachar ⁊ zabulon ⁊ neptalim cum eis venerãt ad ꝓlium vituperans ruben et gad. ⁊ dan ⁊ aſer. qui noluerũt cum eis venire. Quod etiaz dicit ruben contra ſe diuiſum: intelligitur ꝙ ſeparauit ſe a pugnaturis vel ꝙ rubenite inter ſe diuiſi erant quibuſdam hoꝛtãtibus

Moꝛs ſiſare.

Jabin moꝛꝛ.

A
Jud.5.

Additio.
Qui pꝛimus infeſtauit iſrael i deſerto.

facriſicium poſuiſti. Gedeō timēs
patrē ⁊ ciues: cū decē ſeruis oīa no
cte cōpleuit: ⁊ vocauit altare pax
dñi: ⁊ latuit. In craſtino ciues di-
xerūt ad ioas. Educ filium tuū vt
moriaꝛ: qm̄ fecit hoc. Quibus ille
ait. Nunqd vltores eſtis baal. Si
Gedeō nomīatur iero baal. — deꝰ eſt baal vindicet ſe. Exinde di
ctꝰ eſt gedeō ierobaal. i. fortitudo
baal. q̄ſi fortꝰ ꝯ baal. Igiꝛ madiā
⁊ amalech tranſito Iordane ſede
rūt ī valle ieſrael q̄ſi locuſte. Spi
ritꝰ aūt dñi induit gedeō vacauit
q̄ȝ domū abiezer: de cuius familia
ipſe erat ⁊ ipē miſit nūcios ad ma
naſſen ⁊ aſer ⁊ zabulō ⁊ neptalim.
Qui occurrerūt ei triginta duo mi
lia. Et petijt gedeō ſignū victorie
a dño in vellere poſito in area ſi
De vellere gedeōis ſignū victorie. — nocte illa vellꝰ rore cōpluereꝛ ⁊ arca
ſicca manēꝛ te. Et factum eſt ita. Et
expſſo vellere rore cōcā impleuit.
¶ Sequenti nocte ne caſu factum
putareꝛ petijt ſignum in contra-
rium: vt area irrigaretur: ⁊ vellus
ſiccum eſſe. Quod factum eſt. Ve-
A nit autē gedeon cum ſuis ad fon
Iud. 7 tem qui dicitur arad. Et ait domi-
nus ad gedeō. Populus multus
eſt tecum: ne dicat iſrael: viribus
meis liberatus ſum: clama ad po
pulum. Qui formidoloſus eſt re-
uertatur. Tamē intelligēdum eſt
alia tria que mandauit dominus
clamanda in populo eum non ta
cuiſſe q̄ moyſes dixit ī deuterono
B mio. Qui edificauit domū ⁊ nō de
deu. 20 dicauit eā reuertaꝛ. Siḿr. Qui plā
tauit vineā: ⁊ nōdū fecit eā cōem ⁊
q̄ diſponſauit vxorē ⁊ nondū acce
pit eaȝ. Et reuerſi ſunt de populo
viginti duo milia: ⁊ tantum decē
milia remanſerunt. Et ait domi-
nus ad Gedeon. Adhuc populus
multus eſt duc eos ad aq̄s in ca-
lore meridiei: ⁊ eos qui lābuerint
aquam manu ⁊ lingua ſicut canes
exiſtimans magnanimos ſepara-
bis. Et inuenti ſunt tantuȝ ex eis
trecenti viri. Et ait dominus. In
his trecentis tradā madiā in ma
nus tuas. Quibꝰ aſſumptis: ⁊ ciba
rijs p̄ nūero ⁊ tubis: gedeō ſe cer
tamini dedit. ¶ Eadē nocte dixit
dñs ad Gedeō. Deſcēde in caſtra
madiā tu ⁊ pharā puer tuꝰ tecū ⁊
audies q̄d loquanꝛ ⁊ cōfortabunꝛ
manꝰ tue. Diſſolutū ei erat cor eiꝰ
Qui deſcēdēs ſtetit ī parte caſtro
rum vbi vigilie erāt ⁊ audiuit quē
dā narrātē ſomniū cōmilitoni ſuo
ī hūc modū. Videbaꝛ mihi q̄ panis
ex hordeo ſubcinericiꝰ ⁊ cōcſtibilis
deſcēdebat ī caſtra madiā vſq̄ ad
tabernaculū. ſ. regis ⁊ ſubuertit il
lud ⁊ terre funditꝰ coequauit. Et
ait is cui loque
baꝛ. Vile ē hor-
deū iter grana
⁊ inter gētes iſ-
rael videꝛ abie-
ctum ⁊ in iſrael
vilis eſt familia
gedeonis. Nō ē
hoc aliud niſi gla
dius Gedeonis

Additio.
Forte taberna-
culū corꝑ dixit vel
exiliū quo duce-
bātur: vel habe
bant tabernacu
lū in quo idolis
ſuis ſacrificabāt

tradidit dñs in manus eius ma-
diā. Quod audiēs gedeon adora
uit. Et reuerſus ad ſocios ait. Eā
mus tradidit nobis dominus ca-
ſtra madiā. Et diuiſit eos in tres
partes ⁊ dedit tubas in manꝰ eo-
rum dextras lagenas vacuas ⁊ lā
pades in medio lagenaruȝ in ſini
ſtras. Et ait. Quod me facere vi-
deritis facite. Et ingreſſi ſunt per
gyrum caſtrorum in tribꝰ locis in
vigilia noctis medie. Et cum con
fregiſſent hydrias tenuerunt lam
pades in manibus: ⁊ inſonātes tu
bis clamauerunt. Gladius domi-
ni ⁊ gedeonis (ſm̄ ioſephum) va-
cuas q̄ȝ pharetras portauerūt.
Quibus ſimul comploſis terribi-
lis audiebaꝛ ſonitus. Quo ſubito
hoſtes excitati turbati ſunt nec co
gnoſcentes ſeſe plurimi mutuis
vulneribus ceciderunt alij in fu
gam conuerſis vſq̄ ad Berſecha.
Viri autem de neptalim. et aſer ⁊
manaſſe qui redierant conclamā-
tes perſequebantur Madian. Ef-
fraim quoq̄ deſcēdit in occurſum
fugiētium ⁊ occupauit iordanem

Victoria gloriosa gedeonis. Buccis
nam ſonitu et facibꝰ.

vſq bethara: ⁊ occidit duos reges madian oreb: ⁊ zeb. Oreb in petra quadã: zeb ꝟo i torculari. Et voca tũ eſt nomẽ loci i. li⁹ torcular zeb ⁊ nomẽ alteri⁹ petra oreb. Que mo dico apice lr̃e differt a noīe oreb. vñ aq̃ fluxerũt p manũ moyſi. Et forte differẽtia eſt in interp̃tatiõe.

A Et portauit effraī capita regũ ad

Ind.8 gedeõ. ¶ Et iraſcẽtes dixerunt ad eũ. Cur cõtẽpſiſti vocare nos ad pugnã? Qui ait. Ne forte indigna remini. Melior eſt ei racem⁹ effraī vindemijs abiezer: ſꝫ in man⁹ veſtras dati ſũt reges madiã. Quid tale facere potui ſicut vos feciſtiſ. Quo audito requieuit ſpirit⁹ eorũ. Trãſiuitq gedeõ iordanẽ cũ trecẽtis viris: nec poterat pſequi fugiẽtes p̃ laſſitudie. Et ait ad viros ſochot. Obſecro date nobiſ panes vt poſſim⁹ pſeq̃ zebe ⁊ ſalmana. Qui negauerũt ei ⁊ ſubſannauerũt eũ. Idipm̃ rñderũt ei viri phanuel, petẽti panes ab eis zebee autẽ ⁊ ſalmana i valle deſcẽbãt: nil aduerſi ſuſpicãtes: cum duodecim milib⁹

De zebee ⁊ ſalmana regibus. tm̃: ceſis de exercitu cẽtum viginti milibus. Gedeõ autẽ repẽte irruit ſup eos: et turbato exercitu eorũ duos reges cõprehẽſos ſecũ reduxit. Et reuertẽs apꝑhendit puer de ſochot. ⁊ queſiuit ab eo nomia ſeniorum de ſochot. Et deſcripſit ei ſeptuaginta ſeptem viros quos ſpinis ⁊ tribulis comminuit tanq̃ autores predicte ſubſannatiõis. Turrim quoq phanuel ſubuertit occiſis habitatorib⁹ ciuitatis. Cumq rediſſet in effra regionem ſuam dixit zebee ⁊ ſalmana. Quales erãt viri quos occidiſtis i mõte thabor. Qui dixerunt. Similes tui. Et ait eis fratres mei erãt vterini. Et ait primogenito ſuo. Interfice eos. Qui nõ eduxit gladiũ: timens quia puer erat. Surgens gedeon occidit eos. Et dixerunt omnes filij iſrael ad eum. Dominare noſtri tu ⁊ filius tuus ⁊ filius filij tui. Quibus ille. Non dominabor veſtri nec filius meus: ſed dñs dominabit̃ i vos. Unũ poſtulo a vobis date mihi inaures aureas de preda. Qui dederunt. Et fuit põd⁹ auri mille ⁊ ſeptingenti ſicli. Et fecit ex eo gedeõ ephot: ⁊ poſuit illud in ciuitate effra. ⁊ fornicat⁹ eſt oīs iſrl̃ i eo. Et factũ eſt gedeoni ⁊ oī domui ei⁹ in ruinaꝫ. Per ephot qđ eſt digni⁹ indumẽtũ põtificis: intelligit̃ q gedeon fecerit oīa indumẽta põtificalia: ⁊ fecit in effra tabernaculũ ⁊ altare p̃ter illud quod erat in ſilo. Et fact⁹ eſt ſacerdos ⁊ immolauit ſup illđ hoſtias dño. Quãobrẽ offenſus dñs oẽm domũ ei⁹ fere deleuit. Habuit eñ ſeptuagita liberos de vxorib⁹ ⁊ vnũ naturalẽ abimelech de ꝯcubina de ſychoīa quã hẽbat i ſichem. Hic occidit oẽs fratres ſuos preter vnum. Et decuit terra q̃draginta ãnos qb⁹ prefuit gedeõ. Qui mortu⁹ eſt in ſenectute bona. ⁊ ſepult⁹ eſt in ſepulchro patris ſui in effra.

Additio. Per quod cõijcitur q poſtea penitẽtiam egerit qui alibi q̃ vbi dñs cõſtituerat ſacrificabat. Gedeõ morit̃.

¶ Incidentia.

¶ Tẽporib⁹ gedeõis mercuri⁹ inuenit ſirigas: trahẽs hoc nomẽ a ſiringa vxore catmi ⁊ armonica q̃ ꝓpter zelũ armonie a viro ſuo receſſerat. Inuenit etiã lirã hoc mõ. Repperit etiam ꝯcham teſtudinis mortue ⁊ putrefacte: cui⁹ neruuli arẽtes ⁊ extẽſi i ore cõche ad aurã tenuẽ ſibilũ reddebãt. Incertũ eſt aũt quis fuerit iſte mercuri⁹ vtruꝫ hermes an trimegiſt⁹ philoſoph⁹ an mercuri⁹ minor. Tres eñ legũtur fuiſſe ſecundum ioſephuꝫ. Tirus condita eſt ante templum hieroſolymorum annis ducẽtis quadraginta. Dedalus aues fecit metallinas quas volare fecit artificioſe ſpiritu incluſo. Dicit̃ etiam feciſſe ſimulacra ſe mouentia. Primus enim omniũ pedes ſtatuarũ a ſe inuicem ſeparauit: alijs cõiũs etiam eos fabricantibus. Qui cum Incidẽs eſt non de biblia.

filio

fılio in naue fugiēs:ꝓpter ineſti=
gabilem fugā pēnis euolaſſe eſti=
matus eſt. Argonautaꝝ hiſtoria
facta eſt. Orpheꝰ clarus habitꝰ ē.
Cuiꝰ diſcipulus fuit muſeus. Li=
nus magr̄ herculis claruit. Mi=
nos creditᷓ cretēſibus legē dediſſe:
qḋ plato negat. īdmvero callidiſ
ſimū:fuiſſe ſophiſtā aſſerit plato.
¶ De abimelech qui.lxx. fratres
ſuos occidit. Capi.ix.

A Judic. Oſt mortem gedeonis fi=
9. lij iſrael fornicati ſunt cū
baalaim nec fecerūt miſe=
ricordiam cum domo ierobaal.
Aſcēdit aūt abimelech in ſichem
ad omnem cognationem matris
ſue ⁊ ait. Cōſiderate ꝙ os veſtrū
⁊ caro vr̄a ſum. Loquimini ad oēs
viros ſichem in hūc modū. Quid
vobis melius eſt vt dominentᷓ ve
ſtri ſeptuagita viri filij ierobaal.
an vt dominetur vnus vir. Et lo=
cuti ſunt de eo ad oēm populū:et
inclinauerūt cor populi poſt abi=
melech:⁊ intrauerūt ei oēs in pha
no baal. Quamobrem vocatū eſt
deinceps idolum baal berith. Be
rith enim coniurationē ſonat. Et
tollētes de phano.lxx.pōdo argē
ti dederūt ei. Qui cōduxit ex eo vi
ros inopes ⁊ vagos ⁊ aſcēdēs in
effra occidit oēs fratres ſuos ſuꝑ
lapidē vnū:excepto vno ioathan.
Tunc omnes ſichimite conſtitue
rūt abimelech:regē iuxta quercū
in ſichē. Si queritur quomodo er
go ſaul primus dicitᷓ rex in iſrael.
Poteſt dici hoc dictum eſſe ꝓpter
regnū vniuerſale hic autē tantū
regnauit in ſichimis. Quod cum
nūtiatū eſſet ioathan:ſtetit in ver
tice mōtis garrā/vel gariſim:⁊ ex
clamauit ad oēs ſichimitas q̄ ꝯue
nerant ad diē feſtū baal. Audite
me viri ſichē. Jerunt ligna ſiluaꝝ
vt vngerent regem ſupra ſe: dixe
rūt oliue:impera nobis. Que no=
luit deſerere pinguedinē ſuā qua
dij vtuntur ⁊ homines. Jdipſum
dixerūt ad ficum:que noluit deſe
rere dulcedinē fructus ſui. Jdipꝫ
dixerūt ad vitē:q̄ noluit deſerere
vnū qḋ letificat deū et homines.
Dixerūtq ad rhānū. Jmpera ſu=
per nos. Qui reſpōdit. Venite er=
go et requieſcite ſub vmbra mea
alioquin egrediatur ignis de rhā
no:et deuoret cedros libani. Eſt
aūt rhānus genus rubi qḋ vulgo
lentice appellant aſperū nimis:
⁊ aculeatū ſicut ſentes. Joſephꝰ
dicit hoc inter ligna habere natu
rā ignē ꝓferēdi. Tūc expoſuit eis
paradigma dicēs. Jnterfeciſtis fi
lios ierobaal:et filiū ancille eiꝰ
ſuꝑ vos cōſtituiſtis regē. Si recte
egiſtis cū ierobaal:et domo et fi=
lijs eius:recte ſit vobis. Sin autē
ꝑuerſe:egrediatᷓ ignis de abime=
lech:q̄ deuoret ipſum ⁊ vos. Que cū
dixiſſet aufugit. Factū eſt aūt cū
regnaſſet ſuper ſichem tribus an
nis abimelech:dedit ei dn̄s ſpiri
tū malū aduerſus eū:⁊ expulerūt
abimelech ab vrbe et a tribu. Qui
exercebat latrocinia ſuꝑ eos agēs
predā ex eis. Tēpore vero vinde
miarū intrauit gaal cū fratribus
ſuis in ſichem. Quo deſcēdēte ad
eos deſcēderūt ſichimite vineas:
vuaſq calcauerūt:⁊ ingreſſi pha
num dei ſui inter epulas et pocu=
la maledicebāt abimelech. Gaal
quoq dicebat. Quis enim eſt abi
melech vt ſeruiamus ei? Nunq̄d
nō eſt filius ierobaal. Ironice di=
ctum eſt quaſi nō eſt:ſed ſpurius.
Et addidit. Utinā daretur popu=
lus hic in manu mea vt auferrem
abimelech de medio:zebul quoq
quem fecerat abimelech princip̄e
in ciuitate:clam nuntiauit abime
lech omnia. Surrexit itaq abime
lech cū exercitu nocte: ⁊ tetendit
inſidias iuxta vrbem. Egreſſuſq
eſt gaal mane ⁊ zebul cū eo ſtete=
runt in porta. Cūq aſcēdiſſet abi
melech cū exercitu:dixit gaal ad
zebul. Ecce de montibus multitu
do deſcendit. Cui zebul. Umbras
mōtiū vides:quaſi hominū capi=
ta ⁊ hoc errore deciperis. Rurſus
quoq gaal. Ecce populꝰ quaſi de

vmbilico terre deſcēdit. Cui zebul.
Ubi eſt os tuū nūc quo cōtra abi-
melech loq̄baris. Egrederet pu-
gna cōtra eū. Qui pugnauit ⁊ vi-
ctus eſt: ⁊ fugiēs recepit ſe i vrbē.
zebul aūt expulit eū ⁊ ſocios ei⁹.
Sequēti die abimelech expugna
uit vrbē: iterfectis habitatoribus
ei⁹: eāq̄ deſtruxit ita vt ſal i ea di-
ſpergeret. Habitātes ꝑo in turre
ſichimoꝝ ingreſſi ſunt phanū dei
ſui: q: loc⁹ munit⁹ erat. Joſeph⁹
tā dicit pfugos p ꝓuinciā cōgre-
gatos ſupra petrā munitiſſimā ⁊
nitebātur eā munire vel murare.
Qd videns abimelech aſcēdit i mō
tem ſelmō ⁊ preciſum ramū ferēs
dixit ſocijs. Facite quod ego ago.
Qui tollētes ramos ⁊ circūdātes
preſidiū ſuccēderūt illud: ⁊ igne ⁊
fumo perierūt in eo mille viri: pre
ter mulieres ⁊ paruulos. Et rece
dēs inde abimelech obſedit oppi
dū thebes. Erat aūt turris in me
Abimelech morit. dio in qua receperāt ſe thebite.
Et nota q̄ a thebis egyptioꝝ di
cunt thebei. A thebis grecoꝝ the
bani. A thebe iudeorum thebite.
Cūq̄ abimelech expugnaret tur-
rim: ⁊ ignē ſupponere niteret mu
lier fragmē mole iaciēs deſup fre
git cerebrū ei⁹ q̄ ait armigero ſuo.
Percute me ne dicar iterfect⁹ a fe-
mina: q: interfecit eū. Hāc peſtem
dicit Joſephus accidiſſe effraitis
eo q̄ iurgati ſūt aduerſus gedeo
nem ad aquas iordanis.

Incidentia.

Incidens. Eodē tpe chorus inuētus eſt i
grecia: qd inſtrumētū dicit ſtrab⁹
pellē eſſe cū duab⁹ cicutis: p alte
rā inſpirat: p alterā reddit ſonū.
Et ſcribit ſcdm quoſdā ſine aſpi-
ratione p voce aūt cantiū ⁊ men
ſura ⁊ vento cum ch aſpirato.

De thola duce iſrael. Capl. x.

A Judi. 10. Poſt abimelech iudicauit iſ
rael Thola d Jſachar fili⁹
phua patris abimelech. Nec mo
ueat te Phua ⁊ Joas fratres eſſe
cū alter de Jſachar: alter de Ma-
naſſe ortus fuerit. Filij eī fuerūt
vnius matris: ⁊ duoꝝ patruū: de
diuerſis tribub⁹. Hic iudicauit iſ-
rael in ſanir. xxiij. an. ⁊ mortu⁹ ē.

Incidentia.

Eo tēpore hercules antheū vi incidēs
cit i paleſtra. ⁊ illā vaſtauit: bellū eſt nō d
fuit iter laphitas ⁊ cētauros: qd biblia.
paleſactus i libro d incredibilib⁹
nobiles fuiſſe deſcribit eq̄tes theſ
ſaloꝝ. Priam⁹ fili⁹ laomedontis
regnauit i troia. Androge⁹ athe-
nis dolo iterficit. Theſeus i ago
ne minotaurū occidit: ꝓpter qd
athenienſes pueri tributarij a pe
na liberati ſunt. Fuit autē Mino
taurus vir q̄dā inhumanus ⁊ va
lens in paleſtra magiſtratus mi-
nois. Un̄ ⁊ ſic dict⁹ eſt: q̄ſi minois
taurus: id eſt minois carnifex.

De iair galaadite duce iſrael ⁊
morte eius. Capitulum. xi.

Poſt tholā iair galaadites B iudi. 10
de tribu manaſſe iudicauit
iſrael. xxij. annis habēs triginta
filios q̄s fecit ꝑncipes triginta ci-
uitatū: q̄s vocauit noīe ſuo auio
thair. i. oppida iair: ⁊ mortu⁹ eſt.

Incidentia.

Eo tpe theſeus rapuit helenā incidēs eſt.
quā rurſus receperūt fratres ei⁹
caſtor ⁊ pollux capta mr̄e theſei:
eo peregre ꝓfecto. Philiſtus ſcri-
bit a cimb⁹ tyrij s zoro ⁊ carthagie
carthaginē conditam. Carmētis De latinarū literarū inuētiōe.
nympha literas latinas inuenit.

De penitētia filioꝝ iſrl̄ ꝓpter
idolatriā ſuā: ⁊ de Jepte. Ca. xij.

Iterū filij iſrael ſer
uierūt idolis circūs D iudi. 10
tātiū gētium: ⁊ tra
didit eos domin⁹
in man⁹ philiſtijm
⁊ Amon. Et afflicti
ſunt vehemēter. xviij. annis: oēſq̄
habitabāt trās iordanē in terra
amorrei. Amonite quoq̄ iordane
tranſmiſſo vaſtabāt iudā ⁊ benia
min ⁊ effraim. Qui afflicti clama-
uerūt ad dn̄m. Qui cū dure reſpō
diſſet eis: ite inuocate deos quos
elegiſtis: proiecerūt omnia idola
de finibus ſuis: et doluit domin⁹
ſuper

ſuper miſerias eoꝝ. Cõgregatiq̃
ſunt filij iſrael in maſphat contra
amonitas q̃ fixerant tẽtoria in ga
laad. Fuit eo tempore iepte galaa
A Judi. 11. dites vir fortiſſimus pugnator. ſʒ
filius meretricis. Hic habuit vxo-
rez de galaad: de q̃ ſuſcepit filios
Qui cũ adoleuiſſent eiecerunt eũ.
tanq̃ ſpuriũ dicẽtes. Nõ poteris.
eſſe heres i domo patrũ noſtrorũ.
Et abijt in terrã tob. Et cõgregati
ſunt ad eũ viri inopes ⁊ latrocinã
tes: ⁊ eũ quaſi principẽ ſequeban
tur. Deſcẽderũtq̃ ad eũ maiores
natu de galaad dicẽtes. Eſto prin
ceps noſter: ⁊ pugna contra filios
amon. Qui ait. Nonne vos eſtis q̃
odiſtis me ⁊ eieciſtis. Qui dixerũt.
Jepte pus reproba-tus, nũc dux fit ppli. Nõ odimus te: nec venim⁹ vt pſe
quamur te: ſed vt ſequamur te. Et
ait iepte. Jurate ergo mihi. Et iu-
rauerunt. Et aſcendens cuʒ eis in
maſphat: humiliauit ſe corã dño:
⁊ fact⁹ eſt princeps populi. Et mi-
ſit nũcios ad regẽ amõ i hec ỽba.
Exi de terra mea cur vaſtas eam.
Qui rñdit. Tulit iſrael terrã meã
cum aſcẽderet de egypto ⁊ recepi
eã. Cũq̃ iepte dixiſſet eã iure bel-
li acquiſitã ⁊ multo tpe poſſeſſam
ccc. annis noluit acquieſcere amõ
vt exiret. Et ait iepte Judicet ho-
die dñs inter iſrael ⁊ amon. Et fa-
ctus eſt ſpiritus dñi ſuper iepte: ⁊
egrediẽs ad pugnaʒ votum vouit
dño dicens. Si tradideris filios
amõ in manus meas quicunq̃ de
domo mea prim⁹ occurrerit mihi
reuertẽti: eũ holocauſtũ dño offe-
rã. Et pcuſſit iepte filios amõ pla
ga magna nimis: ⁊ humiliati ſunt
corã filijs iſrael. Reuertenti autẽ
iepte in maſphat: occurrit ei vni-
genita filia ei⁹ cũ tympanis ⁊ cho
ris. Qua viſa ſcidit veſtimẽta ſua
⁊ ait. Heu filia decepiſti me: et de-
cepta es. Aperui os meũ dño con
tra te. Filia vero non dolẽs in hoc
caſu ꝓ victoria patris ait. Fac mi-
hi pr̃ quodcunq̃ pollicit⁹ es. Hoc
ſolũ pſta mihi vt duob⁹ menſibus
circũeam mõtes: ⁊ plãgã virgini-
tatẽ meã cũ ſodalib⁹ meis. Et ait
pr̃. Uade. Et expletis duob⁹ mẽſi
bus redijt ad patrẽ ſuũ: ⁊ fecit ei ſi Nota.
cut vouerat. Exinde mos increbruit
in iſrl̃ vt annuatim veniãt filij iſrl̃
⁊ plãgãt filiã iepte quatuor dieb⁹.
¶ Arguit ioſeph⁹ iepte q: obtulit
holocauſtum nõ legitimũ nec deo
charũ. Quid ſi canẽ obuiũ habuiſ
ſet: imolaſſet eũ dño. Fuit ergo in
vouẽdo ſtult⁹: i ſoluẽdo impi⁹. Po
tuit tñ añ votũ eẽ bonus: qr irruit
ſup eũ ſpũs dñi: ⁊ etiã poſt votũ. F
Nã ⁊ apoſtol⁹ ponit eũ in catalo- Heb. 11
go bonoꝝ: quidã tñ excuſantes eũ
familiari cõſilio ſpũſſancti dicunt A
eũ hoc feciſſe. ¶ Tũc venientes ad Judi. 12.
tũ effraite dixerũt. Cur cõtẽpſiſti
nos vocare ad pugnã. Incẽdem⁹
domũ tuã. Qui ait. Uocaui vos et
venire noluiſtis. Et vocatis viris.
galaad pugnauit contra effraim.
Occupauerunt aũt galaadite va-
da iordanis. Cũq̃ veniſſet ad eos
q̃dã fugiẽs de effraim: ⁊ obſecrãs
vt pmitterẽt eũ trãſire: dicebãt ei.
Nũquid effrate⁹ es. Quo dicente.
nõ ſuʒ: interrogabãt eũ. Dic ergo
theboleth qđ interpretatur ſpica.
Qui rñdit: cheboleth: eadẽ litera
ſpicã exprimere nõ valẽs. Statiq̃
iugulabãt eũ. Et ceciderũt eo tpe
de effraiʒ. xlij. milia. Et nota q̃ ef-
frate⁹ ponit̃ hic ꝓ effraits. Effra-
teus eñ ꝓprie dr̃ bethleemita. Et
iudicauit iepte iſrl̃. vij. ãnis ⁊ mor
tuus ẽ: ⁊ ſepult⁹ i ciuitate ſua ſebe
thi q̃ ẽ i galaad. Hic ab etate moy
ſi vſq̃ ad ſeipm̃ ait coputari ãnos
ccc. Annis his nõ addũtur decẽ ⁊
octo anni afflictionis q̃ pceſſerãt.

¶ Incidentia.

¶ Eo tpe hercules flãmis ſe inie-
cit. Nam in morbum inciderat pe
ſtilentem.

¶ De abeſſan duce Jſrael.
Capitulum. xiij.

C Jud. 12
Post iepte iudicauit Jſrael
abeſſan vl̃ eſſebon bethlee
mita de iuda ſeptẽ annis.
¶ Eo tpe agamenon regnauit Incidẽs ex.
miceuis. Meuelaus lacedemonie.

¶De ahylon. Cap.xiiij.

Oſt ab. ſſã ahylon zabulonites iudicauit iſrael annis decē. Hic cū decē annis ſuis in .lxx. interpretib⁹ nō habeť. Pro quoꝝ dāno ſupplēdo euſebius ioſue ſilio nō ſamueli ⁊ ſauli: quorū annos ſcriptura ſacra nō dicit plures ānos ꝙ in ioſepho legebat annotauit: quaten⁹ ab egreſſu iſrľ ex egypto vſq ad edificationē tēpli: cccc.⁊.lxxx. annoruꝫ ſummaꝫ quā ſcriptura predicat haberet.

¶Incidentia.

¶Eo tēpore alexander helenā rapuit bellū decēnale ſurrexit. Mēnon ⁊ amazones priamo tulere ſubſidium.

¶De abdon duce. Cap.xv.

D Iu.12. Oſt ahilō abdon thecuites de effraim iudicauit iſrael viij. annis. Sub his tribus iudicib⁹ nō receſſit iſrael a dño: et q̄euit terra. Et iō nil memoriale feciſſe legunť. Tamen quidam tradunt ſub abdō cladem factam in beniamin pro vxore leuite.

¶Incidentia.

Incidēs eſt ⁊ nō de biblia. ¶Huius āno tertio capta ē troia ⁊ fluxerūt vſq ad primā olympiadem anni.cccvj. Tūc greci ad gloriam victorie ſue ceperunt annotare tempora ſua ſic. Anno a captiuitate troie. Incepta olympiade. Deinceps annotauerūt tempora iuxta numerum olympiadum. Tandē romani florētes annotauerūt tēpora ſic. Anno ab vrbe ꝯdita. Ultio xp̄iani annotant ſic. Anno ab incarnatione domini. Capta troia menelaus ⁊ helena deuenerūt ad thuorim regem egypti quē homerus polibum vocat. Anno tertio a captiuitate troie vel quito vt quidā voluīt regnauit eneas trībueanus in italia in qua prius regnauerant ianus: ſaturnus: picus: faunus: latinus: annis circiter.c.l.

Additio.

Nota ꝙ olympias dicta ē a ludis q̄ ſub olympio mōte fiebāt apud elidem ciuitatē elidis a gentib⁹ agoneꝫ ⁊ quinquennale certamen quatuor annis medijs vocātib⁹ ⁊ ob hoc elidꝫ certaminis tēpus olimpiadem vocauerunt hadriē nio in vna olympiade computato. Et aut olympias ſpacium quatuor annorum.

De ſamſone. Cap.xvj.

Urſus filij Iſrael peccauerūt coram domino: et tradidit eos in manus philiſtinoruꝫ quadraginta ānis a q̄ ſeruitute hoc modo liberati ſunt fuit vir quidā de ſtirpe dan nomine manus: habens vxorem pulchrā ſed ſterilem. Cui ſepe orantibus in agro pro ſterilitate amouenda: apparuit ei angelus ⁊ ait. Concipies ⁊ paries filiū. B Iud.13

caue ne comedas aut bibas deinceps niſi iuxta legē nazareorū. filius eīm tuus erit nazare⁹ dei ex vtero matris ⁊ deinceps ipſe liberabit iſrael. Alia litera. Et dicetur ſamſon robuſtus liberator iſrael. Que cuꝫ omnia indicaſſet viro ſuo ⁊ cōmendaſſet angeli pulchritudinem: cōtriſtatus eſt vir: qꝛ zelotes erat. et vt mitigaret irrationabilem viri triſticiā: cōſuluit vt ambo orarent dominum vt iterum veniret angelus ad eos: ⁊ inſtrueret vtrūq de puero. Et apparuit iterū Angelus vxori. Que cum vocaſſet

Additio.

Qua lege viuerent nazarei require in hiſtoria numeroruꝫ. Iſtud appoſuit iu. vt ſatiſfaceret hieronymo: qui ait nomen eius predictū a domino cū predeterminatū ſit ſupra quot fuerint quorum nomina predicta ſunt quia nomē fuit ei impoſitū ſcilicet ſamſon. iuxta equipollētiam horum verborum domini ait hiero. predictū eius nomē. D Nu.6.

caſſet virū:ait manue ad euȝ. Tu
ne es q̄ locutus es de puero. Cui
āgelus. Sum. Cui manue. Quid
vis vt faciat. puer. Et ait angelus.
Nazareus erit omni tempore vi-
te ſue. Attulitq̄ manue edū ꝛ pa-
nes cui. angel⁹. Nō comedā. Si-
vis offerre offer illa domino. Et
ait manue. Qđ eſt nomē tuū. Cui
angelus. Cur queris nomen meū
qđ eſt mirabile. et obtulit manue
q̄ tulerat ſupra petrā dn̄o: q̄ facit
mirabilia. Et aſcēdit angelus in
flāma ignis. nec vltra apparuit.
Et intelligēs manue eſſe angelū
dei ait moriemur: qꝛ vidim⁹ dn̄m.
Cui mulier. Nequaq̄. Nam acce-
pit dn̄s holocauſtū a nobis: ꝛ idi
cauit q̄ futura ſunt. Natūq̄ filium
vocauerūt ſamſon: quod ſonat ro
buſtū. Creuitq̄ cito puer. adeo vt
iā propheta futurus agnoſceret.
cepitq̄ ſpirit⁹ dn̄i cum eo eſſe in
caſtris dan. id eſt in exercitu trib⁹
ſue. Uel locus eſt in quo pri⁹ habi
tauit ſamſon. ꝛ eſt dict⁹ caſtra dan
per anticipationē. Nondū eīn tri-
b⁹ dan propriam habebat ſortē.

¶ Quomodo ſamſon accepit vxo
rē ꝛ interfecit leonem. Capi. xvij.

A Jud. 14. Deſcendit igitur ſamſon
in thānata philiſteorū
vt videret ſolennitatē q̄
ibi agebat̄ ꝛ viſa ibi vgi
ne cōcupiuit aitq̄ patri et matri
Accipite mihi queſo vxorē thāna
teā. qꝛ cōplacuit oculis meis. Qui
dixerunt. Cur negligis filias fra
trum tuoꝝ. ꝛ trāſis ad filias incir
cunciſoꝝ. Neſcientes ꝙ res fieret
a domino. Cumq̄ deſcēderent cū
eo apparuit ei catulus leonis i vi
neis oppidi. ꝛ irruit in eū ſamſon
i ſpiritu domini nihil habēs i ma-
nu et dilacerauit eum fruſtatim.
quaſi hedum caprarum: ꝛ hoc pa
rentibus nō indicauit. Deſponſa-
taq̄ ſibi vxore cū poſt aliquot di-
es rediret vt acciperet eam decli
nauit vt videret cadauer leonis.
Et ecce apes erāt in ore leonis et
fauus mellis quem ſumptum co-
medit in via deditq̄ partē patri ꝛ
matri ꝛ comederunt: partē quoq̄
ſponſe tradidit. Cūq̄ thannatei
cives eſſent in epulis nuptiarū. ti
mētes robur iuuenis. dederūt ei
xxx. iuuenes robuſtos ſub ſpē qua-
ſi ſocios: opere vero cuſtodes. ne-
quid forte vellet cōnattere ſceleſ
te conuiuarum ſacietate. Quibus — De pblemate ppoſito.
ait ſamſō. Propono vobis pble-
ma: qđ ſi ſolueritis mihi infra ſe
ptimū diē ꝯuiuij dabo vobis. xxx.
ſyndones ꝛ totidem tunicas. alio
qui vos dabitis mihi totidē. Qui
dixerunt. Propone. Ait quoq̄ ſam
ſon. De comedēte exiuit cib⁹ et de
forti egreſſa eſt dulcedo. Joſeph⁹
alia ponit verba. Qui cūcta deuo-
rat cibuȝ de ſe genuit ſuaueȝ licet
ipſe ſit inſuauis. Nec potuerūt p
tres dies ꝑpoſitionē ſoluere. Cūq̄
adeſſe dies ſeptim⁹ dixerunt ſpō-
ſe. Blandire viro tuo: vt indicet ti
bi pblema et indica nobis alio
quin incēdemus te ꝛ domū patris
tui. Que ſollicitans virū flēdo di-
cebat. Odiſti me. ꝛ ideo nō exponis
mihi. Septē igit̄ dieb⁹ ꝯuiuij fle-
bat apud euȝ. ¶ Sed quō ſeptem — Queſtio.
diebus flebat cū ſupra dictum ſit
ſeptimo die cōuiuij veniſſe ad eaȝ
iuuenes. ¶ Poteſt dici. Cumq̄ ad — Ratio.
eſſet dies ſeptimus. id eſt cum ad
huc eſſet dies inter ſeptē primus.
Qđ ideo determinatum eſt. ne pu-
taret poſt tres dies veniſſe. de qui
bus dictū erat ꝙ nō poterāt ſolue
re ꝑpoſitioneȝ per illos tres dies
Poteſt etiā aliter dici. Cumq̄ ad-
eſſet dies ſeptim⁹. id eſt appropin
quaret. ſȝ nondū eſſet: vt dictū ſit
adeſſet quaſi iuxta eſſet. ꝛ ita poſt
tres dies inquiſitionis eorū quar
ta die venerūt ad eā ꝛ locuta eſt vi
ro ſuo: Qđ aūt dicit̄ ſeptē diebus
fleuiſſe hoc eſt in illis ſeptē nō per
illos. Quidā tamen corrigunt ita.
Cumq̄ addeſſet dies vn⁹. Quod
vitio ſcriptoris reor factū qui vi-
dēs ſeptem abbreuiatum eſtima-
uit legi vnum. Tandem die ſepti
ma cum ei moleſta eſſet expoluit

m iiij que

que ſtatī indicauit ciuibus ſuis.
Et illi die ſeptimo ante ſolis occa
ſum dixerūt ſamſoni. Quid dulci⁹
melle: quid forti⁹ leone? Qui ait.
Quid doloſi⁹ muliere? Si nō araſ
ſetis in vitula mea: non inueniſſe
tis propoſitionē meā. Et irruit ſpi
Samſon occidit. xxx. viros. ritꝰ dñi in eū: ⁊ deſcendit aſcalonē
⁊ ibi percuſſit triginta viros quo
rū allatas veſtes dedit pronubis
ſuis. Et irat⁹ ſamſon rediit i domū
patris ſui. Uxor aūt ei⁹ nupſit vni
de pronubis ſuis. ¶ Cūq; dies tri
B ticee meſſis inſtarēt venit ſamſon
Iud. 15. viſere vxorē ſuā ferēs hedū. Cūq;
cubiculū ei⁹ vellet intrare, phibuit
pater dicēs. Putaui ꝙ odiſſes eā.
⁊ tradidi eā amico tuo. Sororē ha
bet q̄ pulchrior eſt ea. ſit tibi p ea
vxor. Cui ſamſon. Ab hac die non
erit culpa in me cōtra philiſteos.
Faciam eīm vobis mala. Et cepit
Decem diuulpiū incenſis. ccc. vulpes ⁊ iūxit caudas caudis
⁊ faces ligauit i medio quas igne
ſuccēdens dimiſit eas diſcurrere ⁊
incenderūt ſegetes philiſteorū in
tātum vt vineas quoq; et olineta
ignis cōſumeret. Paleſtini ſciētes
opus eſſe ſamſonis: vxorē eius et
parētes cōbuſſerūt tāquam mali
hui⁹ autores. Et ait ſamſon. Ad
huc expetā vltionē ⁊ quieſcā. Et
percuſſit eos plaga grani. ita vt ſtu
pētes ſurā femori iponerēt. lxx. in
terpretes dicūt ita. Percuſſit alie
nigenas ſamſon. tibiā ſup femur.
qđ ad priorē ſenſū reducit: id eſt
tā mirabiliter: vt ſtupētes tibiam
vni⁹ pedis ſup femur alteri⁹ pone
rent. Tū qz tibijs incedim⁹ ⁊ ſup
femur ſedem⁹: quidā exponūt ſic.
Percuſſit tibiā ſup femur. id eſt pe
dites preter ſedentes in equo. Et
habitabat ſamſon in ſpelunca pe
tre ethan: quaſi in loco munito.

¶ Quomodo interficit multos cū mandibula aſini. Capitulū. xviij.

Tunc aſcēdētes philiſtei
in terrā iuda caſtrame
C. D. tati ſunt in loco q̄ poſt
Iud. ea dict⁹ ē lechi: id eſt ma
15. xilla. Et dixerūt ad eos viri iuda.
Serui veſtri ſumus cur aſcēdiſtis
aduerſus nos? Qui dixerūt. Ut li
gemus ſamſonem. Et aſcēderunt
tria milia de iuda ad ſamſonē: et
culpantes eum dicebant. Neſcis
(alias) noſti ꝙ philiſtei imperent
nobis. Uenim⁹ vt ligem⁹ te: ⁊ tra
dam⁹ philiſteis. Qui ait. Iurate
ſtaſſet illuminati ſunt oculi eius:
id eſt facies exhilarata eſt reſum-
ptis viribus. Dicitur ꝙ tanta co-
pia mellis eſt ibi in cauis: arboruz
⁊ cauernis petrarum ⁊ additis ter
re ꝙ plures reperiātur fauī deci-
dentes ſuper terram. Dicit Joſe-
ph' inueniſſe Jonathā apud cubi
ba i quercu q̄ erat in ſorte effraim.

cunq̄

Cumq̧ indicaſſet ei q̄dā̄: maledi-ctū patris: edere ceſſauit non ap-probans maledictū patris. Non ſumēte populo cibū maior plaga fuiſſet in hoſtib⁹. In veſpera vero populus feſſus nimis ꝛ pre fame morā nō ſuſtinēs pecora mactauit in terra ꝛ comedit cum ſanguine. Hoc eſt quocūq̧ mō occidit ꝛ coxit anteq̄ ſanguis ḃñ diflueret nōdū purgatis carnibus veſcēs. nō ſecū dum morē patrum guttura cultro laniauit: ꝛ reliquauit ſanguinē. Di-cunt q̄dā ꝙ de preda hoſtiā ne mini licebat ede re donec immo-laſſet victimam dño aliter edēs q. cuȝ ſanguine edebat. Et ait. ſaul pplo. pecca ſtis. Voluite ad me ſaxū grā de.

Additio. Uſus erat: ꝙ in ꝑlio nō edebāt donec ſacrificiū veſpertinū fie-ret ꝓ ꝛ. Alioqui edebant cū ſan guine quem ſu-derant in bello

et precepit vt oēs ſup illud ſaxū ꝛ corā ipſo ſcḋm morē patrū pecu des laniarēt: ne forte q̄s aliter fa-ceret occulte. Tū primū edifica-uit ſaul altare dño. Un̄ patet ꝙ nō ſup recens altare ſaul iam bis ob tulerat in galgala. Putant tamen q̄dā eum quotienſcunq̧ obtulerit nouū altare cōſtruxiſſe. Hoc vero dictuȝ primū. ꝙ nunc plena iuxta dei placitū obtulit. Cūq̧ nocte ir-ruere vellet ſup hoſtes: ait ſacer-dos. Cōſulamus dñm. Sed cōſu-lēti nō reſpōdit dñs i die illa. hoc eſt nec nocte nec die ſequenti. Et ait ſaul. Taciturnitas hec eſt latē tis cā peccati. Per viuētem dñm etiā ſi ꝑ ionathā factum eſt abſq̧ retractatiōe morieẜ. Et ſtatuit po-pulū in parte vna. ꝛ ſe ꝛ ionathan in parte altera. et cecidit ſors ſup ionathā. Et ait ſaul. Quid feciſti. Cui ionathas. Nil mihi conſcius ſum: niſi ꝙ heri neſciēs maledictū mel comedi et ait ſaul. Morieris ionatha: qꝛ niſi hoc fecero hec fa-ciat mihi de⁹. et hec addat. Et ait pplˢ. Ergo ne ionathas morieẜ q̄

fecit ſalutē in iſrael. Uiuit dñs id eſt ꝑ viuentē dñm vel ſicut de⁹ eſt viuēs ꝛ nō dij gētiū. ſi ceciderit ca pillus de capite eius in terrā. ꝑo ſiopeſis eſt: vel legiẜ ſi pro nō ꝛ eri puerunt ionathā a manib⁹ patris ꝛ redierunt ad ꝑpria. Saul ꝟo cō firmatus in regno: quocūq̧ ſe ver terat ſuperabat hoſtes iſrael. ꝛ p-cuſſit amalech. prolepſis eſt. Uel forte prius percuſſit q̄ deleret ex toto ex mādato dñi. Fuerūt aūt ſi lij ſaulis ionathas et ieſui et mel chiſua. Quartus taceẜ hiſboſeth tanq̄ puer. ꝛ nōdū militās. vel tā q̄ ineptus. Filie vero ei⁹ merob ꝛ michol. et vxor ei⁹ achinoe. ꝛ prin ceps militie abner fili⁹ ner patrue lis ei⁹. Nā cys et ner frēs fuerūt. ꝛ filij abiel. Legiẜ tñ in paralipo-menō. ꝙ ner fuit pꝛ cys. qḋ ꝑ etaſ te dictum eſt et quia nutriuit eum. — Jonathas a morte ppl'm liberat.

¶ Qḋ ſaul vicit amalech. C. xiiij. — C 1.pa.8.

Tunc ait ſamuel ad ſaul hec dicit dñs. Demoli-re amalech et vniuerſa — A eius q̄ reſtitit iſraeli cū — 1.re.15. aſcēderet de egypto. Jumēta q̄dē voluit dñs interfici. vt nec in ali-quo memoria amalech ſupeſſet. Sūt q̄ dicāt illos maleficos fuiſſe ꝛ i pecudes ſevertēdi habuiſſe pe ritiā. ꝛ ideo ne ſub forma pecudū euaderent etiā pecudes perijſſe. Et recenſuit ſaul ducēta milia pe — B ditum ꝛ decem milia viroꝝ iuda. Nota ꝙ fere vbiq̧ dicūtur viri iu- — Ge.49 da tāq̄ potiores ceteris. Unde ali bi. Catulus leonis iuda. Cūq̧ ius deret ſaul amalech dixit cyneo. Recede ab amalech ne inuoluam — C te cum eo quia tu feciſti miſericor- — Exo.18 diam cum iſrael. Jetro enim qui ꝛ raguel ꝛ cis dictus eſt. Bonuȝ cō- — B ſiliuȝ dedit moyſi: cuius dom⁹ ha — 1.Pa.2 bitabat in amalech preter filios obal. ꝛ egreſſi ſunt cinei. ꝛ deinceps habitauerunt in iſrael. Ex his oꝛ-tus eſt rechab vt in paralipomenō legitur. Hi ſunt cinei qui venerunt — A de calore domus patris rechab. — 1.Re. ¶ Et percuſſit ſaul amalech. in — 15.

oꝛe gladũ: id eſt in vaſtatione qua
ſi deuoꝛatione. Uel eſt locutio. id
eſt in gladio: ⁊ pepercit ſau. agag
regi amalech: ⁊ optimis armatoꝝ.
Et ait dñs ad ſamuelem. Penitet
me ꝙ fecerim ſaul regẽ: ⁊ oꝛauit ſa
muel ꝓ eo dñm tota nocte. Cũq3
accepiſſet ꝙ ſaul erexerat ſibi foꝛ
nicẽ triũphalẽ in carmelo iuxta ſu
perbiã gentiũ ꝗ faciebãt ſigi arcũ
de myrtis ⁊ palmis ⁊ oliuis i ſignũ
victoꝛie deſcendit ad eũ in galga
la: ⁊ occurrit ei ſaul. Cũq3 culpaſ
ſet eũ qꝺ quippiam reſeruaſſet de
Debitu amalech in excuſationez ſui dice
te obe bat populũ reſeruaſſe optima ad
dictie offerẽdũ dño in gratiaꝝ actionẽ.
Cui ſamuel. Melioꝛ eſt obedictia
ꝗ̃ victie. Sup bonos delectat̃ de⁹
⁊ nõ ſup ſacrificia: preſertim ſi ob
tulerint ꝗ decreuerat de⁹ perire: ⁊
ſaul. Peccaui/ Sed hac vice poꝛta
pctm̃ meũ. id eſt oꝛa ⁊ ſatiſfac pro
me vel dimitte mihi. Cui ſamuel.
Proiecit te de⁹ ne ſis rex ſup iſrl̃.
Cũq3 vellet abire ſamuel appꝛehẽ
dit eũ ſaul p ſummitatẽ pallij ei⁹.
ꝗ ſciſſa eſt: ⁊ ait ſamuel. Sic ſcidit
dñs regnũ a te hodie. id eſt a tua
poſteritate. Cũq3 ſimul adoꝛaſſẽt
dñm ꝑcepit ſamuel adduci ad ſe
regẽ agag ⁊ oblat⁹ eſt ei pinguis ⁊
tremẽs. Et dixit ſamuel ad agag.
Siccine ſeparat amara moꝛs. q. d.
Mirũ eſt ꝙ ſic te cõcutit moꝛs ⁊ ſe
parauit animũ tuũ a te. Quidã di
cũt duas dictiões ſeparauit ⁊ ſup
Samuel plẽt aduerſum te: vel ſcdm aliã li
occidit. terã: ⁊ dixit agag. Sic me ſeparat
agag re amara moꝛs. q. d. Moꝛs ꝗ ſepara
gem. uerat a me meos amariſſime ſepa
rat me ab hoib⁹: ⁊ cõcidit eum ſa
muel in fruſta: et abijt i ramatha.
Saul vero aſcẽdit in domũ ſuam
in gabaa. ⁊ nõ vidit ſamuel vltra
ſaulẽ in habitu ſcilicet regio: nam
in pꝛophetico poſtea vidit.

¶ De vnctione dauid in domo pa
tris. Capitulum. xv.

C
4. re.
16.
SAmuel ãt lugebat ſaul: ⁊ ait
dñs. Uſq3quo luges ſaul cũ
ego pꝛoiecerim eum. Imple coꝛnu
oleo: ⁊ vade ad domũ yſai vt inũ
gas regẽ vnũ de filijs eius: ⁊ qꝛ ti
mes: ſaul fer vitulũ ꝗ̃li ad imolã
dũ. Cũq3 veniſſet in bethleẽ dixe
rũt ſenioꝛes ad eũ. Pacific⁹ ne eſt
ingreſſus tuus? Timebant em̃ ne
ꝓpter aliquã coꝛrectionẽ miſiſſet
rex: vel ꝙ offenſus foꝛte regi fugiſ
ſet: ⁊ nõ auderet eũ recipere. Qui
cũ dixiſſet ſe veniſſe ad imolãduz
ſcẽificauit yſai ⁊ filios ei⁹: ⁊ ſtatuit
eos coꝛã altari ⁊ vidẽs heliab pꝛi
mogenitũ ꝓcerũ ⁊ optimũ eſtima
uit regẽ futurũ: ⁊ ait dñs ad eum.
Ego nõ coꝛpis pulchꝛitudinẽ api
cẽ facio regalẽ: ſed animi virtutẽ.
In eundẽ modũ ꝓbauit dominus
alios. Statuerat enim yſai. vij. fi
lios coꝛã ſamuele. vij. ꝓpꝛios ⁊ na
thã adoptatũ filiũ ſamaa filij ſui:
⁊ ait ſamuel ad eũ. Nunꝗd cõple
ti ſunt filij. Qui reſpõdit. Adhuc
reliquus eſt puul⁹ ⁊ paſcit oues: ⁊
iubente ſamuele adductus eſt da
uid rufus. i. rubicũd⁹ ⁊ pulcher: ⁊
inunct⁹ eſt in medio fratrũ: ⁊ dire
ctus eſt ſpiritus dñi i dauid a die De ſpũ
illa et deinceps. Et receſſit ſpirit⁹ neq3 ve
dñi a ſaul: ⁊ exagitabat eũ ſpirit⁹ xante
neq3 miſſus a dño. Dicit ioſeph⁹ ſaul.
dauid tũc accepiſſe ſpm̃ ꝓpheticũ
ſicut ille ꝗdẽ ꝓphetare cepit ſcẽõ
ſuo ſe ſpũ veniẽte. Sz qꝛ dictũ eſt
ſpiritũ receſſiſſe a ſaul. ⁊ directũ i
dauid: vr̃ ꝙ de eodẽ ſpũ dicat̃. i. de
grã ſpũs qua hucuſq3 ſaul victoꝛ
hoſtiũ extiterat. Tũc dixerunt ad
ſaul ſerui eius. Spũs malus exa
gitat te adhibe tibi ſaltẽ peritũ in
cithara: ⁊ leui⁹ feres. Tradũt phy
ſici ꝙ armonia letũ reddat letioꝛẽ
⁊ triſtẽ triſtioꝛẽ. Tradũt matema
tici ꝙ multi demones armoniam
ferre nõ poſſunt: ⁊ qñq3 nulli: ⁊ in
dicatũ eſt regi ꝙ dauid eſſet ſciẽs
pſallere: ⁊ vir bellicoſus. Cũq3 mi
ſiſſet rex ad yſai p filio eius: tulit
yſai aſinũ plenũ panib⁹: ⁊ vinuz ⁊
hedũ. ⁊ miſit ea regi p manum da
uid. Dicit̃ aũt aſin⁹ plen⁹. i. ſuffi
ciẽter onerat⁹: vel foꝛte ſicut ex bo
ue ⁊ hirco fiunt vtres: ita de aſino
fiebant

ferebāt ſacci ad aliqua fereda. Igit cū ſpiritus arripiebat ſaul dauid pſallebat in cithara ⁊ leui⁹ erat ei ⁊ quādoq; recedebat ab eo ſpirit⁹ Cumq; aliq̄diu ceſſiſſet ſpiritus. ſaul remiſſus eſt dauid ad patrē.

¶ De bello philiſtijm cōtra iſrl' et de morte Goliie. Capitulum. xvj.

A 1. re. 17 Actum eſt aūt vt congregarentur philiſtijm aduerſus iſrl' in preliū. Porro ſaul et iſrl' caſtrametati ſunt in valle terebinthi ſub qua abſcōdit iacob idola: ⁊ egreſſus eſt vir ſpuri⁹ de caſtris philiſtinoꝝ goliath gethe⁹ de ſex mine gigāteo altitudinis ſex cubitorum ⁊ palmo. Iſte ſpuri⁹ dictus eſt: q: de ignobili patre. i. gētili et nobili matre. i. iudea natus erat. Spuri⁹ ⁊ hybrida dr ignobilis ex pře: ſicut māzer et nothus ex matre: hic exprobrabat iſrael q̄ ſerui eſſent philiſtinoꝝ ⁊ proponebat eis monarchiā ita vt quoꝝ vinceret athleta ſerui eſſent alioꝝ. hebrei autē ſtupebāt ⁊ metuebāt eū nimis. Sic dicebat goliath q̄draginta dieb⁹. Erāt autē tres maiores fřes dauid in exercitu: et miſit eis yſai p manū dauid ephi polente ⁊ x. panes ⁊ tribuno ſub quo militabāt decē formellas caſei. i. decē caſeos paruos ⁊ trecētes hebre⁹ hꝫ. x. ſectiōes caſei. hoc eſt. x. gūa ⁊ diuerſitates caſei ⁊ p̄cepit ei vt ſciꝰ afferret pignora fratrū. i. libellos repudij. Mos erat eūtib⁹ ad bellū: vt libellos repudij darētvxorib⁹ vt ſi caperenť nec redirētvſq; ad tres annos: liceret vxorib⁹ nubere cui vellēt. Cūq; dauid veniſſet ad locū certaminis: egredebātur eñ ſingulis dieb⁹ aliqui p̄lantes: ecce aſcēdebat goliath exprobrās vt heri ⁊ nudiuſtert⁹: ⁊ fugerūt iſraelite a facie ei⁹: ⁊ admirās dauid audiuit a pluribus viris. Qui pcuſſerit iſtū ditabit eū rex: ⁊ dabit ei filiā ſuā. Cūq; audiret eū eliab frater ei⁹ talia ſciſcitantē increpabat eū timēs ne pugnaret ⁊ occūberet: ⁊ rñdit dauid. Quid feci? Nūq̄d nō verbū eſt. Supple dignū increpatiōe? q. d. Cur p ſolo v̄bo incrépas me? Uel ita. Uerbū tm̄ eſt ⁊ nō res. i. nō animo pugnādi hoc dico: ſꝫ vt rē ſciā. Nunciata ſunt āt v̄ba dauid ad ſaul: ⁊ ait ad regē. Ego ſeru⁹ tu⁹ pugnabo aduerſus philiſteū. Cūq; phiberet eū ſaul: q: puer eē t addidit. Ego ſeruus tu⁹ interfeci leonē et vrſuꝫ cū inualiſſent gregem. Erit igiť hic incircunciſus quaſi vn⁹ ex eis dño me liberāte. Tūc induit eū ſaul armis ſuis: ⁊ depoſuit ea dauid: q: nō habebat armoꝝ cōſuetudinē: ⁊ tulit in manu baculū paſtoralē et elegit de torrēte. v. lapides limpidiſſimos. i. planos ⁊ volubiles: ⁊ miſit eos in perā paſtoralē id eſt vas q̄ lac inulgebat vel ferebat panē ⁊ fundā manu tulit ⁊ proceſſit aduerſus philiſteū. Qui contēpſit dauid ⁊ ait. Nunq̄d ego canis ſuꝫ q: tu venis ad me cū baculo. Cui rñdit dauid. Tu venis ad me cū armis/ego aūt venio ad te in nōie dñi: vt ſciat hodie vniuerſa eccl'ia hec: q: non in gladio ſaluat dñs. Cūq; ieciſſet lapidem funda pcuſſit eū in frōte. Secūdo quoq; ⁊ tertio lapide pcuſſit eū in eodē loco: ⁊ tertio iactu deiecit euꝫ ⁊ currēs eduxit gladium illi⁹: ⁊ ſci goliā dit caput ei⁹. hic fabulanť q̄dā in athdei q̄ ferrū galee lorice obſedūm p̄ſtitit dño dās locuꝫ lapidi: vt intraret ad hominē occidēdum: ⁊ ob hoc deinceps circunciſio facta eſt cū cultello ferreo: q̄ pri⁹ fiebat petrino. Fugerūt itaq; philiſtei ⁊ iſrl' pſecut⁹ eſt eos vſq; ad portas accarō. Tulit aūt dauid caput ⁊ gladiū: ⁊ poſuit i tabernaculo ſuo lōgo t̄pe poſt tulit illa in hieruſalē. hebre⁹ nō hꝫ ſuo. Ob hoc crediť q̄ i tropheum poſuit ea i tabernaculo dñi. Uñ poſtea abimelech accepit gladiū. Cūq; redijſſet dauid a prelio ait ſaul ad abner. De qua ſtirpe ē hic adoleſcēs. Forſan? volēs ſcire cui datur⁹ eſſet filiā. Nec recognouit eum ſaul: q: aliq̄diu

De aloſa forti tudine dauid.

De victoria dauid contra goliath.

abſens fuerat ⁊ alteratus ꝑ ex=cogitationē ma li ſpiritus factꝰ erat labilis me=morie. Et rñdit abner. viuit aīa tua rex ſi noui

Additio. Quáuis añ ſe pe preſens fuiſ ſet regi cum ci=thara lenirct eū tum nō cogno=uit eum modo.

cū. id eſt ꝑ vitā tuā nō noui eū: vel
ꝑ execrationē. Hebrei eñ ſepe no=
C mināt mala a ꝯtrarijs eoꝝ vt ibi.
Job.2. Benedic dño ⁊ morere. Cūq̧ que=
A ſiſſet ſaul a dauid q̄s eſſet ait. Fi=
1.re.18 lius ſum ſerui tui yſai. ¶ Et tunc anima ionathe ꝯglutinata eſt ani me dauid ⁊ inierūt fedus: ⁊ dedit ionathas dauid veſtimenta ſua vſq̧ ad arcū ⁊ gladiū ⁊ balthenz.

¶ Quod ſaul perſecutꝰ eſt dauid.
Capitulum.xvij.

B
1.re.18 Actū eſt cū redirēt triūz phātes de ꝓlio ⁊ dauid diſponeret ferre caput golie i hieruſalē nam vt ait ioſephus hoc ſecū habebat: ſ; haſtā iā dicauerat deo. Egredie=bant mulieres ex vniuerſis vrbibꝰ ⁊ cū inſtrumētis precinebāt mulie res. Saul ꝑcuſſit mille: ⁊ rñdebāt virgines ⁊ dauid .x. milia. Audiēs ſaul cauſaz victorie potiꝰ attribui dauid q̄ ſibi: dolens intra ſe ait. Quid ei ſupeſt niſi ſolū regnū. Et timuit ne a domo ſua transferret regnū: ⁊ inuidebat dauid: nec iam rectis oculis reſpiciebat eū. Poſt dies paucos inuaſit ſpūs malus ſaul: ⁊ quaſi ꝓphetabat: miſſa lā=cea quā tenebat/ dauid pſallentē putauit configere parieti. Dauid aūt declinauit ab eo ſcdo. Primo eñ receſſerat bello iminēte: ⁊ poſt ea ſtatuit eū ſaul ciliarchez ⁊ ait. Filiā meā merob dabo tibi: tñmō eſto vir fortis: ⁊ ꝓeliare bella dñi. Tractabat eñ apud ſe. Nō ſit ma nus mea in eū: ſed manꝰ philiſti=noꝝ. Cum aūt debuit merob dari dauid data eſt adrieli molatyte. dilexit aūt dauid michol ⁊ placuit ſaul: ⁊ ait ad eū. In duabꝰ rebꝰ ge=ner meꝰ eris hodie: qḋ eſt i duabꝰ filiabꝰ meis. Nā alteram habuiſti ſpōſam alterā habebis vxorē: vel ita: ꝑ duabꝰ rebꝰ: q2 ſtrauiſti gigā tē ⁊ dabis .c. ꝓputia hoc eñ ſigni=ficauit ei ſaul ꝑ ſeruos ſuos nō ha bet rex neceſſe habere ſpōſalia idest munera vł donationē pro pter nuptias niſi tñ centū pre=putia philiſti=noꝝ. Et abijt da uid cū viris quo rū tribunꝰ erat

Additio. Hieronymꝰ di=cit duas res fuiſ ſe .c. preputia q̄ priꝰ dederat re=gi pro merob: ⁊ cc. que prius de dit pro michol.

in accaron: ⁊ ꝑcuſſit de philiſtijm ducētos viros: ⁊ afferēs ꝓputia eo rū annumerauit ea regi. Joſephꝰ tñ dicit abſcidēs ſexcēta capita ve nit ad regē: ⁊ nuptias exigebat et dedit ei Saul filiā ſuā l; inuitus. ¶ Cūq̧ videret: eū apd dñm ⁊ ho mines approbari: timuit: ⁊ tracta bat de morte eius: nec iam metuz A
celare volens dixit ionathe et ſer 1.re.19
uis ſuis vt occiderēt dauid. Quod indicauit ionathas dauid dicens. Abſcōdere vſq̧ mane: cras loquar patri pro te. In craſtinum locutꝰ eſt ionathas ad patrez. Cur pec=cas in ſanguine innoxio qui fecit ſalutez in iſrael ⁊ opera eius tibi valde ſunt neceſſaria ⁊ cuius mor te filia tua vidua vexabitur: ⁊ pla catus ſaul iurauit. Uiuit dominꝰ quia non occidet: ⁊ introduxit io=nathas dauid ad regē et ſtetit co ram eo ſicut prius.

¶ Qḋ michol depoſuit dauid ꝑſe cutū a ſaul per feneſtrā. Ca.xviij.

Urſum mito certamine
ꝑcuſſit dauid philiſteos B
plaga magna ⁊ inuidit 1.re.19
ſaul: ⁊ iterū demō exagi tabat eū: ⁊ dauid pſallētē voluit ſicut priꝰ perforare: ⁊ fugit dauid in domū ſuā. Miſit aūt ſaul ſatel=lites nocte circa domum vt mane egredientē occiderēt. Quod cū pre ſenſiſſet michol: depoſuit eū ꝑ fe=neſtram ⁊ aufugit. Michol autem ſtrauit lectulū ſuū q̄ſi egrotātis in

quo

quo poſuit ſtatuam: et pellem ca-
prarũ ad caput eius:ſimilitudinẽ
capillorum exprimẽs.⁊ ſagis ſup
poſuit iecur capre ſpirãs exprimẽs
anhelantem. Cũq; ſaul deprehen
diſſet ſe eſſe illuſum dixit ad mi-
chol. Cur dimiſiſti inimicum meũ:
Que rñdit. Timui.dixit eñ mihi.
Dimitte me alioqñ interficiam te.
dauid aũt fugiẽs venit ad ſamue
lẽ in ramatha:⁊ idicauit ei omnia
q̃ fecerat ei rex:⁊ abierũt ambo in
nabaioth q̃ eſt collis in ramatha
vbi erat cune⁹ pphetarũ. Qđ cuz
accepiſſet ſaul miſit lictores in na
baioth vt raperẽt dauid. Qui cuz
vidiſſent pphetas:⁊ ſamuel ſtãtẽ
ſup eos:fact⁹ eſt in illis ſpũs dñi ⁊
prophetabãt. Miſitq; ſcđos ⁊ ter-
tios nũtios:q̃ ⁊ ipſi pphetauerũt
⁊ irat⁹ ſaul abijt poſt eos:⁊ ãteq̃
venirẽt in nabaioth ingrediens p
phetabat ⁊ q̃ſi amẽs fact⁹ ẽ:⁊ exu
tus veſte regia.tota die ⁊ nocte ca
nebat cũ ceteris:dauid ⁊ ſamuele
clã vidẽtib⁹. Fu

A git aũt dauid in
1.Reg. de ⁊ venit ad io
20. nathã ⁊ ꝯquere
bat̃ ei. Cui iona
thas. Nõ morie
rĩ. Nihil grãde
vł paruũ faciet
pr̃ me⁹ qđ nõ in
dicet mihi. Cui

Additio.
Quid ẽ ergo q̃
ſupra legit̃ ñ vi
dit ſamuel ſaul
vſq; in diez mor
tis ſue niſi quia
nõ vidit eum in
regio habitu.

dauid. Scit pr̃ tu⁹ q̃ diligis me:et
dicet. Neſciat hoc ionathas:viuit
anima tua:qꝛ vno tantuz vt ita di
cã gradu ego ⁊ mors diuidimur.
Graduz vnũ dicit parietẽ domus
ſue:q̃ iterpoſito euaſerat man⁹ ap
paritorũ. Hebreus hꝫ vno tm̃ paſ
ſu:⁊ eſt ſenſus. Minimũ interual-
lum fuit iter me ⁊ mortẽ. Fac ergo
obſecro qđ dicã. Cras erunt kalẽ-
de:⁊ ego abſcõdar in agro vſq; ad
veſperaz tertie diei. Si requiſierit
me rex:qꝛ ꝯſedere ꝯſueuerã iuxta
eũ ad veſcendũ dico ei. Rogauit
me dauid vt iret i bethleẽ:qꝛ victi
me ſolẽnes ſunt ibi oib⁹ cõtribuli
bus ei⁹. Forte erat neomenia ſo-
lẽnis aliqua per tridnũ:q̃ ſi dixe-
rit tibi rex.bñ.pax erit ſeruo tuo.
Sin autez fuerit
irat⁹ cõpleta eſt
i me malitia ei⁹
⁊ ait ionathas.
Egrediamur in
agrum. Cumq;
egreſſi eſſent in

Additio.
Hebrei tradunt
dauid nõ come
diſſe:nec aper-
te legitur hoc q̃
comederit.

rauit ei ionathas q̃ q̃cq̃d boni vł
mali inuenerit apđ patrẽ indica-
ret:⁊ iurauerũt ſibi mutuo fedus
iter ſe ⁊ ſemẽ ſuũ. Addidit etiã io
nathas deierare.i.plurimuz iura-
re: Qđ aũt interpoſitũ eſt reqlinit
dñs de manu inimicoꝝ dauid hoc
de ſuo addidit
ſcriptor i ſpũ:et
addidit iona-
thas. In die q̃
opari lꝫ.i. p̃die
kalẽdaꝝ vt q̃dã
voluũt.ſed meli⁹

Additio.
Eſdras vł ali⁹:
q: dauid exhe-
reditauit poſt-
ea filiũ ieſſe.

eſt vt de ſequẽti die itelligat̃ egre
dieris ⁊ ſedebis latẽs iuxta lapi-
dẽ ezel:⁊ veniẽs ad te poſt ſolẽni-
tates iaciã tres ſagittas: iuxta eũ
q̃ſi exercẽs me ad ſignũ. Si dixero
puero q̃ tollet eas ecce ſagitte itra
te ſũt:pax tibi eſt veni ad me. Qđ
ſi dixero:ſagitte vltra te ſunt va-
de:dñs ſit inter me ⁊ te vſq; i ſem
piternũ. Porro prima die ſolẽnita
tis apparuit loc⁹ dauid vacu⁹: et
ſiluit ſaul eſtimãs dauid nondum
purificatũ. Altera die requiſituz a
rege:excuſauit eũ iõathas:⁊ irat⁹
ſaul dixit ad eũ fili mulieris virũ
vltro rapiẽtis.ſcio qꝛ in cõfuſionẽ
tuã diligis filiũ iſai:nõ ſtabilieris
eo viuẽte tu neq; regnum tuũ. Ad
duc eũ ad me:qꝛ fili⁹ mortꝭ ẽ:⁊ ait
ionathas. Quare morietur:⁊ arri
puit ſaul lãceã:vt pcuteret euz:et
declinauit ionathas ab eo ꝯtriſtat⁹
nec cõedit panẽ i die illa ⁊ egreſſ⁹
i agꝝ fecit ſꝫ q̃ dixerat dauid. Et
cũ dixiſſet puero vltra te ſũt ſagit
te:remiſit pueꝝ i ciuitatẽ cũ arcu
⁊ ſagittis. Et ſurgẽs dauid de lati
bulo:e ſ deſcẽdit tertio deſcẽ vł ipꝫ
ionathã. Et fleuerunt valde:⁊ ait
ionathas

ionathas. Quecunq̨ iurauimus
ſicut in ſempiternũ inter nos et ſe
men noſtrum. Uade in pace.

¶De fuga dauid in nobe. ca.xix.

A 1.re.21 Et fugit dauid i nobe ad abi
melec'h ſacerdotem fratrem
achie. Qui cũ miraretur q̨ quaſi
ſolus veniſſet gener regis ait ad
eũ dauid. Secret⁹ ſermo regis vr
gebat me ⁊ cõduxi pueros in illũ
⁊ illũ locũ: ⁊ ideo priuate veni et
cũ paucis vel fere cũ nullis. Nũc
ſi quid habes ad manũ ſaltem. v.
panes da mihi. Forte ex numero
panũ. numerus intelligitur ſocio-
rũ: nec mẽtitur dauid. Nõ eñ ani-
mo fallendi hoc dixit. Et rñdit ſa
cerdos. Non habeo panes laicos
ad manũ ſed tñ panẽ ſanctũ: pa-
nes: ſcꝫ ꝓpoſitiõis. Si mũdi ſunt
pueri ⁊ maxime a mulieribus mã
ducent. q. d. Neceſſitas nõ habet
legẽ. Si tñ immũdi ſunt ꝑ coitu:
nec in neceſſitate dabo eis. Et ait
dauid ad eũ. Cõtinuimus nos ab
heri ⁊ nudiuſtertius: ⁊ fuerũt vaſa
puerorũ ſancta. i. corpora in quib⁹
continentur anime vel ipſi pueri.
Porro ⁊ via hec polluta eſt. ſꝫ ipſa
ſctificabit hodie i vaſis. q. d. forte
in via hac aliq̃d imũdicie ꝯtrimus
ſed mũdicia corporũ ſufficit ad eã
mundãdam. hebreus hꝫ. Sũt va
ſa puerorũ ſancta. ⁊ dicũt de vaſis
ad edendũ. q. d. In vaſis mundis
licet tibi ponere panes mundos.
Sequit̃. Porro via hec laica eſt. i.
interrogatio tua laicalis eſt. q. d.
Cur queris de
mũdicia cũ etiã
ſi mundi eſſent
veſci nõ deberẽt
Sed ⁊ ipſa ſan-
ctificabitur ho-
die in vaſis. id-
eſt in cõſciẽtijs

Additio. Iterum dicunt ipm̃ fuiſſe achiã filium architon filij phinees filij eleazari.

noſtris. Scimus eñ q̃ neceſſitas
q̃ non hꝫ legẽ excuſat nos ⁊ quaſi
ſanctificat. ⁊ dedit eis panes ꝓpo
ſitiõis q̃ ſublati fuerãt vt ponerẽt̃
calidi. Et hoc perpendit̃ q̨ ſabba-
tũ erat. Cũq̨ q̃ſiſſet ab eo dauid
ſi haberet arma dedit ei gladium
golie. Ioſephus dicit lanceã que
erat inuoluta pallio in tabernacu
lo. Erat eñ tunc ibi arca cum ali-
quo ſuo tabernaculo. Et cõſidera-
uit hec oĩa doech idumeus ipotẽ-
tiſſim⁹ paſtorũ ſaul q̃ erat ad orã
dum obligatus voto.

¶De fuga dauid ad achis. ca.xx. D 1.re.21

Fugit aũt dauid i die illa ad
achis regẽ geth. Et indica
uerunt ſerui ſui regi q̨ quaſi rex
erat in iſrael qui latebat apud eũ
⁊ de vicino hoſtẽ reciperet ſi ſaluũ
eum ſeruaret. ⁊ timuit dauid pre-
ſertim q̨ miſerat ſaul ad achis vt
redderet ei ſeruũ ſuũ fugitiuum.
Cũq̨ traheret̃ ad regẽ ſimulauit
furorẽ: ⁊ impingebat in oſtia por-
te quaſi ꝑ clauſam portã ingredi
volẽs: ⁊ q̃ furioſi faciũt agebat: vt
fidẽ regi vere paſſiõis oſtẽderet:
⁊ ait rex. Nõ igredit̃ hic arrepti-
ti⁹ domũ meã: ⁊ dimiſit eum. ¶Et
abijt inde dauid: ⁊ latuit in ſpelũ A 1.re.22
ca odolla nõ tñ ſtati: ſꝫ pri⁹ venit
ad naas regẽ amonitarũ vt dicit
hieronym⁹ in ſequẽtib⁹ in quadã
gloſſa. Et ꝯuenit ibi ad dauid ois
cognatio ei⁹. Sed ⁊ alij quib⁹ aut
odiũ aut timor ſaulis erat vel qui
ere premebãtur alieno cõuenerũt
ad eũ: ⁊ fuerũt cũ eo q̃ſi quadrin-
gẽti armati. Et ꝑfect⁹ ẽ dauid cũ
eis i maſphat q̃ eſt moab. Eſt enim
altera i iuda: ⁊ depoſuit apd̃ regẽ
moab patrẽ ⁊ matrẽ ſuã ⁊ manſe-
rũt apud eũ q̃diu dauid fuit in pſi
dio. i. i expeditiõe in qua ſibi que-
rebat munitiones ad manẽdum.

¶De morte abimelech ⁊ ſacerdo
tum. lxxx. ⁊c. Cap.xxi.

Et monẽte ad ꝓphcta vt in B 1.re.22
de recederet: ⁊ iret in terram
iuda: ꝑfectus in terrã iuda venit
in ſaltũ areth. Et audiuit ſaul q̃d
apparuiſſet dauid: ⁊ cũ eſſet ſaul i
nemore q̃d eſt in rama tenens ha-
ſtam: ait ad ſeruos ſuos. Nũquid
ditabit vos oẽs filij gemini filius
iſai. Non eſt ex vobis qui doleat
vicem meã: ⁊ ait doech idumeus.

vidi

vidi eũ in nobe apud abimelech:
filiũ achitob: qui cõſuluit pro eo
dñm: ⁊ dedit ei cibaria: ⁊ gladiuz
golie ⁊ iratus rex conuocauit abi
melech ⁊ oẽs ſacerdotes qui erãt
in nobe: ⁊ ait ad eũ. Cur cõiuraſti
aduerſuz me cũ filio iſai. Dediſti
eni ei panes ⁊ gladiũ. Qui rñdit.
Abſit hoc a me. Non ſuſpicet rex
hmõi rẽ in vniuerſa domo patr s
mei. Neſciui ꝙ a te fugiſſet: et ait
rex emiſſarũs. Irruite in ſacerdo
tes. Qui noluerũt manus extẽde
re in xpos dñi: ⁊ ait rex ad doech.
Irrue i eos: ⁊ trucidauit i illa die
lxxxv. viros veſtitos ephot lineo.
Forte tũc erãt induti: vt per habi
tũ religionis mouerent animũ re
gis. Aiunt hebrei nõ oẽs fuiſſe ſa
cerdotes: nec indui ephot: ſz oẽs
dignos eẽ. Percuſſit ꝗ3 ſaul nobe
viculã ſacerdotũ: ⁊ mulieres ⁊ vi
ros: ⁊ iumẽta: ſm ꝙ de⁹ heli ſacer
doti ꝓphetauerat: plẽ eius radi=
citus euelendã. Solus abiathar
ſacerdos fili⁹ abimelech euaſit: ⁊
fugit ad dauid ferens ephot ſecũ
qđ fecit moyſes: ⁊ nũtiauit ei inte
ritũ patris ⁊ ſuorũ. Et ait dauid.
Ego ſum reus omniũ animarum
patris tui. Mane mecũ. Qui q̃ſie
A rit animã tuam: queret ⁊ meam.
1.re.23. ¶ Et nuntiatũ eſt dauid ꝙ phili
ſtei oppugnarẽt ceila ⁊ diriperẽt
areas. i. annonaz de areis: vel qđ
vaſtarẽt ſegetes. Cõſuluit igitur
dñz. Uadã ⁊ percutiã philiſteos.
Et ait dñs. Uade ⁊ percuties eos
⁊ ſaluabis ceila. Cũq3 timerẽt viri
ei⁹ ire cũ eo rurſus ꝯſulit dñm: ⁊
accepit rñſum ab eo qđ ⁊ prius: ⁊
abijt dauid: ⁊ percuſſit philiſteos
plaga magna ⁊ intrauit ceila. Qđ
cũ audiſſet ſaul ait. Cõcluſus eſt
dauid in vrbe. Et ꝯgregabat exer
citũ vt obſideret dauid ⁊ viros ei⁹.
Qđ cũ audiſſe dauid cõſuluit do=
minuz ꝑ abiathar: deſcendet huc
ſaul: ⁊ tradẽt me viri ceile in ma=
nus ei⁹. Et ait dñs. Deſcendet et
tradẽt te: quaſi diceret. Hec eſt vo
lũtas regis ⁊ illoꝝ q̃ deꝫ latere nõ
poterat. Et egreſſus eſt dauid et
viri ei⁹ cũ eo quaſi ſexcẽti ⁊ vaga
bãtur incerti. Qđ cum accepiſſet
ſaul diſſimulauit exire. Trãſiuit
autẽ dauid in montẽ ſolitudinis
ziph: ⁊ abijt ionathas ad eũ i locũ
illuc: qui vocabatur naua ⁊ cõfor
tauit man⁹ ei⁹ in deo ⁊ ait. Tu re
gnabis in iſrael: ⁊ ego ero tibi ſe=
cũdus. Sz ⁊ pater meus ſcit hoc.
Et innouauerunt iuſiurãdum fe=
deris inter ſe coram domino. i. co
ram gad propheta ⁊ abiathar.

¶ De ziphęis ⁊ ꝙ dauid latuit i
ſpelũca fugiẽs a facie ſaul. c. xxij.

Ascenderunt aũt ziphei
ad ſaul in gabaa dicen C
tes: dauid latet apud 1.re.23
nos in colle achile. Ue=
ni ⁊ tradem⁹ eũ in man⁹ tuas: et
bñdixit eis ſaul ⁊ ait. Cõſiderate
curioſius vbi ſit pes ei⁹: ⁊ renũtia
te mihi ⁊ ſequar vos. Dauid aũt
⁊ viri ei⁹ erãt in deſerto maõ. Cũ
ꝗ3 egreſſus eſſet ſaul ad querẽdũ
eũ aſcẽdit dauid ad petrã locũ. ſ.
munitiſſimũ: vt dicit hieronymus
vbi q̃ ſibi erat oneri repoſuit ⁊ ver
ſabatur dauid in deſerto maon in
mõte opaco. Porro viri ſaul i mo
dum corone cingebãt mõtẽ. Cũq3
deſperaret dauid: ſe poſſe euade
re: venit nũtius ad ſaul. Redi fe=
ſtinus qm̃ infuderunt ſe philiſtei
ſuper terraz. Et deſijt ſaul ꝓſequi
dauid pergẽs in occurſum phili=
ſtinoꝝ. Ob hoc vocauerũt locũ il=
lũ petrã diuidentẽ: eo ꝙ vbi ſepa=
ratus eſſet ſaul a dauid. ¶ Aſcen= A
dit ergo dauid inde ⁊ habitauit i 1.Re.
locis tutiſſimis engaddi: hoc eſt 24.
oppiduz in quo erat vinea balſa=
mi. Aſſumẽs aũt ſaul trina milia
electoꝝ inſequebat dauid: etiã ſu
per abruptiſſi=
mas petras ſo
lis ibicib⁹ ſunt
peruie. Et itra=
uit ſaul ſpelũcã
vt purgaret vẽ
trem. Porro da
uid et viri eius in interiori parte
ſpelunce

Additio.
Ibix equiuocũ
eſt ad auez qua
ſi citonia et ad
capream.

ſpelunce latebant. Et dixerũt ſerui dauid. Tradidit eũ dñs i man⁹ tuas. Et pcidit dauid orã clamydis ſaul ſilenter. Et rediẽs ad viros pcuſſit cor ſuũ: metonomice. i. pect⁹ ſuũ i quo ↄtinet cor. vł mordit eũ ↄſciẽtia ſua de eo q̃d fecerat. Cũq; murmurarẽt ſocij ei⁹ aduerſus eũ timẽs ne irruerẽt in ſaul ait. Viuit dñs: q2 niſi dñs pcuſſerit eũ aut in obitu aut i plio: apoſiopeſis eſt. q. d. de cetero nõ parcã ei. Propiti⁹ mihi ſit dñs. i. hãc miam faciat mecũ: vt nõ mittã manũ meã in chriſtũ dñi. Et cõfregit viros ſuos his ſermon. b⁹. Porro ſaul egreſſus ibat cepto itinere. Et egreſſus dauid poſt eum clamauit. Dñe mi rex. Cũq; reſpexiſſet ſaul adorauit dd in terrã et ait. Quare andis dñe mi rex vba hoiz loquẽtiũ aduerſuz me mala dicẽtiũ dauid q̃rit malũ aduerſuz te. Cognoſce orã chlamydis tue in manu mea quã cũ preciderã pepercit tibi oculus meus. Quez perſequeris? Canẽ mortuũ ⁊ pulicẽ viuũ. His auditis fleuit ſaul et ait. Iuſtior es me: reddat tibi dñs. Scio q; regnaturus ſis. Iura mihi in dño ne deleas ſemen meum poſt me. Et iurauit dauid ſauli. Abijt ergo ſaul i domũ ſuã dauid autẽ aſcendit ad tutiora loca in anguſtias maſpha.

Saul p̄ter clemẽtiaz dauid pacificꝰ ſed doloſe.

De morte Samuelis ⁊ Nadabis. Cap. xxiij.

A 1. re. 25

EO tpe mortuus eſt ſamuel ⁊ fleuit eũ vniuerſ⁹ iſrł ſinguli tãq; pprĩũ filiũ lugẽtes ⁊ ſepelierũt eũ in ramatha. Certũ ẽ ita q; ab hoc loco vſq; ad finẽ ſcdi libri nõ ſcripſit ſamuel. Cur ergo noie ei⁹ prenotulãtur hi duo libri? Q2 reliqua ſcripſit vn⁹ pphetarũ de diſcipulis ei⁹ cui⁹ op⁹ aſcribiť magiſtro. Quidã tñ dicũt nathaz ſcripſiſſe ſequentia: quidã dauid. Dauid autẽ deſcẽdit in deſertum pharã. Pharan oppidũ eſt i arabia. Erat aũt vir in ciuitate amã. in ſolitudine maon: ⁊ poſſeſſioe i⁹ erat in carmelo. Mons eſt in forte iude. Alter carmelus eſt in cõfinio paleſtine ⁊ phenicis: vbi helias occidit pphetas baal. ⁊ h̄ erat de gñe caleph. In paralipomenõ ſic legiť. Caleph gẽuit orchã alij habẽt archã: orchã genuit iezeni hic eſt, vt iudei putãt nabal. Cum ergo audiſſet dauid q; aſcẽdiſſet nabal ad tondẽdos greges miſit ad eũ. x. iuuenes vt mitteret ei aliquã bñdictionẽ in die bona. Exultabant eñ ⁊ epulabãtur iudei in tõſione ouiũ: ob memoriã patruz ſuoꝝ q̃ fuerãt paſtores ouiuz. Et ait nabal nũtijs dauid. Nõ mittã. Quis eſt fili⁹ iſai. Hodie increuerũt ſerui fugitiui. Neſcio eos. Cũ q; audiſſet dauid q; improperauerat ei nabal: accinct⁹ eſt gladio cũ q̃dringẽtis viris ⁊ ait. hec faciat dñs inimicis meis: ⁊ hec addat ſi reliq̃ro de oib⁹ q̃ ad eũ ptinẽt: vſq; ad mingẽtẽ ad parietẽ. i. ſaltẽ canẽ vel infirmum. Porro abigail vxor nabal formoſa ⁊ prudẽs hec ignorabat. Et indicauit ei cuſtos ouiũ quãta preſidia tuliſſet ei dauid i deſerto feſtinauit igiť abigail et tulit in occurſum dauid panes et vinũ ⁊ arietes coctos ſata polẽte ⁊ ligaturas vue paſſe: ⁊ maſſas caricarũ ⁊ adorãs dauid ait. In me ſit dñe mi hec iniquitas. i. pdona mihi hãc iniquitate viri. Uel ita. Si putas eſſe iniquitatẽ niſi deleas eũ q2 iuraſti: mihi imputeť. Porro facit vir me⁹ ſm nomẽ ſuũ. Nabal eñ ſtultus interpretatur. Cõſtituit te dñs ducem ſuper iſrł nõ debeo fundere ſanguinẽ innoxium. Nihil enim tibi nocuit: ſed ſua tibi nõ dedit: ⁊ erit aĩa tua cuſtodita quaſi in faſciculo viuẽtiũ. Hebreus habet in vinculo vite: quod idez eſt. i. in collegio ſanctorum. Alia litera habet in faſciculo vitium. q. d. Sic cuſtodiet dñs animam tuã ad multiplicãdũ: ſicut faſciculus vitiũ cuſtodiť in aq̃ ad tranſplantandũ. Et reſpõdit dauid. Benedictus dñs qui miſit te hodie

B 3. re. 38

De ira dauid i nabal.

De abigail prudentia.

te hodie in occurſum meū. Uade i
pace Audiui vocē tuā: iniuriā. ſ. re
mittendo: honoraui faciē tuā: xe⸗
nia de manu tua recipiēdo. Cū er
go indicaſſet abigail oīa hec viro
ſuo emortuū eſt cor ei⁹. pre timore
timuit eī ne forte dauid nollet de⸗
terare: ⁊ mortu⁹ eſt poſt decē dies.
Quo audito dauid ait. Bñdictus
de⁹ q̄ cuſtodiuit man⁹ meas a ſan
guine ⁊ reddidit maliciā nabal in
caput ei⁹. Et vocauit abigail ⁊ du
xit eā in vxorē. Accepit q̄ꝫ dauid
tertiā vxorem achinoem de iſrael.

¶ De fuga dauid ad achis.
Capitulum. xxiiij.

ETerū nuntiauerūt zi
phei ad ſaul. Ecce ab
A ſcondit⁹ eſt dauid in
1.Reg. colle achille. Et abijt
26. ſaul poſt eū cū trib⁹
milib⁹ electoꝝ. Et deſcēdit dauid
nocte ad caſtra ſaulis: ducēs ſecū
abiſai filiuꝫ ſeruie ſororis ſue. Hu
ius fuerūt tres filij / ioab et abiſai
⁊ aſahel nepotes dauid. Cūq̄ clā
intraſſent tētorium regis cunctis
dormiētib⁹ dixit abiſai. Perfodiā
ſaul lancea in terra. ⁊ phibuit da
uid dicēs. Quis extendet manum
ſuā in chriſtū dñi: ⁊ erit innocens.
David Sꝫ tolle haſtā q̄ eſt ad caput eius
haſtaꝫ fixa in terra et vas aq̄: et eam⁹. Et
tollit a egreſſi ſunt nullo euigilāte: q꞉ ſo⸗
ſaul por dñi irruerat ſuper eos. Cūq̄
dormiē traſiſſent torrentē ⁊ ſtetiſſent i vti
te. ce mōtis vñ poſſent audiri. excla⸗
mauit dauid ad abner ⁊ ad oēm
pplm. Filij mortis vos eſtis q꞉ nō
cuſtodiſtis dñm veſtrum xp̄m dñi:
Ingreſſus eſt q̄ſpiā vt interficeret
regē. Uidete vbi haſta regis ſit ⁊
cyph⁹ aque. Et agnoſcens ſaul ne
gligentiā ſuoꝝ ⁊ bñficiū dauid ex
clamauit. Nunvox tua eſt hec fili
mi dauid. Qui rñdit. Cur pſequit̄
dñs ſeruum ſuū. Quid feci? Si do
min⁹ incitat te aduerſuꝫ me. odo⸗
ret̄ ſacrificiū. i. placari eum opꝫ ſa
crificio ⁊ p̄ce vt oſtēdat nobis ſup
hoc quid velit. Uel ita. Tu ipſe oc
cidas me. ⁊ erit quaſi ſacrificium
deo i odorē ſuauitatis. Quidā ita
legunt. Odoret̄ ſacrificiū ſi dñs in
citat te aduerſum me. i. ſacrifican
tes pbem⁹ iudicio dei ſi dñs hoc
facit. Si aūt filij holm incitant te
maledicti ſunt qui cogūt me trāſi
re ad idolatras: ne ſeruiā deo iſrl̄.
Et ait ſaul ad dauid. Peccaui Re
uertere fili mi. Non vltra male fa
ciam tibi. Et rñdit dauid. Iudicet
dñs iter nos. Ecce haſta regis. ve
niat q̄ tollat eā. Cui ſaul. Bñdict⁹
tu fili mi. Equidē faciens facies et
potēs poteris. ⁊ ſaul reuerſus eſt
in locū ſuū. ¶ Et dixit dauid i cor
de ſuo. Aliqñ incidā in vna die in A
manus ſaul. meli⁹ eſt vt ſaluer in 1.Reg.
ter philiſteos. Abijt ergo dauid ⁊ 27.
ſexcēti viri cum eo ad achis filium
maoth regē geth. Iſte fuit fili⁹ ſu
pradicti achis cui⁹ mater dicebat̄
maoth. Et erāt cū dauid due eius
vxores achinoe ⁊ abigail. Et dixit
dauid ad achis. Nolo oneroſ⁹ eē
regi: det mihi rex locū i quo habi⸗
tē. Et dedit ei achis ſyceleg. q̄ ex⸗
inde facta eſt regū iuda. Et habi⸗
tauit dauid in ea quatuor mēſib⁹
⁊. xx. dieb⁹ ⁊ agebat dauid p̄das d̄
viculis philiſtinoꝝ circūſtātibus
q̄ nō erāt ſub ptāte achis. Uirū ⁊
mulierē nō adducebat captiuum
ne forte loquerent̄ aduerſus eūꝫ.
Cūq̄ quereret achis quos penſiſ
ſet aiebat ſe depopulatos eſſe ha
bitantes ad auſtrū iude ⁊ in cam
peſtribus.

¶ De ꝯgregatiōe philiſtijm ꝯ iſrl̄
⁊ phitonum occiſione ⁊ ſuſcitatio
ne ſamuelis. Cap. xxv.

FActū eſt eo tpe cōgre⸗
gati ſunt ad p̄liū ꝯtra
iſrael philiſtei. Et ait A
achis ad dauid. We⸗ 1.Reg.
cū egredieris i caſtra. 28.
tu ⁊ viri tui. Ego cuſtodē te pono
capitis mei p̄ cūctis. Cōgregauit
etiā ſaul vniuerſum iſrael ⁊ venit
in gelboe. Samuel autē mortuus
erat. Hoc ideo repetit̄ hic vt angu
ſtia ſaulis oſtēdat̄. in q̄ plurimum
eſſet ei neceſſarius ſamuel. Uel vt
oſtendatur

oſtendaꝛ ſamuel recẽter moꝛtuus
q̇ in ꝓximo erat ſuſcitãdus. Tra-
dunt eñ neminẽ poſſe ſuſcitari ar
te phitonica niſi recẽter moꝛtuũ ⁊
adhuc integris vitalibus. Timuit
itaq; ſaul ⁊ cõſuluit dñm. Qui nõ
rñdit ei. neq; ꝑ ſomnia neq; ꝑ pro
phetas. i. ꝑ diſcipulos ſamuelis.
neq; ꝑ ſacerdotes. hebreꝰ hꝫ neq;
ꝑ doctrinã ephot. ſ. in quo erat do
ctrina ⁊ veritas. Et ait ſaul ſeruis
ſuis. Querite mihi mulierẽ hñtẽ
phitonẽ. Ipſe ei occiderat magos
⁊ arioloſ ⁊ phitonicos. Unã tradi
dit hieronymꝰ reſeruatam: q2 ma
ter erat abner. que latens habita
bat in endoꝛ que ciuitas eſt iuxta
fontẽ endoꝛ. Phitonem quidã tra
dunt eſſe artẽ ſuſcitãdi moꝛtuos
quã phitius adinuenit. q. d. Que
rite mihi mulierẽ peritam artis il
lius. Qḋ cõgruit hebꝛeo in quo le
giꝛ mulierẽ baladoph. Balad eñ
interꝑtaꝛ dña oph eſt nomẽ artis
illiꝰ. Mutauit itaq; ſaul habitum
ſuũ ⁊ venit ad mulierem nocte cũ
duobus viris ⁊ ait. Suſcita mihi
quem dixero tibi. Que rñdit noſti
quanta fecerit ſaul magis. Quare
ergo inſidiaris aĩe mee. Quidamꝰ
tradũt ſaulẽ ob hoc eos deleuiſſe:
q2 ꝓconizabãt dauid futurũ regẽ.
Iurauit aũt ei ſaul ꝙ ꝑꝑ hanc rẽ
nihil mali pateretꝛ: ⁊ dixit vt ſuſci
taret ſamuelẽ. Uidẽs autẽ mulier
virũ ſctm̃: cõturbata eſt ⁊ ait. Qua
re impoſuiſti mihi. Tu ei es ſaul.
Hoc eñ ei ſamuel indicauerat vt
ait ioſephus. Quidã fabulantur
moꝛtuũ magice ſuſcitatũ a pedi
bus primo moueri ⁊ ſurgere niſi
qñ ſciſcitãte rege ſuſcitaꝛ: tũc eñ
a capite ſurgit. Alij dicunt ꝓphe
Suſcitaꝛ ſamuel. tam nõ poſſe ſuſcitari niſi rege ſci
ſcitãte. Tunc indicauit ei ſaul ſe
ſaulẽ eſſe ⁊ ait. Noli timere. Quid
vidiſti. Que rñdit. Uirũ ſenẽ ⁊ glo
rioſum ⁊ amictũ pallio ſacerdota
li. Et intelligẽs ſaul ꝙ ſamuel eſ-
ſet adoꝛauit eũ: ⁊ ait aĩa ſamuelis
vt dicit ioſephꝰ. Quare inquietaſti
me. Cui ſaul. Coarctoꝛ nimꝫ. Phi
liſtei pugnãt aduerſum me ⁊ dñs
nõ rñdit mihi. Obſecro dic mihi.
q̇d faciã. Qui rñdit quid interro-
gas me: cũ dñs receſſerit a te: Fa
ciet tibi dñs ſicut locutꝰ eſt. Tol-
let regnũ de manu tua: ⁊ dabit il-
lud dauid. Cras autẽ tu ⁊ filij tui
mecũ eritis. i. in numero moꝛtuo-
rũ: ſicut ego ſũ vel in inferno. De
hac ſuſcitatiõe d2 a quibuſdã q2
ſpũs malignꝰ apparuit in ſpẽ ſa-
muelis vel phãtaſtice imago eius
ibi appuit: q̃ dicta eſt ſamuel. Tra
dũt q̇dã ꝙ deo ꝑmittẽte aĩa ipſius
tñ cõſilij coꝛpe induta appuit ibi.
Alij v̇o ꝙ coꝛpꝰ tñ ſuſcitatũ eſt cũ
ſpũ viuifico aĩa in loco ſuo manẽ-
te ⁊ q̇eſcẽte. Hoc audiens ſaul ꝓ-
ſtratꝰ eſt in terrã ꝓ timoꝛe: nec ei co-
mederat panem in die illa: et coe-
git eum mulier ⁊ ſerui eius vt co-
mederet. Cũq; comediſſet redũt
ad caſtra ꝑ noctẽ. Noluit eñ ſciri
ꝙ conſuluiſſet phitoniſſam.

¶ Qḋ dauid vicit amalech. c. xxvi.

Congregati ſunt ergo phili A
ſtei in affech. ⁊ iſrł caſtrame 1. Re. 1.
tatus eſt ſup fontẽ q̇ erat in iſrael
Satrape v̇o philiſtinoꝝ vidẽtes
dauid ⁊ ſuos eẽ cũ achis dixerũt.
Reuertanꝛ hebꝛei iſti in locũ ſuũ:
ne foꝛte cũ cepimꝰ ꝓliari fiãt nobꝭ
aduerſarij: ⁊ i. capitibꝰ noſtris me
reanꝛ ſibi reddi grãz dñi ſui. Tũc
ait achis ad dauid inuitꝰ ⁊ dolẽs.
Bonꝰ es i ꝯſpectu meo: ſꝫ ſatrapis
nõ places. Surgite de nocte ⁊ abi A
te diluculo. Abijt ergo dauid cũ
ſuis in ſyceleg die tertia. ¶ Ama 1. re. 30
lechite v̇o interim impetũ fecerũt
in ſyceleg. Et ſuccẽderunt eã ⁊ ca
ptiuas duxerãt mlieres ⁊ paruu-
los: ⁊ vniuerſam ꝓdã. Plãxit ergo
dauid ⁊ ꝑpłs q̇ erat cum eo donec
deficerent in eis lachꝛime ⁊ vole-
bãt eum ſui lapidare. Cõfoꝛtatus
aũt dauid in dño: cõſuluit dñm ꝑ
abiathar dicẽs. Perſequar latrũ
culos hos ⁊ cõpꝛehẽdam. Qui rñ
dit. Perſeq̃re ⁊ cõpꝛehẽdes et re-
duces ꝓdã. Abijt ergo dauid ⁊ ſex
centi cũ eo ⁊ venerunt ad toꝛrẽtẽ
bethoꝛ

bethor:al's beſor:ꝛ ibi ducēti laſſi
ſubſtiterūt ad ſarcinas ex mādato
dauid. Cūqꝫ filij trāliſſent inuene
rūt puerꝫ egyptiū fame deficiētē:
quē reliq̄rat dn̄s ſuꝰ vir amalechi
ta cū egrotare eum vidiſſet. Et de
derūt ei cibū ꝛ reuerſus ē ſpūs eiꝰ.
Et ait ad eū dauid. Potes me du
cere ad cuneū iſtū? Cui ait. Si iu
raueris mihi q̄ n̄ occidas me nec
tradas me in manꝰ dn̄i mei: ducā.
Et iurauit ei dauid: ꝛ eo ducēte in
uenerūt hoſtes epulātes: ꝛ q̄ſi diē
feſtū celebrātes. Et percuſſit eos da
uid a veſpere vſqꝫ ad veſperā alte
rius diei. ꝛ ſoli q̄dringēti adoleſcē
tes euaſerūt i camelis. Eruit ḡ da
uid oīa que tulerāt amalechite ab
hoīe vſqꝫ ad pecꝰ. Dicit q̄ i hac vi
ctoria ꝑuenit illi auxiliū nouē ꝑn
cipes militū de manaſſe: q̄ cōfuge
rāt ad eū dū ꝑdiret i ſyceleg. Priꝰ
em̄ venerūt ad eū tm̄ de iuda ꝛ bē
iamin. Porro cū rediſſent ad ducē
tos viros q̄ laſſi ſubſtiterāt ſaluta
uit eos dauid pacifice. Et idigna
ti ſunt q̄dā q̄ cū eo ierāt dicētes.
De dauid largitate i diſtribuēdo ꝑdam. Sufficiat cuiqꝫ vxor ſua ꝛ filij: dē ꝑ
da nihil dabimꝰ eis. Et ait dauid.
Nō audiet vos q̄ſqꝫ fratres mei i
ſermōe hoc. Equa pars erit deſcē
dētis ad ꝑliū: ꝛ manētis ad ſar
cinas. Hieronymꝰ ait. Nō ait q̄ laſ
ſi māſerūt: q: laſſis nil dꝫ dari deꝑ
de ꝑda. Et factū ē hoc ex die illo ꝛ
deinceps q̄ſi lex i iſrl' vſqꝫ ad diem
hāc venit ḡ dauid in ſyceleg: ꝛ miſ
ſit dona de ꝑda ſenioribꝰ iuda ꝓ
ximis ſuis ꝛ reliq̄s cum q̄bꝰ cōmo
ratus fuerat ipſe ꝛ viri eius.

¶ De morte ſaul ꝛ filiorum eius.
Capitulum. xxvij.

A 1. re. 31. Porro philiſtei pugnabāt
aduerſus iſrael. Saul au
tē ſciēs ꝛ prudens feſtina
bat ad mortē et viril'r dimicabat.
Soli q̄ppe magnanimes rex terri
De magnanimitate. biliū ſunt ꝯtēptores. Hec magna
nimitas maxime cōuenit regibus
quos ꝓ cumulo ꝑncipatꝰ nō ſolū
malos non lꝫ eē circa ſubditos: ſꝫ
nec mediocriter bonos eē. Fugerūt
aūt filij iſrl' a facie philiſtinoꝝ ꝛ ce
ciderunt in mōte gelboe ꝛ ꝑcuſſi
ſunt tres filij ſaul: ionathas: ami
nadab: ꝛ melchiſue. Hiſboſeth au
tē domi erat. Cūqꝫ grauiter vul
neratꝰ eēt ſaul. dixit ad armigeꝝ
ſuum. Percute me gladio tuo ne
forte i circunciſi iſti illudāt mihi vi
uēdoꝝ pꝰ interficiāt me. Et noluit
armiger. Et irruit ſaul ſuꝑ gladiū
ſuū. Adeo em̄ defecerat q̄ nō pote
rat ſe trāſuerberare. Quē vidēs ar
miger ſuꝰ irruit ipſe ſuꝑ gladium
ſuū. Hic fuit doech idumeꝰ (vt au
tumāt hebrei) q̄ timuit eē ſuꝑſtes
ſauli propter dauid: ꝛ mortui ſunt
oēs domeſtici ſaul q̄ erāt cū eo. Ui
dētes āt filij iſrl' q̄ trās vallem ior
danis erāt ſtragē ſuoꝝ egreſſi de
ciuitatibꝰ ſuis fugerūt. Altera die
veniētes philiſtei vt ſpoliarent in
terfectos expoliauerūt ſaul armis
ſuis ꝛ filios ſuos: ꝛ ꝑciſa capita eo
rū cū armis emiſerunt i terrā ſuā ꝑ
circuitum vt annunciaret hoc in
templo idolorum ꝛ in populis. Et
poſuerunt arma eiꝰ in tēplo aſta
roth: caput vero in templo dagō:
vt in paralipomenō legitur. Cor
pus vero eius ꝛ filioꝝ ſuſpēderūt
in muro bethſan: quaſi in oculis iſ
rael. Eſt em̄ ciuitas philiſtijm in
terminis iſrael. Uiri aūt de iabes
galaad quos liberauerat ſaul ab
amonitꝭ ambulauerūt tota nocte:
ꝛ tulerūt cadauera de muro beth
ſan ꝛ cōbuſſerunt ea igni: ꝛ ſepelie
runt oſſa in nemore iabes. Et plā
xerunt eum ieiunātes. vij. diebus.
Nota q̄ i paralipomenō legitur.
Mortuus eſt ſaul ꝓpter iniquita
tes ſuas: ꝛ additur: quaſi in cumu
lū peccati: ſed inſuꝑ cōſuluit phi
toniſſam ꝓpter qđ interfecit eum
dn̄s. Huiꝰ peccati magnitudinem
mlti nō attēdūt. Et regnauit ſaul
viuente ſamuele. xviij. annis: ꝛ eo
mortuo duobꝰ annis. Hos annos
ſacra tn̄ ſcriptura non annotauit.
A ſamuele ꝓprie incipiūt tēpora
nominatoꝝ prophetarum ſicut a
ſaule tempora regum iſrael.

¶ Incidentia.

Incidentia. ¶ In diebꝰ iſtis apꝺ latios quartus regnauit ſiluiꝰ eneas: filiꝰ poſthumi. Alia tñ hiſtoria quartū ponit ſiluiū latinū vterinū fratrē poſthumi ⁊ q̄ntū ſiluiū eneā. His tpibus homerū fuiſſe q̄dā dicunt: de quo magna diſſonātia eſt apꝺ veteres. Crates pōit eū añ deſcēſuz in peloponēſiū vrbē eraclidaruz. Criſtodenes cētēſimo āno a captiuitate troie. Ariſtarchus et philochorꝰ tpe migratiōis ionice. Appolliodorus athenīēſis .ccxl. ānos ekerliēnis illij. Alij modico tpe anteqū olympiades inciperent.

¶ Sequūtur tituli capitulorū in hiſtoriam Regum ſecundi.

De plāctu dauid ſup ſaul ⁊ ionathā. ca. j.
De prima vnctione dauid in regē. ca. ij.
De regno hiſboſeth Capitulum. iij.
De filijs dauid. ca. iiij.
De interfectione abner. ca. v.
De morte hiſboſeth ⁊ ſcꝺa vnctione dauid ſup omnē iſrael. cap. vj.
Qꝺ dauid expugnauit hieruſalē ⁊ muniuit. Cap. vij.
Qꝺ dauid vicit philiſteos. ca. viij.
De reductiōe arce in hierlm. c. ix.
De victorijs dauid ⁊ officialibus eius. ca. x.
De miphiboſeth ⁊ q̄ amon dehoneſtauit nuntios dauid. ca. xj.
De morte vrie ⁊ pñia dauid. c. xij.
De thamar quam amō oppreſſit. Capitulum. xiij.
De morte amō ⁊ fuga abſalō ⁊ reditu ad dauid. ca. xiiij.
Quō abſalō pſecutꝰ ē dauid. c. xv.
De conſilio chuſi ⁊ morte achitophel. Capi. xvj.
De morte abſalon. cap. xvij.
De reditu dauid i hierlm. c. xviij.
De morte amaſe ⁊ ſiba. cap. xix.
De ſeptem viris ſuſpēſis in vltionem gabaonitarum. Cap. xx.
De quatuor prelijs dauid. ca. xxj.
Cathalogus fortiū dauid. c. xxij.
De numero ppli ⁊ altari erecto a dauid. Cap. xxiij.

¶ Incipit Secundus liber Regū.

¶ De plāctu dauid ſuper Saul ⁊ Jonathan. Cap. j. ſcꝺi regum.

Factū eſt poſt mortē ſaulis adoleſcēs fugiēs de prelio venit ad dauid in ſyceleg ⁊ adorauit. Cūq̄ indicaſſet ei pplm victū ⁊ ſaul cū filijs ſuis mortuū ait dauid. Vñ ſcis q̄ mortuꝰ ē ſaul ⁊ ionathas filiꝰ eiꝰ. Qui reſpōdit. Vidi ſaul incūbētē ſup haſtā ſuā ⁊ hoſtes appropiabāt ei. Cumq̄ q̄ſiſſet quiſnā eſſem: et dixiſſem amalechites ſū: ait. Interfice me proſelitus es ne occidāt me incircūciſi. Et occidi eū: q̄ viuere nō poterat: ⁊ tuli diadema q̄ꝺ erat. i. q̄ꝺ eē ſolebat in capite eiꝰ: ⁊ armillā de brachio eiꝰ ⁊ attuli ad te dñm meū. Aiūt hebrei hunc fuiſſe filiū doech idumei: cui p̄r ſuꝰ priꝰ q̄ irrueret ſup gladiū ſuū tradidit inſignia regis que cuſtodiebat vt ferēs ea ad dauid redderet eū ſibi placabilē: nec obuiat q̄ p̄r idumeꝰ filiꝰ Amalechites dr̄. cū amalechite ſint Idumei. Amalech em̄ fuit filiꝰ eliphā filij eſau edō. Dauid ⁊ roēs q̄ cū eo erāt ſcideruñt veſtimēta ſua plāgētes ⁊ ieiunātes vſq̄ ad veſperā ſm legē. Et ait dauid ad nūciū. Quare nō timuiſti mittere manū tuā in chriſtuz dñi. Os tuū locutū ē ꝯ te. Et iubēte dauid vnꝰ de pueris eiꝰ occidit eū. Et p̄cepit dauid vt patres docerēt filios ſuos carmē arcuz. vbi alij hñt: docerēt filios ſuos arcū. i. artē ſagittandi eo q̄ audierit pplm a ſagittarijs iterfectū ſicut ſcriptū eſt in libro iuſtoruz. Hic liber nō habet ſicut nec plimi quoꝝ fit mētio in veteri teſtamēto: quos cōbuſtos credimꝰ a babylonijs. Fuerunt qui dicerent hūc librum dici librum iuſtorū: eo q̄ de iuſtis agit

Additio. Proſelitus quis de ꝫ veniebat de gētilitate ad iudaiſmum.

agit.s.de Samuele ⁊ Dauid.Alij dicūt pētateucū librū iuſtorū vbi coniici poteſt artē ſagittādi vtilē
D eſſe:q2 dicit Jacob ſe tuliſſe agrū
Ge.48 de manu amorrei i gladio ⁊ arcu.
Quidā legūt iuſtoꝝ neutraliter:⁊ dicūt librū iuſtoꝝ:q2 ait de his q̄ iuſta ſunt quaſi librū iudicioꝝ:vt ſit ſenſus.Sic precepit dauid artē illā ſeruādā ſicut ſeruaturq᷒ ſcriptū eſt in libro iuſtorū. Tunc planxit dauid carmē lugubre ſup ſaul ⁊ Jonathan ⁊ creditur metrice ↄpoſitū fuiſſe.Et ē ↄtinētia hui9 carminis tripartita. Primo agit de loco vbi facta eſt ſtrages:⁊ imprecatur ei.Scdo cōmēdat ſaul ⁊ Jonathā.Tertio ſpecialiter commēdat Jonathen oſtēdens ꝗ̄tuz dilexerit eū.Nec obeſt aliq̄ pluraliter aliquando ſingulariter de eodem mōte loquitur.Eſt em̄ vnus mōs plures colles habēs.Ubi legitur Mōtes gelboe nec ros nec pluuia veniāt ſup vos.Quidā dicunt ſup te:ſic legētes literā. Mōtes gelboe:ſubaudi:ve vob̄:poſtea inferūt:nec ros nec pluuia veniant ſuper te:mōtes hi vt dicūt prius vberrimi fuerāt:⁊ imprecatur eis nō ariditatē:ſed ſterilitatē.q. aridi eſſent.Uñ ſubdit.Neq3 ſint
A
2.re.17 ſuper vos agri primitiarū. id eſt fructuū optimorū ſicut pri9.Alij dicunt ꝓphetiā eſſe q̄ impleta eſt in diebus helie:quando nō pluit ſuper terram annis tribus ⁊ menſibus.vj.Alij dicunt in cacumine mōtis:nec ante nec poſt pluiſſe:ſ3 per maledictionem cōfirmatum. Planxitq3 dauid ſaulē eo ꝙ viliter interfectus eſſet:licet vnctus eſſet oleo.Et ſubdit cauſaz necis hui9 a ſanguine interfectoꝝ ⁊ adipe fortium:id eſt pro ſanguine ſacerdotū quos occidit in nobe.Hebreus tamen inchoat verſum ita. A ſanguine interfectoꝝ ab adipe fortium Sagitte Jonathe ⁊c.

¶De prima vnctione Dauid in regem ſuper tribū iuda in ebron. Capitulum.ij.

POſt hec et reſponſo domini:aſcendit dauid in ebron:et habitauit ibi cum duabus vxorib9 ſuis in domo ſua viriq3 ei9 māſerūt in opidis ebrō.Et vnxerūt eum viri iuda in regem ſuper tribū iuda. Hic inchoatur quarta etas:nō pro nūtio regni iudeorum vt quidam volunt:q2 tunc inchoaſſet a ſaule:ſed ꝓ innouatione promiſſionis q̄ patribus olim data erat de regno chriſtiano:q᷒ prefiguratū eſt in dauid iurante domino Dauid veritatem.de fructu vētris eius ſeſſuro ſuper ſedē ſuam.Nūtiatūq3 eſt Dauid ꝙ iabite ſepeliſſent Saul:⁊ nuntiauit
A 2.re.2
B
eis dicens.Benedicti vos a dño Jo.1.
qui feciſtis miſericordiā hanc cuz domino veſtro retribuet vobis dominus.Sed et ego retribuā.Nec timeatis quaſi nō habētes regē: q2 vnxit me dom9 iuda regē ſibi.

¶De regno hiſboſeth. Cap.iij.

ABner autē princeps exercitus ſaul tulit hiſboſeth:⁊ circūduxit eum per caſtra.i. vbicūq3 B 2.re.2.
diſperſus erat exercitus:⁊ creauit eū regem ſuper reliquas tribus. Uel per caſtra intellige manaim locū munitiſſimū:vbi inūxit eum in regē.Erat autē hiſboſeth tūc xl.annoꝝ:et duobus ānis regnauit ſup iſrael.Dauid vero.vij. annis.⁊.vj.mēſib9 regnauit in ebrō ſuper domū iuda. Eo tempore ortum eſt inteſtinū bellū inter hebreos.Porro egreſſus eſt abner ⁊ pueri eius d̄ caſtris in gabaon. Joab autē ⁊ pueri dauid occurrerunt eis ad piſcinaz gabaon:⁊ conuenit inter eos ꝙ.xij.tantū ex vtraq3 parte pugnarēt in medio exercituū ⁊ apprehenſo vnuſq̄ſq3 capite cōparis ſui defixit gladiū i latus ↄtrarij ⁊ ceciderūt ſimul.Ob hoc dict9 eſt locus ille ager robuſtorū.Joſephus tñ videtur velle ꝙ pueri dauid ſuperſtites occiderīt cōpares ſuos.Ortū eſt autē bellū

inter reliquos et fugit abner cum ſuis. Erãt autẽ cũ Joab duo fratres eius: quorum aſahel velociſſimus quaſi vnus de capreis perſequebatᷣ abner cũ ſuis inſtãtiſſime. Cui abner. Noli me ſequi ne cõpellar cõfodere te ⁊ non potero leuare faciẽ meã Joab. Ille vero noluit declinare: ⁊ percuſſit eum abner in inguine auerſa haſta. i. cũ ligno poſteriori: nõ cũ mucrone haſte vel verſa ad eum haſta. Perſequẽtib⁹ aũt Joab ⁊ Abiſai fugiẽtẽ abner ſol occubuit: ⁊ venerunt ad collẽ aq̃ductus. In cuius ſummitate cõgregati ſunt ad abner filij beniamin in cuneũ vnũ: ⁊ ait abner ad Joab. Nũq̃d vis de ſeuire vſq̃ ad deletionẽ fratꝝ tuorũ. An ignoras ꝙ nõ gratũ moritᷣ iugulo q̃ ꝓuocat hoſtẽ. Ceſſauit ergo Joab ⁊ oẽs exercit⁹ perſequi eos. Porro abner cũ ſuis nocte illa trãſiẽs iordanẽ venit ad hiſboſeth in manaim. Joab vero et viri ei⁹ tulerũt aſahel ⁊ ſepelierũt eũ in ſepulchro patris ſui in bethleẽ et redierunt ad dauid in ebron.

De filijs dauid. Capitulũ .iiij.

A
2. re. 3. Acta eſt ergo lõga ꝯcertatio iter hos reges: ⁊ dauid creſcẽte: alter decreſcebat. Natiq̃ ſunt filij dauid in ebrõ primogenit⁹ amõ de achinoem. Secũdus celiab vel celaph de abigail. Tertius Abſalõ de vxore gẽtili. id eſt maacha. ſ. filia ptolomei regis ieſſur. Quartus adonias fili⁹ agith. Quintus ſaphacias filius abigail. Sextus ietran quẽ Joſephus vocat nathan de egla vxore ſua quã hebrei aiunt fuiſſe michol q̃ ſola dicitᷣ vxor eius: q2 in adoleſcẽtia ſua p̃mã ſortit⁹ eſt vxorẽ. Qḋ non videtᷣ poſſe ſtare cũ in ſequẽtib⁹ legatur michol in hieruſalẽ ſubſannaſſe dauid: ⁊ dicitur ꝙ nõ eſt natus ei filius de

Additio.
Qḋ ietrã natus ſit dauid i ebrõ nõ videtᷣ verũ: audi cauſam et ſolutionem.

dauid vſq̃ in diem mortis ſue: q2 in ipſo partu occubuit. S3 potuit fieri vt vicina partui de hieruſalẽ deſcẽderet in ebrõ: vt ibi pareret tñ̃ in primitiuo loco regni.

De interfectione abner. Ca. v.

EO tempore factuz eſt ꝙ abner intraret ad concubinã D
ſaulis reſphã pulchram nimis. 2. re. 3
Ob hoc obiurgatus eſt aduerſus euz hyſboſeth pro opprobrio domus ſue: timens ne forte cõcubina vſurparet ſibi regnum. Et iratus abner ait ad euz. Nũquid canis caput ego ſum hodie aduerſus iudã ꝑpter te. q. d. ꝑpter te iudas habet me quaſi caput canis mortui. Vel ita ꝑpter te factus ſum caput canũ: id eſt p̃nceps irrationabiliter latrãtiũ cõtra chriſtũ domini. Et miſit abner ad dauid nũtios dicẽtes. Cuius eſt terra. q. d. Nonne terra eſt in manu mea. Fac mecũ amicitias ⁊ reducã ad te vniuerſuz iſrael. Qui ait. Optime. Faciã tecum amicitias: ſed nõ videbis me anteq̃ꝫ reduxeris michol. S3 ⁊ ad hiſboſeth miſit Dauid vt remitteret ei vxorẽ ſuã michol. Tulerũt ergo eam a viro ſuo falthiel qui ſequebatᷣ eã plorans vſq̃ bauim. Nõ em̃ cognouerat eã eo qḋ illa diligẽs dauid ſemper triſtis erat. Et locut⁹ eſt abner ad ſeniores iſrael: et maxime ad bẽiamin: vt trãſiret ad Dauid quez elegerat domin⁹. Et aſcẽdit abner in ebrõ ad Dauid ⁊ ſuſceptus eſt ab eo magnifice: ⁊ ait. Surgã vt cõgregẽ ad te oẽm iſrael. Cumq̃ꝫ abijſſet i pace: ecce Joab ⁊ pueri Dauid redierũt ceſis latronib⁹ cũ preda magna nimis: ⁊ dictum eſt Joab de aduẽtu

Additio.
Iſte phalti doctus erat i lege et ideo nolebat alterius vxorez violare: ⁊ ꝑpter hoc noĩ fixo additũ eſt ei. qḋ eſt nomẽ dei: q2 ꝓ timore ⁊ reuerẽtia dei et legis abſtinuit: hoc dicũt hebrei.

abner

abner:⁊ de pace cũ rege. Qui cũ
tẽtaſſet mutare aĩm regis dicens.
Jurauit abner vt deciperet te. Et
cum nõ adquieuiſſet rex miſit nũ-
cios poſt abner quaſi rege reuocã
te eum ⁊ reduxit eum:⁊ occurrens
redeũti ſeorſum adduxit cũ quaſi
Abner ſecreti⁹ locuturus.⁊ percuſſit cũ
occidit in inguine et mortuus eſt quaſi in
D .re.3 vitionem fratris ſui. Sed veri⁹ eſt
q: timebat ne fieret ſecundus a re
ge. Quod cũ audiſſet David ait.
Mundus ſum ego ⁊ regnũ meum
a ſanguine abner ⁊ veniat ſup ca-
put Joab. Non deficiat de domo
Joab ſemine fluẽs. ⁊ leproſus⁊ te
nens fuſum:id eſt effeminatus:et
cadẽs gladio:⁊ indigẽs pane. Se
cundũ hoc vero videtur ei impre-
cari ſeminis fluxũ ⁊ leprã et enira
tionẽ ⁊ ſtragẽ in bello:et mendici
tatem. Quidam legunt pro vno le
proſus ⁊ tenẽs fuſum:id eſt breue
vẽtilabrũ ad depellẽdas muſcas
quod fit de folijs palmarum ⁊ in-
uoluitur inter digitos inſtar fuſi.
Scidit ergo dauid veſtimẽta ſua
⁊ fleuit ſuper abner:⁊ omnis po-
pulus q̃ erat cum eo:⁊ indixit om-
nibus ieiunium vſq; ad veſperã:
⁊ ait. Neſcitis quomodo princeps
maximus hodie cecidit in Jſrael.
Ego autem ſum dedicatus rex.q.
d. cum ſim nouus rex maxime in-
digebam auxilio iſtius. Porro fi-
lij ſaruie mihi duri ſunt.

¶ De morte hiſboſeth ⁊ ſecunda
vnctione David ſuper omnem Jſ
rael. Capitulum. vj.

A 2.re.4 Cumq; audiſſet hiſbo-
ſeth de morte abner
diſſolute ſunt manus
eius et omnis iſrael
perturbatus eſt. Duo
autem viri principes latronum
erant cum hiſboſeth baana ⁊ re-
chab de filijs beniamin. Qui irati
receſſerant ab hiſboſeth. et vene-
rant ad miphiboſeth filium Jona
the vt facerent eum regem. Qui
noluit imo prodidit eorũ cõſiliũ.
Quidã vero tradunt q hiſboſeth
offenſus erat eis eo q dicebãt et
miphiboſeth debere regẽ eſſe:cũ
filius eſſet p̃mogeniti ſaulis. Erat
iſte miphiboſeth claudus vtroq;
pede. Quinquennis enim erat qñ
nunciatũ eſt ei de morte ſaulis et
Jonathe:⁊ tollente cũ nutrice vt
fugeret cecidit et confractus eſt.
Porro baana ⁊ rechab igreſſi ſũt
domũ hiſboſeth ferẽtes ſpicas tri
tici:quaſi primitias regi. Hoſtia-
ria autẽ domus obdormierat. Et
inuenientes hiſboſeth dormiẽtem
in meridie interfecerũt eũ:⁊ attu-
lerũt caput ei⁹ ad David in ebrõ
dicẽtes. Ecce caput viri qui quere
bat animã tuã:exiſtimãtes ſe mu-
nera accepturos a David. Et ait
David ad eos. Jnterfeciſtis virũ
innoxiũ:ſanguinẽ dñi veſtri fudi-
ſtis:⁊ ideo auferã vos de terra. Et
precilis manibus ⁊ pedibus eorũ
ſuſpẽderũt eos ſuper piſcinã:vel
ſpinam in ebrõ:caput vero hiſbo-
ſeth ſepelierũt i ſepulchro abner.
¶ Et venerũt ſeniores de Jſrael A
ad dauid:⁊ percuſſit cũ eis fedus 2.re.5:
⁊ vnxerunt eũ in regẽ ſuper omnẽ
Jſrael. Primo igitur inunctus eſt
in ſignũ regni:ſecundo in regẽ ſu
per iudã:tertio in regẽ ſup iſrael.
Filius.xxx.annoꝝ erat David cũ
regnare cepiſſet. Superabũdat fi
lius idiomate hebreo ⁊.xl.annis
regnauit in ebron.vij.annis.⁊.vj.
mẽſibus ſuper iudã.ſubaudi ſpe-
cialiter. Nam ſi ſtatim poſt hiſbo-
ſeth regnauit in iſrael nõ niſi duo
bus annis regnauit in iuda. Sed
aiunt hebrei eũ regnaſſe in ebrõ
aliquibus annis adhuc ſaule vi-
uẽte:q: domus iuda iã affectabat
eum in regem:⁊ ipſe mittebat eis
munera tãq; ſuis. Jn hieruſalem
autem regnauit.xxx.tribus annis
ſuper omnẽ populum. Si quera-
tur q̃re a ſumma regni ſubtrahan
tur.vj.mẽſes. Ait hebreus David
egrotaſſe.vj.mẽſibus ⁊ nil dignũ
rege egiſſe. Uel quia abſalõ perſe
cutus eſt eum.vj.menſibus:et tũc
quaſi non regnauit David.

¶ Quod David expugnavit hie
ruſalem ⁊ munivit. Ca.vij.
B P Oſtea collecto exercitu aſcē
2.re.5. dit in hieruſalē ut eū caperet
iebuſeum. Qui poſuerūt cecos et
claudos ſupra murū in deriſionē
david dicētes. Nō ingredieris huc
niſi abſtuleris cecos ⁊ claudos.q.
d. Adeo ē urbs fortis ꝙ fortiſſi au
xilio nō indigem⁹. Alij dicūt eos
poſuiſſe imagines ſup murꝰ quas
dixerūt cecos ⁊ claudos.i.nil agē
tes.q.d.etiā nobis nil agētib⁹ in=
trare nō poteris. Uel ſeipſos dixe
rūt cecos ⁊ claudos: quia debiles
eos ⁊ ſiles his reputabat David.
Deiceps in ꝓverbio dictū eſt. Ce
cus ⁊ claudus nō intrabit in tēplū
dei. Primo ſimpliciter in lege pro
hibitū erat cecos ⁊ claudos intra
re tēplū ad offerēdū: poſtea verſuz
eſt in ꝓverbiū. Forte cū ianitores
arcerent immūdos dicebant eni=
gmatice. Cecus ⁊ claudus nō in=
trabūt ponētes cecitatē ⁊ claudi=
cationem ꝓ qualibet immūditia.
Porro inferiorē civitatez obtinuit
David tradēte eā ſibi ornan iebu
ſeo. Cūqꝫ arcē ſion obtinere non
poſſet: ꝓpoſuit in premiū princi=
patū militie: illi q̄ primum percu=
teret iebuſeum: ⁊ tāgeret domatū
fiſtulas.i.tectorū canales ꝑ quos
defluūt ſtillicidia. Alij dicūt fiſtu=
las cuniculos ſubterraneos: ꝑ q̄s
erat aſcēſus uſqꝫ ad tecta. Multis
itaqꝫ feſtinātibus Joab preuenit
univerſos: ⁊ clamavit ad regē exi
gens militie principatū ⁊ obtinuit
David arcē expulſis iebuſeis pre
ter ornan: ⁊ edificavit per circuitū
eius incipiēs intrinſecus a mello:
⁊ partē illā civitatis vocavit civi=
tatē David. Reliquā urbis partē
extruxit Joab. Mello aūt erat ꝓci
puū ⁊ quaſi q̄daz ꝓfunda vorago
vallis. Porro ipſa civitas David
poſtea vocata eſt mello. Et edifi=
cavit i ea david domū: hyrā rege
tyri ferēte ſibi auxiliū mittendo ei
ligna cedria ⁊ artifices. Porro da
vid accepit alias uxores: ⁊ nati ſūt
ei filij in hieruſalē.xi. inter q̄s enu
meratur nathan alius.ſ.a nathā
ꝓpheta quē ſibi david adoptaue
rat poſt mortē patris. Et nota q͛
hieruſalē uſqꝫ ad melchiſedech di
cebatꝰ iebꝰ: a quo dicta eſt ſalem.
Poſtea a david dicta eſt iebuſalē.
Sz poſtea mutata.b.in.r. dixit ie=
ruſalē.q. munita ſalē. Hiero.enim
hebraice munitio eſt. Tradit ioſe
phus ꝙ hanc litere mutationē ab
homero factā quidā putāt: poſtea
dicta eſt a ſalomōe hieroſolymia:
⁊ tādē ꝑ ſyncopam hieroſolyma.
¶ Quod david vicit philiſteos.
Capitulum.viij.
A Udientes autez philiſtei da C D
vid regnare ſup iſrael aſcē 2.re.5.
derūt univerſi ut q̄rerēt david: et
caſtrametati ſunt in valle raphai.
nō ꝓcul a hieruſalē. Et egreſſus ē
ad eos david ex reſpōſo dñi: ⁊ per
cuſſit eos i ore gladij ⁊ diviſit eos
hac ⁊ illac in fugam. Ob hoc voca
tus eſt locꝰ ille baalpharaſim: id
eſt virorꝰ diviſio. Uel q͛ ibi fugien
tes reliquerāt idola que tulit da=
vid ſecum ⁊ conflavit. Et addide
runt adhuc philiſtijm: ut aſcende
rent in valle raphaim: ⁊ poſuerūt
idola ſua ſub arboribus pirorū: ⁊
ait dñs ad david. Nō ibis obviaz
eis: ſed gira poſt tergum ⁊ veniēs
ex adverſo pirorꝰ. Hebreus habet
flētuū.i.idolorꝰ que digna ſunt fle
tu: ⁊ cultores ſuos ad fletū eternū
trahūt. Cūqꝫ angelꝰ dñi incedēs
ſuper cacumina pirorum ſonitum
faceret irruit ſuper eos David ⁊
percuſſit eos uſqꝫ gazer.
¶ De reductiōe arce in hieruſalē.
Capitulum.ix.
H Orro fecit David taberna= A
culū iuxta domuz ſuā ad re 2.re.6.
ponēdā arcā: ⁊ poſuit i eo q̄ſdā d
veterib⁹ cortinis. Tabulas ꝟo co
lūnas ⁊ baſes priores reſervavit
Et deſcēdit David cū.xxx. milib⁹
virorꝰ: ⁊ poſuerūt arcā ſuper plau
ſtrū novum ⁊ tulerūt eā de domo
animadab: q̄ erat i gabaa.i. in col
le iuxta carathiarim. Nec eſt hic

gabaa nomẽ vrbis vł loci ſʒ ſcḋm in
terpꝛetationẽ ſuã collẽ ſonat. Duo
aũt filij aminadab minabãt plau
ſtrũ, aioth pcedebat ⁊ oza ſeque-
bat: dauid aũt ⁊ oĩs iſrł pſallebãt
corã arca muſicis inſtrumẽtis. Cũ
aũt veniſſent ad areã nachor calci
trauerũt boues ⁊ inclinata eſt ar-
ca. ⁊ extẽdit oza manũ ⁊ tenuit eã ⁊
aruit dextra ei⁹ ĩ qua arcã ferre ꝺ
buit: ſicuti pr̃ ei⁹ iuſſerat: ⁊ expira-
uit: ⁊ vocatũ eſt nomẽ loci oze per
D cuſſio. Dicit ioſeph⁹ eũ ꝑcuſſum:
2.Re.6 qꝛ tetigit arcã cũ ſacerdos nõ eẽt.
Alij dicũt qꝛ poſuerat arcã ſuper
plauſtrũ cum humeris portare de
buiſſet hebrei tradũt ꝙ ea nocte
dormierat cuʒ vxore ſua. Timuit
itaqȝ dauid diuertere arcã ad ſe: ⁊
poſuit eam in ſuburbio in domuʒ
obeth leuite filij edõ gethei ⁊ erat
ibi trib⁹ mẽſib⁹: ⁊ benedixit domi
n⁹ domui obeth:
q̃ audito abijt
dauid vt addu-
ceret arcam in-
ciuitateʒ dauid
cũ gaudio. Da-
uid autẽ accin-
ctus ephot li-
neo pſallebat

Additio.
Aiunt hebrei ꝙ
vxores ei⁹ et cõ
cubine ⁊ nurus
pepererũt maſcu
los ⁊ iumẽta du
plices fetus.

Mi- corã arca ĩ organis armigatis. i.
chol de ad armũ ligatis. Uel ſcḋm quoſdaʒ
ridet genus eſt organi qḋ fit in aqua et
dauid. vidit eũ pſallentẽ michol per fe-
neſtrã ⁊ deſpexit eũ in corde ſuo.
Cumqȝ poſuiſſent arcã ĩ loco ſuo:
obtulit dauid holocauſta ⁊ pacifi
ca: ⁊ bñdixit pplo ⁊ partit⁹ eſt per
ſingula capita collyridam panis
vnã: ⁊ aſſaturam bubule carnis ⁊
ſimilã frixam oleo. Cumqȝ rediret
B dauid in domũ ſuaʒ ſubſannauit
2.re.6. eũ michol: dicẽs. Quã glorioſus
hodie rex iſrael nudat⁹ quaſi vn⁹
fuit de ſcurris. Et reſpõdit dauid.
Uiuit dñs. ludã ⁊ humilior fiã añ
dñm q̃ potius elegit me q̃ patrẽ
tuũ. Quã obrẽ michol nõ eſt nat⁹
filius vſqȝ in diẽ mortis ſue Quod
incluſiue legendum eſt. i. donec in
partu occubuit. Uel excluſiue. id
eſt nunq̃ quod videtur velle ioſe
phus: qui dicit eam de dauid mi-
nime filios procreaſſe ſed de viro
cui dederat eam pater ſuus ſubla
tã a dauid quinqȝ filios habuiſſe
qui itelligẽdi ſunt adoptiui. Mor
tua eñ merob ſorore ſua; quinqȝ
filios eius adoptauit michol.

¶ De victorijs dauid
et officialibus eius.
Capitulum. x.

Factũ eſt autem cũ ſederet A
rex in domo ſua habẽs re- 2.Re.7
quieʒ ab hoſtib⁹ ſuis dixit
ad nathã. Uides ꝙ ego habitẽ in
domo cedrina: ⁊ arca dei poſita ſit
in medio pelliũ. Faciã ei domum.
Et ait nathan. Fac qꝛ dñs tecum
eſt: neſciens q̃d diceret. i. a ſpiritu
ſancto non loquebat̃ hoc. Eadem
nocte factũ eſt ꝟbũ dñi ad nathã.
Dic ſeruo meo dauid. Nõ edifica
bit michi domũ: qꝛ ſãguinari⁹ eſt.
ſed fili⁹ eius ſuc
cedens ei in re-
gno faciet do-
muʒ noĩ meo et
ſtabiliã thronũ
eius vſqȝ in ſem
piternum: ⁊ ego
ero ei in patre ⁊
ipſe erit mihi in
filiũ. Ex hac ꝓ
miſſione cõijcit̃
ꝙ ſalu⁹ ſit ſalo-
mon. His audi-
tis gauiſus eſt
dauid de ſucceſ
ſione regni exiſt
de precipue gra
tias egit deo ad

Additio.
Nota ꝙ eſt di-
ctũ ad dauid ꝑ
nathan: cũ com
pleti fuerit dies
tui: ⁊ dormieris
cũ patrib⁹ tuis
ſuſcitabo ſemẽ
tuũ poſt te: ⁊ ce-
tera. qḋ de ſalo
mone dici non
poteſt qui viuẽ-
te patre regna-
uit. Qḋ adhuc
expectant iudei
implendum.

dens. Iſta enim eſt lex adam dñs
deus. i. lex hoĩs: vt ſit ſollicitus de
ſucceſſione filiorũ: vel vt gratias A
agat deo de beneficijs. ¶ Factum 2.Re.8
eſt autem poſt hec percuſſit dauid
philiſteos. ⁊ abſtulit frenum. i. po
teſtatem tributi quã habebant in
iſrael de manu eoꝝ ⁊ ꝑcuſſit mo-
ab. ⁊ mẽſus eſt dauid eos funicu-
lo. i. cui voluit dedit ei hereditatẽ
coequãs eos terre. i. valde humi-

liās:⁊ menſus eſt duos funiculos
vnum ad occidēdum ⁊ vnū ad vi
uificādū.i.ad arbitriū ſuū quos
voluit occidit. quos voluit reſer=
uauit:⁊ fact⁹ eſt ei moab tributa=
rius. Et percuſſit adadezer regē
ſoba:cui cum ferrent preſidium
ſyri et damaſcus percuſſit ex eis
xxx.milia.⁊ ponēs in ſyria pſidiū:
fecit eam tributariam. Audiens
aūt chou: alias
chorirex emath
pcuſſum adade
zer hoſtem ſuū
miſit ad dauid
ioram filiū ſuū
cū muneribus
⁊ grāꝝ actione
ꝙ hoſtē ſuū per
cuſſerat. Cūq̧ rediret a ſyria da=
uid occurrerūt ei idumei in valle
ſalinarū:⁊ percuſſit ex eis.xij.mi=
lia. Hieronym⁹ corrigit. xviij. mi=
lia:⁊ in iebelez pcuſſit ad.xxiij. mi
lia:⁊ ponens in
ea preſidium fe
cit eam tributa
riā tunc imple
tum eſt quod di
ctū eſt, rebecce
C Ge.25. Maior ſeruiet
minori. Et retu
lit in hieruſalē
aurum ⁊ argen
tum multum ni
mis qđ ſancti=
ficauit domino
in fabricā futu=
re dom⁹. Es q̄z
corinthium ſan
ctificauit:đ quo
fecit ſalomō ma
re eneū colum=
nas et altare.
Porro ioab erat
ſuper exercitū
Joſaphat erat
a cōmētarijs.i.
ſcriptor geſtoꝝ.
Scribebāt enī
B ſinguli reges
paº.i.6 chronica geſto=

Additio.
Idumei ab edō
q̄ ab eſau deſcē
derunt qui fuit
prior natu q̄ ia
cob qui de rebe
ca fuerant.

Additio.
Aiunt hebrei ꝙ
vxores iacob et
concubine et nu
rus pepererunt
maſculos:⁊ in=
menta duplices
fetus.

Additio.
In corintho fuit
quoddam tem=
plū edificatum
idoloꝝ argento
et ere et auro:q̄
cōbuſto metal=
la fluxerūt ⁊ cō=
mixta ſunt:⁊ q̄
maior pars erea
erat ghali noīe
vocata eſt talis
cōmixtio es co
rinthium.

Additio.
In paralipome
nō legitur ꝙ ea

rum:ſadoch et
abiathar erant
ſacerdotes ſara
tas vero ſcriba:
id eſt cācellari⁹
Bananias autē
erat ſup chereti
⁊ pheleti:q̄ erāt
cuſtodes capitꝭ
dauid. Filij au=
tem dauid ſacer
dotes erant:id
eſt digniores ꝑ
ceteris poſt re=
gem. Sic dicit
Jetro ſacerdos
fuiſſe madian.

die cōſtituit da=
uid frēs aſaph
cātores:⁊ ipſū
precētorē ⁊ qui
cantabant pſal
mos ex diuerſis
pſalmis compa
ctos.

Additio.
A commētarijs
vicē regis age=
bat:cui⁹ iudicio
leges ſcribebāt

Additio.
Hi dicunt fuiſſe
duo viri fortiſſi
mi: alij dicūt ꝙ
fuerunt due fa=
milie.

Additio.
Chi dicuntur fuiſſe. lxx. iudices
locoꝝ vt moyſes elegit. lxx. Unde
celeti ſonat exterminatores: phe=
leti admirabiles.

De miphiboſeth ⁊ ꝙ amō
dehoneſtauit nuncios dauid.

Capitulum.xi.

Et recordatus eſt dauid fe= A
deris quod fecerat cū iona 2.re.9
tha:⁊ ait. Nūquid ſupereſt aliq̄s
de domo ſaul cū quo faciam miſe
ricordiā pro ionatha. Cūq̧ acce=
piſſet ſupereſſe miphiboſeth filiū
ionate debilem pedibus vocauit
eū:et reſtituit ei omnē poſſeſſionē
ſaul aui ſui: ⁊ cōſtituit eū cōmen=
ſalē ſuū tanq̄ vnū de filijs ſuis.
Porro ſiba puer ſaulis, cui erant
xv.filij.⁊.xx.ſerui ex mandato da=
uid excolebat terram ⁊ referebat
fructus ad miphiboſeth in hieru=
ſalem. Erat autē miphiboſeth fi= A
lius micha. Factū eſt igitur vt 2.re.10
moreretur:naas rex amonitarum
⁊ regnaret pro eo fili⁹ eius amon.
Miſitq̧ nūtios dauid vt conſola=
rentur eū de morte pr̄is monēs vt
amicitie quas cū pr̄e ei⁹ habuerat
permanerent. Cū enim dauid fu=
giſſet ad achis ſub ſimulatione
furoris a patre iſtius benigne col
lectus fuerat.. Principes autem

amon exacuerunt regem ſuum di
cētes. Neſcis qꝛ miſit dauid vt vi-
deret ingreſſuꝫ ⁊ exitū tuū vt per-
cutiat te ⁊ terrā tuam. Tulit itaqꝫ
amon ſeruos dauid: et raſit dimi-
diā partē barbe eoꝝ: ⁊ preciditve
ſtes eoꝝ vſqꝫ ad nates. Videntes
autē amonite ꝙ irritaſſent dauid
conduxerunt ſibi milites de ſyria
roob ⁊ ſobal: et a rege macha ⁊ a
regē iſtob. Miſitqꝫ dauid ioab et
oēm exercituꝫ aduerſus eos. Sta
bāt aūt ammonite an̄ ingreſſuꝫ ci
uitatis et ſyroꝝ exercitus erat in
campo. Joab quoqꝫ diuiſit exerci
tuꝫ: ⁊ ptē tradēs abyſai fratri ſuo
partē ſibi retinuit ⁊ irruit in ſyros
fugauitqꝫ eos in ore gladij. Cū vi
dētes amonite ꝙ ipſi terga verterūt
abyſai receperūt ſe in vrbē. Joab
vero redijt i hieruſalē cū triūpho.
Videntes igit ſyri quō corruiſſent
corā iſrael: collegerūt iterū exerci
tum ampliorē. Dauid quoqꝫ ꝯtra
xit omnē iſrael: ⁊ traſiēs iordanē
direxit aciē aduerſus ſyros: ⁊ per-
cuſſit ex eis currꝰ et equites. xl. mi
lia: et ſobal principem militie. Ti-
muerūt ſyri auxiliū deinceps pre-
bere filijs amon: feceruntqꝫ paceꝫ
cum iſrael ⁊ ſeruierunt eis.

¶ De adulterio Dauid et morte
Urie et penitentia dauid. Ca. xij.

A
2.re.11 Factum eſt anno vertēte vno
tpe cū ſolēt reges ad bella
procedere: miſit dauid ioab ⁊ vni-
uerſum iſrael: ⁊ vaſtauerunt filios
amon: ⁊ obſederūt rabath. Dauid
aūt remanſit in hieruſalem. Acci-
dit vt ſurgeret dauid de ſtratu ſuo
poſt meridiem ⁊ deambularet i ſo
lario. Viditqꝫ ex aduerſo berſabee
vxorē vrie filiā helie filij achitofel
lauantem ſe aqua frigida. Cuius
ſpecie inſpiratus ad ſe vocatā co-
gnouit: ſtatimqꝫ ſanctificata eſt ab
immmunditia ſua. id eſt poſt coitū
lauit ſe vel concepit: ⁊ ceſſauit mē
ſtruꝰ ſanguis quē natura dꝫ reſer
uare poſt conceptum in alimoniā
fetus. Quidā tradūt eā tunc men
ſtruatā eſſe ⁊ ad tactū regis ceſſaſ
ſe mēſtruū. Dicit epyphaniꝰ ꝙ cū
vocaſſet dauid berſabee: cogno-
uit hoc nathan in ſpū: ⁊ feſtinauit
ad dauid vt phiberet anteqꝫ veni
ret mulier ⁊ impediuit eū belial.
Nā in via hoiem occiſum nudū vi
dit iacentē ⁊ morā fecit ibi. Eadeꝫ
nocte rex ipleuit petiū: ⁊ luxit na-
than. Cūqꝫ accepiſſet eam dauid
cōcepiſſe: reuocauit vriā armige-
rum ioab (ſm ioſephū) ab expedi
tione vt ingrederet ad vxorē ſuā:
⁊ partus ei aſcriberet. Queſiuitqꝫ
dauid ab vria de ſtatu belli mo-
nēs vt itraret ad vxorē ⁊ paululū
recrearet ſe. Nō adquieuit vrias ⁊
dormiuit cū ſeruis regis. Quam-
obrē vocauit eū dauid iterū: ⁊ ſta-
tuit eū ſecum in menſa: inuitās eū
ad pocula vſqꝫ ad ebrietatē. Sed
nec ſic concitatus eſt vir deſiderio
vxoris: et ait. Arca dñi ⁊ iſrael ha-
bitāt in papilionibus: ⁊ dñs meꝰ
ioab manet ſup facieꝫ terre: ⁊ ego
ingrediar in domū meā? Per ſalu
tem tuā rex non faciaꝫ rem hanc.
Certus ergo dauid ꝙ nō intraret
ſcripſit ad ioab: quaſi deliquiſſet i
eū vrias: vt poneret ipſuꝫ i ea par
te belli in qua percuſſus interiret.
Cūqꝫ tuliſſet vrias epiſtolā mor-
tis ſue ſecūdū mādatū regis inte
rijt. Porro berſabee accepta mor-
te viri ſui planxit eū. Tranſactoqꝫ
luctu vocauit eā dauid: ⁊ facta eſt
ei vxor: ⁊ peperit ei filiū. ¶ Tunc A
miſit dñs nathā ad dauid. Qui p 2.re.12
poſuit ei paradigma de diuite ha
bente oues plurimas: qui rapuit
pauperi vicino ouiculā vnā quaꝫ
habebat: vt ex ea pararet cibos
hoſpiti qui ſupuenerat: et idigna
tus eſt rex in hominē illū et dixit.
Viuit dñs: qm̄ filiꝰ mortis eſt qui
hoc fecit. Quē redderet i quadru
plum. Et reſpondit nathā. Tu es
vir ille. Uxorē vrie accepiſti tibi: et
vt occultares adulteriuꝫ interfe-
ciſti eū gladio filioꝝ amon. Quā-
obrem hec dicit dñs. Non recedet
gladiꝰ de domo tua vſqꝫ i diē ſem
piternum. Ecce ſuſcitabo ſuper te

malum de domo tua. Hoc vltimũ factum eſt quãdo perſecut⁹ eſt eũ abſalon primum vero in diuiſiõe regni poſt ſalomonẽ. Et ait dauid ad nathã. Peccaui domino: ⁊ deſcendẽs de throno cõſiſtorij ſedit in terra: ⁊ tanq̃ vir deicola coram omnibus cõfiteri peccatum ſuum non erubuit. Et ait nathan ad eũ. Tranſtulit dñs peccatum tuũ: nõ morieris nec regnũ amittes. Verũ tamen filius qui natus eſt tibi morietur: quoniã blaſphemare feciſti inimicos nomẽ dñi. Dixerunt eñi idolatre vel dicere potuerunt. Nõ eſt iuſtus deus iſrael q̃ ſaul amouit de regno et ſubſtituit dauid: cum dauid grauius q̃ ſaul peccauerit. Percuſſit autem dñs paruulum vſq; ad deſperationem vite: ⁊ deprecat⁹ eſt dauid dñm p̄ paruulo: ⁊ ieiunauit ⁊ iacuit ſuper terram: ⁊ noluit cõſolari. Accidit autem die. vij. vt moreret̃ infans. Et videns dauid ſeruos muſſitantes intellexit q̃ mortu⁹ eſſet. Quo accepto lota facie ⁊ mutata veſte intrauit domum: ⁊ adorauit: ⁊ exhilaratus comedit: ⁊ admirati ſunt ſerui q̃ contra conſuetudinẽ egiſſet: ⁊ ait ad eos. Cũ adhuc viueret puer: fleui ⁊ adoraui dominũ vt viueret eo mortuo quare flerẽ? Nunquid potero reuocare eum. Ego vado ad eum: ille vero nõ reuertetur ad me. Hoc autẽ aiebat dauid vt conſolaretur berſabee: q̃ diligebat eam ⁊ procedente tẽpore genuit ex ea filium quẽ vocauit Salomonẽ: commiſitq; eũ in manu nathan: qui vocauit eũ ididã id eſt amabilẽ domino. Igitur pugnabat ioab cõtra rabath: ⁊ expugnauit eam. Miſitq; ad dauid dicens. Veni ⁊ cape ciuitatẽ: ne nomini meo aſcribat̃ victoria. Et cõgregauit Dauid omnem populũ. Et profectus cepit vrbem ⁊ vaſtauit eã: et tulit diadema de capite melchõ: quod ſonat rex eorum: et erat idolum amonitarum et erant in diademate gẽme pcioſe: et auri talentũ. Quod conflauit dauid ⁊ formauit ex eo ſibi diadema: in medio gẽmarum ſtatuens ſardonicem incõparabilem. Porro reliquas ciuitates amonitarũ vaſtauit: ⁊ multos de populo ſerrauit vehiculis ferratis: ⁊ plures diuiſit cultris ⁊ traduxit in typo laterũ.

De Thamar quam amon oppreſſit. Cap. xiiij.

Et factũ eſt poſt hec ſuſcitauit dñs malũ i domo dauid A 2.re. 15
in hũc modũ. Amon p̄mogenitus eius diligebat thamar ſororẽ abſalon ex vtroq; parẽte: ita vt deperiret in ea ⁊ egrotaret. Huic erat cognat⁹ ⁊ familiaris ionadab fili⁹ ſẽmaa fratris dauid prudẽs valde quẽ ioſephus ionathã vocat. Hũc q̃dã arbitrant̃ fuiſſe nathã: ſʒ abſit vt pph'ta flagitioſuʒ dederit ↄſiliũ. Hic ait ad amõ. Quare ſic attenuaris macie fili regis? q̃ſi diceret: q̃ debes ſuccedere regi in regnũ. Et rñdit amõ. Diligo thamar ſupra modũ. Qui rñdit. Simula languorẽ. Cũq; venerit pater tuus ad te viſitandũ dic ei. Veniat oro thamar ſoror mea et faciat mihi pulmẽtũ vt comedã ſuauius de manu eius. Cũq; veniſſet thamar miſſa a rege: coxit in oculis ei⁹ ſorbiciunculas. Vel ſm ioſephũ collyridas frixas. Et eiecit a ſe amon vniuerſos. Cũq; tuliſſet thamar cibos ad eũ: i cõclaui apprehendit eã. ⁊ ait. Cuba mecũ ſoror mea: q̃ rñdit. Noli frater opprimere me ⁊ facere opprobriũ gñi tuo i iſrl': ſʒ loq̃re ad regem ⁊ nõ negabit me tibi. Hoc aiebat vt ſubterfugeret man⁹ ei⁹. Nõ eñi fas erat ſʒ legẽ vt q̃s duceret ſororẽ ex patre. Tñ q̃dã determinãt hoc dictũ eẽ ſi fuerint ambo einſdẽ populi hec autẽ fuerat de matre gẽtili. i. maacha quã dauid ceperat i p̄lio: ⁊ ceſarie ⁊ vnguib⁹ p̄ciſis duxerat eã

Additio.
Conclaue dicit̃ camera ad quã non p̃t veniri niſi per aliam.

ſm legem in vxorē. ⁊ ita tradit̄ il-
los potuiſſe fieri coniuges. noluit
tha- aūt adquieſcere amon. ⁊ oppreſſit
mar- eā: ⁊ ſtatim exoſam habuit eā ma-
violat̄ gis q̄ ante dilexerat: ⁊ eiecit eam
a frē. a ſe rogantē vt apud ſe maneret:
⁊ eſſet ei vxor. Cūq̄ eieciſſent eā
pueri amon aſperſit cinerē capiti
ſuo: ⁊ rupit tunicā talarem q̄ vte-
bantur filie regis ꝟgines: quā io-
ſephus vocat colobiū manicatū.
Et impoſitis manibus ſup caput
ingreſſa eſt ad abſalon fratrē ſuū
eiulās. Cui frater ait. Tace ſoror
frater enim noſter eſt: ⁊ manſit in
domo abſalon longo tēpore ſuſti
nens viduitatem.

℄ De morte amon et fuga
abſalon ⁊ reditu ad dauid.
Capitulum. xiiij.

E
2. re. 13 Factum eſt autem poſt bien
nium vt aſcenderet abſalō
ad tondendas oues: ⁊ ait ad regē.
Ueniat oro rex cum ſeruis ſuis ad
conuiuiū pueri ſui. Cūq̄ abnuiſ-
ſet rex ne grauaret eū ait abſalō.
Ueniat ſaltē obſecro amon frater
meus ⁊ filij regis cum eo. Et abie
runt cū abſalon. Cūq̄ recūberent
pueri abſalon ex precepto eius in
terfecerunt amon temulentū. Et
aſcēdentes filij regis mulas ſuas
fugerunt ⁊ puenit fama ad dauid
dicens. Percuſſit abſalon omnes
filios regis: ⁊ ſcidit rex veſtimēta
ſua ⁊ cecidit ſup terrā. Ionadab
autem cui veritas nō latebat ait
ad regem. Ne timeat dñs me⁹ qm̄
amon ſolus mortu⁹ eſt quem ode
rat abſalon a die qua oppreſſit ſo
rorem ſuam. Et ecce apparuerunt
filij reg' ⁊ fleuerūt cū rege plāctu
magno nimis. Porro abſalon fu-
giens: abijt ad ptholomei auum
ſuum regem geſſur: ⁊ fuit cū eo tri
bus annis. Rex aūt ꝯſolatus ſup
amō interitu: ceſſauit velle pſequi
B abſalō: q̄ ſciebat eū eſſe flagitio-
2. Reg. ſum ⁊ dignū morte. ℄ Quod intelli-
14. gēs ioab q̄ diligebat abſalon miſ-
ſit ad regē mulierē ſapientē de te-
cua q̄ putat̄ fuiſſe paiia amos

pphete ⁊ poſuit ioab ꝟba ſua in
ore ei⁹. Cūq̄ igreſſa fuiſſet mulier
ad regem: adorauit dicēs. Serua
tue rex mortu⁹ eſt vir meus ⁊ erāt
mihi duo filij: ⁊ iterfecit alter alte
rū in agro: ⁊ ꝯſurgit vniuerſa co-
gnatio aduerſ⁹
occiſorē: q̄rētes
aīam illius pro
aīa occiſi: ⁊ que
rūt extinguere
ſcintillā meā ſu
per terram. Hec
mulier poſuit ſe

Additio.
Aiūt hebrei ſic
rem geſtā fuiſ-
ſe: quam vertit
mulier in para-
bolam.

in pſona dauid: ⁊ filios ſuos in p-
ſona amō: ⁊ abſalon ⁊ cognatione
ſuā in pſona aliorū filiorū dauid:
⁊ ait dauid ad eam. Uade in pace
ego videbo p te. Quod cū nō ſuffice
ret mulieri ait ad regem. In me ſit
dñe hec iniq̄tas: ⁊ in domū patris
mei: rex autē: ſit innocens. q. d. Si
putas iniquū parcere occiſori: mi-
hi imputet̄ et domui mee. Cumq̄
iteraſſet rex pmiſſionē nec ſuffice-
ret mulieri: inſtāti⁹ rogabat regē.
Qui ait. Uiuit dñs: q̄ non cadet
de capillis filij tui ſup terrā. tunc
exponens ei mulier ſilitudinē a. t.
Reducat ḡ dñs me⁹ abiectū ſuū.
Nō eñi vult animā perire deus: et
oēs dilabimur tanq̄ aque q̄ nō re
uertent̄. q. d. Mortuū filiū non po
tes reuocare ad vitā. Meli⁹ eſt vt
reuoces viuētem: q̄ alterū vindi-
cādo vtrūq̄ pdas. Et ait rex. Nū-
quid manus ioab tecū eſt in iſtis?
Que r̄ndit. Ipſe ipoſuit ꝟba hec
i ore meo vt verterē ſilitudinē ſer
monis hui⁹: ⁊ ait rex ad ioab. Re-
uoca puerū abſalō. Cūq̄ reduxiſ
ſet abſalō in hieruſalē ait rex. Nō
videat faciē meā donec vocē eum
nec eo viſo reuiuiſcat in merore fi
lij ⁊ manſit abſalō in hierl'm duo-
bus annis: ⁊ faciem regis non vi-
dit. Porro abſalō erat decorus ni
mis: cuius ceſaries (ſm ioſephū)
tanta erat: vt vix nouē dieb⁹ ton-
deri potuiſſet. Quā ſemel in anno
tonſam ponderabat. cc. ſiclis. Fo ⁊
te hui⁹ pōderis erat tōſura eius:
Uel

Uel hoc pretio emebant eam mu-
lieres vt ſubornarēt crines ſuos.
Natiq; ſunt abſalō filij tres ⁊ filia
vna nomīe thamar: miſitq; ſepius
ad ioab vt interċederet ꝑ eo ad re-
gem. Qui noluit venire ad eum.
Miſitq; abſalon ſeruos ſuos vt in
cenderent ſegetes agri ioab. Quo
facto ioab venit ad eum dicens.
Quid fecerūt ſerui tui. Qui reſpō
dit. Aliter habere te non poterāt.
Obſecro intra ad regem vt videā
faciem eiꝰ alioquin interficiet me.
Et ingreſſo ioab ad regem voca-
tus eſt abſalō: et oſculatus eſt rex
eum.

¶ Quō abſalon perſecutus
eſt dauid patrem ſuum.
Capitulum. xv.

A
1.re.15 TUnc cepit abſalon
aſpirare ad regnum
nam calech anteeū
genitꝰ vel iners erat
vel mortuus. Fecitq;
ſibi currus ⁊ equites
l. qui ꝓcederent eum: ⁊ mane con
ſurgens ſtabat in porta ⁊ blādie-
batur aſcēdentibus ad regis iudi
cium dicēs. Bona ſunt que dicis:
ſed non eſt qui te audiat conſtitu
tus a rege. Quis conſtituet me re
gem vt iuſte iudicem. Et inclina-
uit ad ſe corda virorū. Poſt qua-
tuor vo annos reuerſionis ait ad
regem. Dum eram in exilio voui: ſi
reduxerit me dñs in hieruſalem
ſacrificabo dño in ebron. Uadam
ergo ⁊ reddam vota mea. Et ait
rex. Uade in pace. Alia litera hꝫ
poſt. xl. annos. xl. enim anni fluxe-
rāt ex quo occiſi ſunt ſacerdotes
nobe: qui ponuntur hic vt mōſtre
tur diuinam vltionem ſuſcitari ſu
per dauid; eo ꝙ abimelech ſacer-
dotem fefellit. Abijt ergo abſalō
in ebron: vtens conſilio achitofel
gilonite qui fuerat conſiliariꝰ da-
uid: ⁊ egreſſi ſūt multi de hieruſa-
lem rem ignorantes. Cumq; immo
laſſet hoſtias facta eſt coniuratio
valida: ⁊ augebatur populus cum
abſalon. Quod cum accepiſſet da

uid ait ſeruis ſuis. Egrediamur ci
to ne forte veniens abſalon occu-
pet nos: ⁊ percutiat ciuitatem. Et
egreſſus eſt dauid rex et vniuerſā Fugit
domus eius nudis pedibꝰ: dimit dauid
tens decē cōcubinas ad cuſtodien abſalō.
dum domū et ꝓcedebant regē ce-
rethi ⁊ pheleti: ſexcēti: viri pugna
tores qui ſecuti fuerant eum de
geth. Iſti credūtur beneficia pre-
ſtitiſſe dauid qñ latuit in geth: et
in retributionem dederat eis lo-
cum in hieruſalem. Joſephus di-
cit illos ſexcētos egreſſos cum eo
qui quondam aſtiterant ei in ſau-
lis perſecutione. Potuit autem fie
ri vt hi ⁊ illi eſſent cum eo. Et ait
rex ethai gethenm filium achis/
ꝗ primꝰ erat inter ſexcētos. Reduc
fratres tuos in hieruſalem: et ha-
bita cum rege abſalon: heri veni-
ſti ⁊ hodie compelleris exire. Qui
reſpondit. Uiuit dñs: nec in mor-
te nec in vitā derelinquam te. Et
trāſgreſſi ſunt vniuerſi flentes cū
rege torrentem cedron: ⁊ leuite ar
cam portantes depoſuerunt eam
donec tranſiret populus. ⁊ aſcen-
dit abiathar ad cōſulendū dñm.
Qui non reſpondit ei. Et ideo ait
dauid ad ſadoch. Reuertere in ci-
uitatem cum arca: ego abſcondar
in deſerto. Achimaas filius tuus
⁊ ionathan filius abiathar ſint vo
biſcum per quos veniet ad me ſer
mo a vobis. Et redierunt cum ar-
ca. Cumq; aſcēdiſſet dauid cliuū
oliuarum: occurrit ei chuſi ara-
chites conſiliarius eius: ⁊ ait da-
uid. Reuertere et eſto cum abſalō.
⁊ diſſipabis conſilium achitofel.
et quod audieris in domo regis
indicabis ſacerdotibus: qui diri-
gent ad me filios ſuos. Et venit A
chuſi ab abſalon in hieruſalem. 2.Reg.
Cumq; paululū proceſſiſſet dauid 16.
apparuit ei ſiba cum duobus aſi-
nis: ferens panē: ⁊ vuā paſſam: et
maſſas caricarū vel palatarū. i.
ficuum ꝗ inter tabulas quas pa-
las dicimus preſſe cōpinguntur.
Et ait ſiba ad regem. Aſinos au-

ri vt in eis ſedeant domeſtici re-
gis/ ⁊ tuli cibaria vt alātur in de
ſerto. Et ait rex. Ubi eſt miphibo
ſeth. Qui reſpondit. Remanſit in
hieruſalē dicens. Hodie reſtituet
mihi dn̄s vltionē patris mei. Et
ait rex ſibe. Tibi ſint omnia que
Se mei dō maledixit. fuerāt miphiboſeth. Uenit ergo
dauid vſq; ad baurim: ⁊ egreſſus
vir de cognatione ſaul nomine ſe
mei: proiiciēs lapides ⁊ lutū: ma-
ledicebat regi/ dicens. Egredere
vir ſanguinum. Ecce premunt te
mala que feciſti in domum ſaul.
Quem cū percutere abyſai vellet
phibuit eū dauid dicens. Filius
vteri mei querit animam meam:
quāto magis filius gemini. Miſit
eū dn̄s vt maledicat mihi. Reſpi-
ciat dn̄s hāc afflictionē meā. Fa-
bulantur hebrei hunc ſemei fuiſ-
ſe nabath patrem ieroboam et no
mem aui eius gemini: ⁊ deſcendit
dauid vſq; a iordanem.

¶ De conſilio Chuſi et morte achitofel. Ca. xvi.

D 2.re.16 Factum eſt autē q̄ chuſi ve-
niens ad abſalō adoraret/
dicens. Salue rex. Ad quē abſa
lon. Quare non iuiſti cum amico
tuo. Qui rn̄dit. Illius ero quē ele
git dn̄s ⁊ oīs iſrael. Cui ſeruiam.
Nonne filio regis. Sicut pr̄i tuo
ſic parebo tibi. Tunc ingreſſus
eſt abſalon corā omnibus ad cō-
cubinas patris ſui de ↄſilio achi-
A tofel: vt ſic intelligeret omnis iſ-
2.re.17 rael q̄ ex animo perſequeret̄ pa-
trem ⁊ roborarent̄ cū eo. ¶ Poſt
hec dixit achitofel. Eligam mihi.
xii. milia virorū: ⁊ perſequar hac
nocte dauid ⁊ percutiā eū: q2 feſ-
ſus eſt: ⁊ redibunt ad te vniuerſi
quaſi vnus homo. Et ait abſalō.
Uocemus chuſi ⁊ conſulamus eū
⁊ ait chuſi. Non eſt bonum cōſi-
lium achitofel hac vice. Noſti pa
trem tuū ⁊ viros eius eſſe fortiſſi
mos. Si mō percuſſerit aliquos
de tuis: quicunq; audierit dicet.
Facta eſt plaga in populo qui ſe
quebatur abſalon: ⁊ timebūt eſſe
tecum: ſed hoc eſt conſilium bo-
num. Congregetur ad te omnis
iſrael. ⁊ irruamus ſup eū. Et vbi-
cūq; fuerit operiemus eū. Et pla
cuit omnibus conſilium chuſi. Et
dixit chuſi ſacerdotibus vt nun-
tiarēt dauid ne maneret in deſer
to nocte illa: ſed tranſiret iorda-
nem. Et abiit ancilla ad filios ſa-
cerdotū qui latebant iuxta fontē
rogel: ferens pannū. q. ad abluen
dum ⁊ indicauit eis verbū chuſi.
Uidit autem eos quidā puer fili⁹
ancille: vt dicitur ⁊ indicauit ab-
ſalon. Ioſephus autē dicit quoſ-
dam equites vidiſſe eos et nun-
tiaſſe abſalōi. Qui miſit poſt eos
vt comprehenderentur. At illi in
greſſi in baurim de m̄uz mulieris
rogabant vt celaret eos. Que tis
miſit eos in puteum et expandit
velamē ſuper os putei. q. ſiccans
ptiſanas .i. hordeū ad ptiſanaz ⁊
⁊ ſic res latuit. Cūq; reuerſi fuiſ-
ſent qui miſſi fuerant: illi aſcendē
tes de puteo: nunciauerūt dauid
que tradita eis fuerant. Et tran-
ſiuit dauid iordanem cū ſuis pri⁹
q̄ diluceſceret ⁊ venit i manaim.
Porro achitofel ſciens regnū re-
diturum ad dauid: et timens in-
cidere in manus eius: deſcendit
in domum ſuam in ſilo: et laqueo
ſe ſuſpendit.

¶ De morte abſalon. Ca. xvii.

Abſalon autem col-
legit exercitū ⁊ trāſ-
iuit iordanem ⁊ ſta 6 2.re.17
tuit amaſam ſuper
exercitū pro Ioab:
hic erat filius abi-
gail: filie naas. i. iſai ſororis da-
uid quem ioſephus abigeam vo-
cat: ⁊ erat cōſobrin⁹ Ioab. Porro
viri trās iordanē: ⁊ maxime ber-
zellai galaadites obtulerūt dauid
cibaria multa nimis: ⁊ ſtratoria ⁊
tapetia ⁊ vaſa fictilia. ¶ Porro
dauid diuiſit populū qui cum eo A 2.re.18
erat in tres partes: vnā dedit ioab
ſcdā abyſai tertiā ethay getheo
qui putat̄ fuiſſe fili⁹ achis amici
dauid:

dauid. Cūq; vellet egredi rex cuȝ
eis ad pugnā dixerūt. Non ibis.
te ſolū querunt alios nō curant.
Cumq; egrederētur cuncti ad pu
gnam circiter ſeptē milia: ſtabat
dauid iuxta portā ⁊ dicebat. Ser
uate mihi puerū abſalō. Et factū
eſt prelium in die illa iuxta ſaltū
effraim: ⁊ fugit exercitus abſalon
ceſis ex eo. xx. milibus. ⁊ plures in-
terfecerūt beſtie ſaltus q̄ gladi⁹.
Fugiensq; abſalon ſup mulū ve-
nit ad quercū cōdenſam: ⁊ inter
cepto capite ei⁹ ramis mulus p-
Abſalō | tranſijt eo ſuſpēſo. Quod cū quiſ
q̄ſr ſuſ | piam nuntiaſſet Joab ait ad euȝ.
pēdit | Quare non confodiſti eum. Qui
reſpondit. Non mitterem manuȝ
meam in filiū regis preſertim cū
audierim eū dicentē: ſeruate mi-
hi puerū abſalon. Infixitq; Joab
tres ſagittas in corde abſalon.
Quē adhuc palpitantē interfece-
runt armigeri Joab: ⁊ proiecerūt
eum in foueā grādem: et compor
tauerunt ſuper eum aceruum la-
pidum: vt duplici morte periret
tanq̄ facinoroſus. Iſrael autē fu
git in tabernacula ſua. Porro ab
ſalon adhuc viuēs erexerat ſibi ti
tulum in valle regia: que duobus
ſtadijs diſtat a hieruſalem in mo-
numētū nois ſui: ⁊ erat nomē titu
li man⁹ abſalō. Hūc titulū quidā
putāt fuiſſe arcuȝ triūphalem: in
quo ſculpta erat manus abſalō.
Sed ioſephus dicit ſtatuā fuiſſe
marmoreā. Tūc ait achimaas ad
Joab. Curram ⁊ annūtiabo regi.
Qui reſpōdit. Nolo te hodie nun
tiare. Filius em̄ regis mortu⁹ eſt.
Et ait ioab ad chuſi. Currēs quo
q; achimaas poſt eū per viā cōm
pendij tranſiuit eū. Dauid autēȝ
ſedebat iter duas portas: ſpecula
tor vero in faſtigio porte exclama
uit. Video hominem currentē ſo-
lum. Et ait rex. Si ſol⁹ eſt. bonus
eſt nūtius. Et iterū ait ſpeculator.
Apparet mihi homo alter cur-
rēs ſol⁹. Dixitq; rex. Et iſte bon⁹
eſt nuntius. Et veniēs achimaas
adorauit dicēs. Benedictus deus
qui cōcluſit hoies leuātes ſe con-
tra regem. Et ait rex. Eſt ne pax
puero abſalon. At ille noluit indi
care. Chuſi vero ſuperueniens in
dicauit. Et cōtriſtatus rex aſcen-
dit cenaculuȝ porte fiens operto
capite: ⁊ clamans. Fili mi abſalō:
quis mihi tribuat vt ego moriar | A
pro te: abſalon fili mi fili mi abſa | 2.re.19
lon. ¶ Quod audiēs populus ti-
muit ingredi ciuitatē: ⁊ ingreſſus
Joab ad regē dixit. Cōfudiſti ho-
die vultus eorum qui ſaluam fe-
cerunt animam tuā. Diligis odiē
tes te: ⁊ odio habes diligētes te.
Procede ⁊ allequere ſeruos tuos
alioquin nec vnus remanebit te
cum hac nocte: ⁊ erit hoc malū ti-
bi ſuper oia que vnq̄ paſſus es.
Sedit ergo rex i porta lota facie
⁊ venit ad euȝ omnis multitudo
et benigne locutus eſt eis.

¶ De reditu dauid in hie-
ruſalem. Capi. xxiij.

Porro qui ſecuti fuerant
abſalō mutuo ſe horta- | B C
bantur vt reuocarent re | 2.re.19
gem memorantes bene
ficia eius in iſrael. Dauid autem
miſit ad ſadoch ⁊ abiathar vt loq̄
rent ad viros iuda. Hec dixit rex.
Os meum ⁊ caro mea vos. Qua-
re nouiſſimi reducitis regem. q. d.
Uidete ne tardiores ceteris ſitis:
et per eoſdeȝ iurauit amaſe quod
principem milicie eum vellet con
ſtituere pro ioab. Et miſerunt vi-
ri iuda ad regē vt rediret. Et ve-
nit rex vſq; ad iordanem: ⁊ venit
omnis iuda in occurſum eius in
galgala. Semei quoq; de bahurim
deſcendit cum eis habens ſecum
contribules ⁊ mille viros de ben
iamin. Siba quoq; et filij eius et
ſerui trans iordanem venerunt
ad eum: vt traducerent domum
eius. Iſti ſcđm ioſephum fecerūt
pontem iordanis: vt facilius rex | Semei
tranſiret cū exercitu. Cūq; trāſiſ- | pnia et
ſet rex adorauit ſemei dicēs. Ne | venia
memineris dn̄e iniuriā ſerui tui. | datur.

Scio

Scio eñi peccatum meum: et ideo hodie veni, in occurſum tuum pri-mus de omni domo ioſeph: nõ ꝙ eſſet in tribu ioſeph: ſꝫ quia habi-tabat in ſorte effraim. Cũq̃ dice-ret abiſai ſemei occidentem dixit dauid. An ignoras me hodie fa-ctũ regẽ ſuꝑ iſrl. Ergo ne hodie interficieẽ vir in iſrael quaſi vide-ret illos occidã qui me hodie fe-cerunt regẽ ſuꝑ ſe. Timebat quo ꝙ ſi interficeret ſemei ꝙ reliq̃ qui illi regẽ offenderẽt nollẽt eũ ſibi facere regẽ: ⁊ ait ſemei. Nõ morie-ris. Miphiboſeth quoq̃ venit in occurſum regis illotis pedibus ⁊ intõſa barba. Nã ⁊ veſtes nõ laue rat a die qua egreſſus fuerat rex. Hebreus habet infectis pedibus tradẽs ꝙ ſibi fecerat pedes ligne os. Et ait rex ad eũ. Cur nõ veni-ſti mecũ? Qui rñdit. Seruus meꝰ cõtempſit me: nolens mihi ſterne re aſinum vt irẽ cum rege: inſuper et accuſauit me/tu aũt qui iuſtus es fac quod tibi videẽ. Et ait rex. Fixũ eſt qꝺ locutꝰ ſum. Tu ⁊ ſiba diuidite poſſeſſiones. q. diceret. Utriſq̃ veſtrũ dederã: ſꝫ qꝛ vterq̃ totũ habere non põt: inter vos di uidaẽ. Dicitẽ ꝙ dauid imemoꝛ iu-ramenti cũ ionatha iniuſte iudica uit: ⁊ ideo roboam. ⁊ ieroboã diui ſerunt eius regnũ. Mortuo em̃ ſa lomone roboã filiꝰ eius: ⁊ ieroboã armiger ipſius diuiſerũt regnum qꝺ habuerat dauid. Berzellai q̃ꝫ q̃ ꝓbuerat alimẽta regi deſcende-rat cũ eo. Et ait rex ad eum. Ueni mecum in hierlm: ⁊ honoꝛabo te. Qui rñdit. Octogenarius ſum ho die: nõ indigeo hac viciſſitudine. Chamaã: alꝭ chaneã filius meꝰ vadat tecũ. fac ei qꝺ tibi videẽ. Et ait rex veniat ⁊ faciã ei qꝺ tibi pla cuerit. Et rediit berzellai in locũ ſuum. Tunc cõcurrerunt ad regẽ

Cõtentio orta. oẽs viri iſrael: ⁊ indignãtes dixe-rũt. Quare te fu rati ſũt frẽs no ſtri viri iuda: et traduxerũt te ſ

Additio.

Nota quoddã hic qꝺ vir alibi inuenicꝰ ꝙ nole

ne nobis. Et rñ dit iudas. Qꝛ ꝓ pꝛiorẽ mihi rex. Et ait iſrl. Decẽ ꝑtibus ego ma-ioꝛ ſum. iõ ma-gis ad me perti net dauid ꝙ ad te: ꝓſertim cum ꝓmogenitꝰ ſim. Cũq̃ rñdiſſent

iſrael.xi.tm tri-bus deſignant. Cũ em̃.xij.fuiſ-ſent de.xij.ꝑtibꝰ ꝺ tribu iuda rex fuit dauid quod indigne feren-tes.xi. venerũt ad tribũ dauid dicentes.

durius viri iuda: ſiba filiꝰ bochri: filius gemini cecinit buccina: ⁊ ait Non eſt nobis pars in filio iſai. Reuertere i tabernacula tua iſrl. Et recedẽtes a dauid: ſecuti ſunt ſibam. Uiri autẽ iuda reduxerunt regem ſuum in hieruſalem. A 2.Reg. 20.

De morte amaſe ⁊ Siba. Capitulum.xix.

Rex autem decem cõcu-binas ad quas ingreſ-ſus fuerat abſalon re-cluſit in cuſtodia vi-duitatis: nec eſt ingreſ-ſus ad eas. Et ait rex amaſe qui erat princeps militie. Congrega mihi viros iuda in tertium diem. Abiit ergo amaſa et moꝛatus eſt extra placitum. Et ait rex ad abi-ſai non ad ioab quem iam amoue rat a pꝛincipatu. Tamẽ ioſephus dicit eũ dixiſſe ad ioab. Tolle ſer uos domini tui: ⁊ perſequere ſibã ne effugiat vos: ⁊ egreſſi ſunt cum eo omnes robuſti de hieruſalẽ: et occurrit ei amaſa reſidẽs iuxta la pidem grãdeꝫ qui eſt in gabaon. Poꝛro Joab veſtitus erat tunica ſtricta: ioſephus tamen dicit loꝛi-ca: et accinctus erat gladio fabꝛe facto: q̃ leui motu egredi poterat: ⁊ arte quadam ſimulans quaſi ce cidiſſet gladius ⁊ recepiſſet eũ de xtra manu tenuit mentũ amaſe: q̃ ſi oſculãs eum: ⁊ ſiniſtra percuſſit eum in latere: et effudit eius inte ſtina. Joab autem et abiſai perſe-cuti ſunt ſibam: et ſubſiſtebant ve nientes ad moꝛtuum in via. Uir autẽ quidam amouit eũ in agruꝫ ⁊ operuit eum: ne ſubſiſterẽt tran ſcuntes

A 2.Reg. 20.

Joab doloſe occidit amaſam

ſeuntes:clamās q̄ iuſte occiſus eſ
ſet qui in dolo morā faceret redi=
re ad regē. Joas ꝟo cum exercitu
obſedit ſibā in abela:et moliebaꝛ
deſtruere muros vrbis:⁊ exclama
uit ad eū mulier ſapiēs de ciuita=
te. Sermo dicebaꝛ in veteri ꝓuer
bio. Qui interrogāt interrogēt in
abela. q̄ſi diceret. hec eſt vrbs cōſi
liū ab antiquo. Quare q̄ris euerte
re matrē ciuitatū iſrael. Quare p̄
cipitas hereditatem dn̄i. Hebreus
nō hꝫ ꝓuerbio. ⁊ ē ſenſus ſ̄m euꝫ.
Sermo dicebāꝛ in veteri.i. quon=
dā in lege dictum eſt vt iſrl̄ prius
offerat pacē hoſtib⁹ q̄ꝫ aggrediaꝛ
eos. Quare ergo p̄cipitas hꝛditā=
tē dn̄i.i.cur nō ſeruas legē iſrae=
litis q̄ ſeruata eſt in alienigenis.
Poſtea legit hebre⁹ q̄ interpoſitū
eſt ad cōmendationem vrbis ſ̄m
priorē expoſitionē. Et rn̄dit ioab
ad eā. Nō q̄ro euertere vrbē:ſꝫ ſi=
ba filiū bochri:q̄ leuauit manum
ſuā ꝯ dauid. Et locuta eſt mulier
ciuib⁹ ſapiēter:q̄ abſciſum caput
ſibe ꝓiecerūt ad ioab. Tunc reuer
ſus eſt exercitus in hierl̄m ad re=
gē:⁊ reſtituit rex ioab ſup exercitū
et alios miſteriales i officiis ſuis
ſicut ſupra:hoc addito q̄ aduram
ſtatuit ſupra tributa colligēda et
q̄ lyrā factus eſt ſacerdos dauid
proprius.

Permutieré ſapiété liberaꝛ ciuitas ⁊ datur caput ſibe ioab.

¶ De fame trium annorum et de
ſeptem viris ſuſpenſis in vltione
gabaonitarum. Cap̄.xx.

A 2.re.21 FActa eſt q̄ꝫ fames in dieb⁹
dauid tribus annis iugiter
⁊ conſuluit dauid dn̄m. Qui rn̄dit
hoc fieri ꝓpter ſaul et domum ei⁹
qui occidens gabaonitas quaſi ꝓ
zelo filioꝝ iſrael irritū fecerat iu
ramētum ioſue ⁊ ſenioꝝ. Et ait da
uid ad gabaonitas. Quid faciam
vobis vt bn̄dicatis hereditati dn̄i.
Qui dixerunt. Uirum qui attriuit
nos delere debem⁹:vt ne vn⁹ qui
dē reſiduus ſit de ſtirpe ei⁹. Sed
q̄ dauid hoc facere nō poterat ꝓ
pter iuramētum qḋ iurauerat io=
nathe tētauerūt petitiones dicen
tes. Denꝛ nobis ſeptē viri ḋ filiis
eius:vt crucifigam⁹ eos dn̄o. Pe=
percitq̄ꝫ rex miphiboſeth filio. iona=
the ⁊ tradidit eis duos filios ſaul
quos pepit ei reſpha. Iſti adhuc
pueri cū doech occiderūt ſacerdo
tes nobe:⁊ poſtea gabaōitas. De
dit eis etiam quinq̄ꝫ filios michol
adoptiuos quos genuerat merob
adraeli:gabaonite ꝟo crucifixerūt
eos in dieb⁹ meſſis p̄me.i. incipiē
te meſſione hordei. Indnēs autē
reſpha cilicium ſubſtrauit ſibi ſu=
pra petrā cubans iuxta eos die ac
nocte vt amoueret ab eis aues et
beſtias ab initio meſſis donec ſtil=
laret aqua ſup eos.i. vſq̄ꝫ circiter
kalēdas ſeptēbris. Tūc eīn iuxta
naturā terre p̄mū poſt meſſeꝫ plu
uia deſcēdit. Hāc reſphā q̄dā non
bn̄ putāt fuiſſe orphā nurꝝ noemi.
Audiēs autē dauid que fecerat re
ſpha depoſuit eos de patibulis:⁊
tollēs oſſa ſaul ⁊ ionathā ḋ iabis
galaad:⁊ oſſa coꝝ q̄ affixi fuerāt
ſepeliuit eos in ſepulchro eis pa=
tris coꝝ. Quo fctō reddidit deus
vbertatem terre.

¶ De q̄tuor ꝓliis dauid. cap̄. xxi.

FActū eſt autē iterꝝ p̄
lium philiſtinoꝝ ad
uerſus iſrl̄:et pugna C.D.
bat dauid cū ſuis ad 2.re.21
uerſus eos. Cumq̄ꝫ ſe
re dauid defeciſſet pu
gnaudo:cum ieſbidenob q̄ fuit de
gn̄e arapha. viſus eſt ꝑcutere da=
uid. ⁊ interpoſuit ſe abiſai:⁊ inter
fecit philiſteum. Hunc tradunt he
brei fuiſſe ḋ gn̄e gigāteo: araphā
ꝟo dicūt fuiſſe orphā nurꝝ noemi
q̄ pepit viro getheo q̄tuor gigan=
tes qui hic memorāꝛ ieſbinedob
ſephi:goliā:⁊ q̄rtuꝫ hn̄tē ſenos di
gitos in manib⁹ ⁊ ped:b⁹. Tunc iu
rauerūt dauid viri dicētes. Iā nō
egredieris nobiſcū in ꝓlium ne ex
tinguas lucernā in iſrael. ¶ Occa
ſione huius vltimi prelii epilogat
hiſtoria hic tria ſupiora prelia da
uid nolata:nō tn̄ eo ordie q̄ geſta
ſunt. Quoꝝ p̄mū fuit in gob:vrbs
eſt que

eſt q̄ʒ iſaer ðʒ i q̄ pcuſſit ſobochal
ſephi de gn̄e gigātū. Aliud q̄ʒ p̄=
liū ſit'r fuit i gob i q̄(ſm ioſephū)
appuit vir fortʒ ephrō cognatꝰ da
uid q̄. ſuis i fugā v̄ſis ſolꝰ plimos
hoſtiū pemit. ⁊ alios in fugā ꝯuer
tit. Liber v̄o regū in hoc loco po
nit p̄liū dauid ꝯ goliā in hūc mo=
dū. In quo pcuſſit adeotatꝰ filius
ſaltꝰ: polimitarius: bethleemites:
goliath gctheū. His' q̄tuor noibꝰ
exp̄mit dauid ⁊ ðʒ adeodatꝰ: qʒ ad
liberationē iſrl' datꝰ eſt a deo in re
gē. Filiꝰ ſaltꝰ: qʒ de paſcuis ⁊ ſaltu
aſſumptꝰ eſt. Polimitariꝰ qʒ de ge
nere beſeleel polimitarij fuit ma=
ter eius. Vel qʒ multis modis am
pliauit cultum dn̄i. Bethleemites
dictꝰ eſt a patria. Memorat̄ q̄ʒ et
aliud p̄liū in quo ionathas filius
ſemmaa fr̄is dauid pcuſſit virum
A hn̄tem ſenos digitos in manibꝰ et
2.Reg. pedibꝰ. ¶ Expeditꝰ itaq; dauid a
22. p̄liis locutꝰ eſt dn̄o v̄ba carminis
huius in die qua liberauit eū dn̄s
de manu olm inimicoꝝ ſuoꝝ: ⁊ de
Pſ.17. manu ſaul: et ait. Dn̄s petra mea
⁊c. In pſalmis ſm trāſlationē no
ſtrā ita legit̄. Diligā te dn̄e forti=
tudo mea: dn̄s fir. m. ⁊ refu. m. ⁊c.
Cuiꝰ titulū ſumpſit eſdras ex v̄bʒ
ſupra poſitis in die qua liberauit
eū dn̄s ⁊c. Ioſephꝰ hic dicit ꝙ cū
dauid pace altiſſima frueret̄ cāti=
ca ⁊ hymnos cōpoſuit: alios trime
tros alios quinq; metros diuerſa
faciēs organa in q̄bꝰ leuite p ſab
bata ⁊ alias ſolēnitates hymnos
dicerēt. Et ponit ioſephꝰ drīam in
ter pſalteriū ⁊ nablū. Et eſt pſalte
riū canora cithara decē chordis
coaptata: q̄ cū plectro pcutit̄. Na
blū v̄o. xij. ſonos hn̄s digitis tāgi
tur. ¶ Poſt carmē ſupradictū ad
didit dauid loq̄ns de ſe tanq̄ de
alio. Hec ſunt v̄ba nouiſſima q̄ di
xit dauid filiꝰ iſai. Dixit vir cui cō
ſtitutū eſt. i. pmiſſio facta de xp̄o
A dei iacob. Hebreꝰ hʒ ita. Dixit vir
2.Reg. leuatꝰ ſup xp̄m dei iacob. i. xp̄s ſup
23. alios exaltatꝰ ⁊ vnctꝰ a deo. Pro=
pter hec v̄ba quidam dicunt p̄di=
ctum pſalmū nouiſſime ſcriptū a
dauid. Sed tutiꝰ eſt vt dicamꝰ no
uiſſima v̄ba dauid q̄ ſequūt̄. Spi
ritus dn̄i locutꝰ eſt p me ⁊c. Et eſt
forte pſalmus nouiſſime ſcriptus
nec alijs. cl. annumeratus.

¶ Cathalogꝰ fortiū dauid. c. xxij.

Porro circa regē erāt oēs for
tiſſimi: quoꝝ inſigniores fue B
rūt. xxxvj. Inſignior tn̄ ceterʒ erat 2.Reg.
dauid: ſedēs in cathedra ſapiētiſ 23.
ſimus: ⁊ ita erāt. xxxvij. ānumera
to dauid. Porro poſt dauid de il=
lis. vj. qui erāt ſupra. xxx. tres erāt
fortiſſimi alij tres nō adeo fortes
ſʒ tn̄ fortiores reliq̄s. xxx. vt. q. di
cere poſſumꝰ. xxx. erāt fortes: tres
v̄o fortiores eis/ tres v̄o reliq̄ for
tiſſimi. Et ſm hanc expoſitionē ca
talogus. xxxvj. fortiuʒ incipit ibi.
Princeps inter tres ipſe eſt. q. te=
nerrimus ligni vermiculus qui octingētos iter fecit ipetu vno. Ioſephus dicit nōgētos: parali pomenō. ccc. iſte nō nolat̄ hic: ab hiſtoria: parali=pomenon vocat eū ieſboam ioſe phus euſebiuʒ. Nō legitur vbi hoc factū fuerit niſi q̄tū hic cō=memorat̄. Poſt hunc erat eleu=zar filiꝰ patrui dauid qui pcuſ

Additio.

Nota ꝙ hic hʒ lr̄a q̄ in libro re gū difficilis eſt: dauid ſedēs in cathedra ſapiē tiſſimꝰ p̄nceps i ter tres ipſe eſt q̄ſi tenerrimꝰ li gni v̄miculus q̄ octingētos iter fecit ipetu vno: hoc vno mō ſic diſtinguit vt ſa piētiſſimꝰ ſit ſle nis v̄ſue: ⁊ prin ceps ſit initium ſequentis.

ſit philiſteos donec deficeret ma=
nus eiꝰ: ⁊ obrigeſceret cū gladio.
Poſt hunc erat ſemmaa ararites
quē ioſephꝰ ſemeiā vocat. Qui cū
fugiſſet pplꝰs ſolus ſtetit in agro
lētis et pcuſſit philiſteos: ⁊ fecit ſa
luteʒ in iſrael. His tribꝰ ioſephus
attribuit delationē aque de ciſter
na bethleem. Hiſtoria v̄o regnū re
fert illud ad tres ſequentes: quos
fortiores diximꝰ: quoꝝ p̄mus erat
abyſai frater ioab. Ipſe eſt q̄ leua

nit haſtā ſuā ꝯ.ccc.quos īterfecit
optimos quidē:ſed vſq ad tres ꝓ
mos nō ꝑuenit.Poſt hūc erat ba=
naias q̄ ꝑcuſſit duos leones moab
i. principes quos paralipomenō
dicit arietes.Ipſe q̄ȝ interfecit vi=
rum egyptiū.i. imitatorē egyptij
blaſphemantē dn̄m quē īterfecit
moyſes.Hanc dicūt hebrei fuiſſe
ſemei/quē poſt interfecit ſub ſalo
mone.Aliū q̄ȝ virū egyptiū inter
fecit dignū ſpectaclo : altitudinis
quinq̄ cubitoꝝ:habente in manu
haſtam ad quē venit banaias in
virga ⁊ extorſit haſtā de manu ei⁹:
⁊ occidit eū haſta ſua Hieronym⁹
tn̄ dicit hoc qđ diximus de alio egy
ptio de ſemei qui habuit haſtā in
manu.i.legē dei quā ſi meditatus
fuiſſet ꝑmanēdo in hierl'm non pe
riret.Idē occidit leonē in hūc mo
dū.Tꝑe niuis lapſus eſt leo in ci
ſternā qui nullū vidēs egreſſum:
orificiū em̄ ciſterne niue damnatū
erat:rugiebat.Quē audiēs bana
ias dū iter ageret deſcēdit ad euȝ
in baculo manibuſq eum pſtra=
uit.Tertiū de fortiorib⁹ nec liber
regum nec ioſephus ponit hic.
Sed recurrendū eſt ad ſabochai
de q̄ in primo dictum eſt.Iſti tres
op⁹ fecerunt magnificū qđ ſequit̄.
Philiſtei quōdā poſuerūt caſtra i
valle raphaym vſq ad ciuitatem
bethlee:⁊ erat penuria aq̄ in hie=
ruſalē.Dauid aūt aſcēderat in ar
cem ad cōſulēdū dn̄m:⁊ cōmenda
bat corā aſtātib⁹ aquā de bethleē
⁊ ꝓcipue eā q̄ erat in puteo iuxta
portā.Tunc iſti tres ꝑ mediū ho
ſtiū iter faciētes venerūt ad beth
leem ⁊ haurientes aquā:denuo ad
regē ꝑ eoꝝ caſtra reuerſi ſunt: ita
vt paleſtini fiduciam eoꝝ obſtu=
peſcētes a dimi
catiōe ceſſarent.
Delatā ſiqdem
aquā rex noluit
bibere dicēs nū
quid ſanguineȝ
iſtoꝝ ⁊ aiaꝝ pe
riculū bibā. Et

Additio.
Sup locū iſtum
dicit Hierony.i
palipomeū.No
tādū ꝙ vinū qđ
deo offerebatur
aq̄ mixtuȝ erat.

effudit eā tanq̄ libamē dn̄o de ſa
lute viroꝝ grās agens.¶Ab hac
enumeratiōe fortiū hebre⁹ diſſen
tit nūerās tm̄.xxxvj.fortes: ⁊ i tri
bus primis q̄s fortiſſimos dixim⁹
nūerat ip̄ȝ dd̄ ſic.Dauid ſedēs in
cathedra ſapiētiſſim⁹ ꝑnceps īter
tres ip̄e eſt q̄ſi tenerrim⁹ ligni vmi
cul⁹:⁊ cetera q̄ non mutant̄.Et di
cit multos eū occidiſſe īpetu vno:
q̄ꝛ ꝓ pctō q̄ḋ īpetuoſe fecit in beth
ſabee multi occiſi ſunt. Cōparat̄ Cōmē=
aūt dauid vmiculo ligni:q̄ teredo datio
vel terebella dr̄ qui mollis durū li dauid i
gnū pforat:dū tāgit̄.nil molli⁹ illo tribus.
qn̄ tāgit nil duri⁹. Sic ⁊ dauid in
preſſuris ⁊ domi ⁊ circa ſubiectos
māſuetior erat ceteris:i throno ⁊
ꝯ hoſtes nullus eo acutior. Et cō
mēdat̄ hic dauid in trib⁹ in ſapiē
tia ⁊ hūilitate ⁊ fortitudie.Porro
reliq̄.xxx.q̄s fortes dixim⁹ poſtea
enumerant̄ inter q̄s nō enumerat̄
ioab:vl' q̄ꝛ ꝑnceps ē alioꝝ vl' q̄ꝛ idi
gnus ꝓpter mortē abner ⁊ amaſe.
¶De numero populi ⁊ altari ere
cto a dauid. Capitulum.xxiij.

Actū eſt aūt poſt famē pri⁹
immiſſam a dn̄o addidit fu A
ror dn̄i iraſci ꝯ iſrael. Furorē dn̄i 1.Reg.
vt quaſi exponere ꝑalipomenon. 24.
di.Conſurrexit ſathan aduerſus
iſrael:⁊ icitauit dauid vt numera A
ret populū. Et 2. Pa
ait rex ad ioab. ral.21.
Perābula om=
nes tribus iſra=
el:et numerapo
pulum vt ſciam
numerum eius.
Intelligens au
tem ioab qđ de
elatione hoc di
ceret ait. Adau
geat de⁹ ad po
pulum tuum:ſȝ
q̄d ſibi vult do=
minus rex i hac
re quaſi diceret
vtiq̄ ne offendas
dominuȝ. Cūq
nollet rex muta

Additio.
Hebreus dicit
ſic. Jam domi=
nus ſumpſit vin
dictā de dauid
propter morteȝ
vrie in pſecutio
ne filij ſui abſa
lon:ſed nondū
de pplo ⁊ princi
pibus qui ei nō
contradixerāt.
Unde modo vo
luit vīdicare cō
tra iſrael:id eſt
cōtra populuȝ.
Suggeſtiōe em̄
diaboli dauid
re=

re propoſitum. Egreſſus eſt io ab ꝛ pnceps mi litum ꝛ numera uerunt populū ꝛ redierūt poſt nouem menſes ꝛ vigintidies in hieruſalem cuꝫ deſcriptione re dacta i ſcriptis: et inuenta ſunt de iſrael octin gēta milia viro rū fortiū: ꝛ de iuda .l. milia pugna toꝝ. Beniamite dicuntur nō fuiſ ſe numerati adhuc qꝛ pauci erāt.

B In paralipomenon lōge plura le
1.pa.21 guntur: ſcꝫ mille milia ꝛ centuꝫ: ꝛ credit Joab ſubticuiſſe regi par tem populi. Peccauit autem Da uid in duobus: qꝛ ſuperbe nume rauit: et quia a quibus numeratorū non reddidit pecuniam domino: alias quinqꝫ quatuor: ſcꝫ ſiclos ar gēti ſicut ſcriptū eſt i lege moyſi. Qd attendēs dauid ait ad dñm.

G Obſecro domi
Nūe.3 ne transfer ini quitatem ſerui tui: quia pecca ui nimis. Dilu culo ſurrexit ad cū dñs gad pphe tam tres ſuppli cij conditiones portantē. Qui ait. Aut ſeptem annis veniet ti bi fames in re gno tuo aut tribus menſibus fu gies aduerſarios tuos aut trib⁹ dieb⁹ erit peſtilētia in pplo tuo. Et ait dauid. Coartor nimis. q.d. Si famē eligo: pauperū erit ſup plicium non diuturnum. Si victoriam hoſtiuꝫ ſuppliciuꝫ erit exercitus et non meum q circūuallor fortiſ ſimis. Eligā ergo communem pla gā regi ꝛ plebi. Melius eſt em̄ vt incidā in man⁹ dñi miſericordis qꝫ in manus hominis. Miſit ergo

fecit numerare populuꝫ qd nō debebat fieri niſi cū deberet pcedere ad belliū et tunc ab vnoquoqꝫ capite de bebat accipere v. ſiclos in obla tionē dño. Hoc autem fecit da uid ex ſupercilio elationis.

Additio.

In exod. em̄ ſcri ptū eſt. Quādo tuleris ſummā filiorū iſrael: iu xta numerū da bunt ſinguli p̄ cium p animabus ſuis domi no ꝛ nō erit pla ga in eis.

bãt nihil ſibi eſſe cũ iſrael. Migra
uerũt autẽ decẽ trib⁹ de iuda poſt
annos nongẽtos. ⁊. xlvij. ab exitu
de egypto. A diuiſione vero regni
fluxerãt ãni. ccxl. ⁊ menſes ſeptẽ ⁊
dies ſeptẽ ſm ioſephũ. Multi aũt
ex iſraelitꝫ cõfugerũt in regnũ iu-
da. ⁊ m'ti abſcõderũt ſe i abditꝫ. ⁊
latuerũt i gẽtib⁹ circũſtãtib⁹. Qui
poſt regreſſũ regꝫ aſſyrioꝝ rdierũt
ad ꝓpa: ⁊ hitauerũt cũ ſamaritis.

¶ De ezechia qui fecit rectum ⁊c.
Capitulum. xxvij.

ANno tertio oſee regꝫ iſrl' re- A 4. Re.
gnauit ezechias in hierl'm. 18.
Uigintiquinqꝫ annoꝝ erat cũ re-
gnare cepiſſet ⁊. xxix. ãnis regna-
uit. Nomẽ m̄ris ei⁹ abiſa d hierl'm
filia zacharie poſthumi zacharie
lapidati. Qui cõuocatꝫ ſacerdoti
b⁹ ⁊ leuitis apuit tẽplũ primo an
no ⁊ p̄mo mẽſe regni ſui ⁊ vaſa dei
reparauit: ⁊ reſtituit ſacrificia in-
termiſſa. Ipe de cõſilio ſacerdotũ
fecit phaſe ſcdo mẽſe nõ in tempo
pore ſuo: qꝛ nõ potuit popul⁹ pri-
mo mẽſe cõuenire in hieruſalem:
nec ſacerdotes purificati erãt: ta-
men tãta multitudo fuit ꝙ multi
impurificati comederũt paſca. ⁊
tãta copia victimaꝝ ꝙ i multis le
uite ſuppleuerũt offm̄ ſacerdotũ.
Et poſt paſca ſolẽni ⁊ auerũt aliis
ſeptẽ dieb⁹. Hic diſſipauit excelſa
⁊ cõtriuit ſtatuas: ⁊ lucos ſuccidit
⁊ cõfregit ſerpẽtez eneũ quẽ fecit
moyſes: cui vſqꝫ ad illud tẽp⁹ fi-

lij iſrael adolebāt incēſuz:ꝛ pulue
rē eius ſparſit in torrētē cedron ꝛ
vocauit nomē eiꝰ noeſtā qđ inter-
pretaꝛ os coꝝ q.d. Dicebaꝛ deꝰ ſꝫ
nō erat. Scripſit ꝗꝫ filijs iſrael vt
redirēt ad cultū dei: quoꝝ quidā
nūcios eiꝰ neglexerunt ꝗdā quoſ
dā interfecerūt. Vñ etiā poſtea vt
pdictū ē meruerunt captiuari. Re
ceſſit ꝗꝫ a rege aſſyrioꝝ ne fuiret
ei. Ipſe percuſſit philiſteos vſqꝫ
ad gazam: ꝛ omnes terminos eo-
rum a turre cuſtodū vſqꝫ ad ciuita
tē munitā. i. pſidia et ciuitates an
no. xiiij. regni ezechie aſcendit ſen
nacherib rex aſſyrioꝝ in terraꝫ iu
De Sē da. ꝛ cepit ciuitates eorum ꝛ miſit
nache- ad eū ezechias in locis dicēs. Re
rib. cede a me: ꝛ quod impoſueris mi
hi ferā. Et indixit ei rex aſſyrioꝝ.
ccc. talēta argenti ꝛ. xxx. auri. ꝛ iu
rauit ꝙ non noceret ei. Cumqꝫ nō
inueniſſet ezechias hāc ſummam
in theſauris domus dñi ꝛ ſuis re
cepit laminas auri quas ipſe affi
xerat in valuis tēpli. Cumqꝫ miſiſ
ſet regi aſſyrioꝝ pdictā pecuniaꝫ
irritum fecit ſennacherib iuſiuran
dum ꝛ miſit ad obſidēdum hieru
ſalē tharthan ꝛ rapſacem ꝛ caſtra
metati ſunt iuxta aq̄ ductum piſci
ne ſuperioris: ꝗ eſt in via agri ful
lonis: ꝛ abſtulerunt ciuibus aquā
exterioris piſcine. Cūqꝫ vocaſſent
regē ad colloquium noluit exire:
ſed miſit ad eos heliachim pōtifi
cem ꝛ ſobnam ſcribā: ꝛ ioachim a
commētarijs: ꝛ loquebaꝛ ad eos
rapſaces hebraice. Erat enim ſa-
marites vt quidā volunt. Fuerūt
qui dicerent cum filiuꝫ iſaie ꝗ trā
ſierat ad aſſyrios: ꝛ ſuſceperat ri
tum gētium: ꝛ factus erat chiliar
chus ꝛ ait. Hec dixit rex magnꝰ aſ
ſyriorum ad te. O ezechia in quo
confidis vt audeas rebellare. Si
cōfidis in rege egyptio inniteris
baculo arundineo. Si ſpeꝫ ponis
in deo tuo nunquid dij gentium ꝛ
deꝰ iſrael liberauerunt eos de ma
nu mea. Si ſpeꝫ ponis in populo
tuo: dabo tibi duo milia equorum
nec poteris apđ te inuenire aſcēſo
res. Et rogabāt nūtij rapſacē vt lo
queref eis ſyriace ꝛ nō iudaice au
diēte pplo ꝗ erat ſup muꝝ. Tunc
exclamauit rapſaces ēt ad pplm.
Hec dicit rex magnꝰ aſſyrioꝝ faci
te mecū qđ vobis vtile ē ne come
datis ſtercora vr̄a ꝛ bibatis vrinā
vr̄aꝫ. Egredimini ad me ꝛ vtimi-
ni bonis vr̄is donec veniā ad vos
ꝛ trāſferā vos i terrā ꝗ eſt ſimilis A
vr̄e. Cūqꝫ retuliſſent nūcij cōmina 4. Re.
tiōes iſtas ad ezechiā: ſcidit rex ve 19.
ſtimēta ſua ꝛ opꝰ ē ſacco: ꝛ igreſſꝰ
eſt domū dñi: ꝛ miſit pdictos nun
cios ꝛ ſenes de ſacerdotibus oper
tos ſaccis ad iſaiam dicētes. Hec
dicit ezechias. Dies hec dies tri-
bulationis nr̄e eſt: ꝛ increpatiōis
diuine. Ora pro reliquijs iſrael: ſi
forte deus audiat blaſphemiā ra
pſacis et vindicet. Et reſpondit
iſaias. Hec dicit dñs ezechie noli
timere. Ecce ego imittā regi aſſy-
riorum ſpiritū ꝛ audiet nūcium et
reuertetur in terram ſuā: ꝛ deijciā
eum gladio in terra ſua: ꝛ receſſit
rapſaces a hieruſalem ꝛ inuenit re
gem aſſyriorum expugnātem lob
nam. Tranſiuit autem rex ad pu-
gnandā egyptum vt triumphās
rediret ad euertēdam hieruſaleꝫ.
Cūqꝫ obſediſſet peluſiuꝫ: audiuit
tharachā regem ethiopie cū mul
to exercitu venire in auxiliuꝫ egy
ptiorum: ꝛ conturbatus rex dixit
tharacham eſſe ſacerdotē vulca-
ni. ꝛ ideo nō dimicaret cum eo. ꝛ re
dijt in iudeā ꝛ obſedit hieruſaleꝫ.
Herodotus tamen aliam cauſam Hero-
tradit reditus ſui. Orante nāqꝫ re dotus.
ge egyptiorum ad deum: multitu
do ſoricum in vna nocte comedit
chordas arcuum in caſtris eius: ꝛ
facti ſunt aſſyrij inermes: et dicit
rapſacem cuꝫ exercitu remanſiſſe
circa hieruſaleꝫ: ꝛ ſennacherib re
dijſſe ad eū de egypto. Verūtñ añ
reditū ſennacherib de egypto in
iudeā hec facta ſunt ꝗ ſequuntur.
¶ De ſignis trium annoꝝ ꝗ pdi-
xit eſaias. Capitu. xxviij.

CUm egredeꝛ ſennacherib
iudeã vt trãſiret in egyptũ
miſit ezechie literas terribiles ⁊
cõminationis plenas dicẽs ꝙ deꝰ
iſrael nõ poſſet eũ liberare de ma
nu ſua. Tũc aſcendit ezechias in
domũ dñi: ⁊ expãdens literas co
rã dño orauit dicẽs. Dñe deꝰ iſrl'
Oratio ezechie — audi verba ſennacherib: q̃bus ex
probrauit te nobiſ: ſalua nos obſe
cro de manu ipiꝰ: tũc miſit eſaias
ad ezechiam ſignificans ei verba
hec dñi ad ſennacherib i hũc mo
dũ. Spreuit te ſennacherib virgo
filia ſion: mouebit caput pꝰ tergũ
tuũ cũ fugeris: exprobraſti ſancto
iſrael v.ribꝰ tuis aſcripſiſti ꝙ va-
ſtaſti iudeã. Sꝫ ex diebus antiq̃s
ego plaſmaui illud ⁊ nũc adduxi.
id eſt ego q̃ ab eterno diſpoſuerã
ꝙ ſic flagellarẽ peccãtes: nũc im
pleui ego autor fui tu miſter: po-
nã itaq; circulũ in naribꝰ tuis ſi-
cut fit bubalo: ⁊ chamũ in labiis
tuis ſicut fit equo: ⁊ reducã te i ter
rã tuã. ¶ Tũc addidit eſaias ver
ba ſua ad ezechiã dicẽs. Tibi aũt
ezechia hoc erit ſignũ liberatiõis
tue. Tertio anno recedet a te ſen
F — nacherib nõ rediturꝰ. Ego aũt ꝑ-
Iſa.37 — dico tibi q̃d facies hoc anno: ⁊ q̃d
ſecũdo: vt cũ videris ĩpleta: ſcias
verũ eſſe: qd̃ predixi de tertio. Co
mede hoc anno qd̃ repereris: vel
ſecundũ eſaiã q̃ ſpõte naſcũꝛ vel
ſecundũ .lxx. q̃ prius ſeueras. Im
minẽte meſſiõe irruerãt aſſirii et
vaſtauerãt ſegetes vineas ⁊ oli-
ueta: ſed quedam inter vngulas
equorũ calcãtiũ euaſerunt. Unde
dicũt .lxx. Comede q̃ prius ſeueras
etiã de ꝯculcatis q̃dã ſponte ger
minauerũt. De q̃bus dixit eſaias.
Comede q̃ ſpõte naſcũꝛ. Etiã cũ
preſciſſent aduentũ ſennacherib
cõgregauerũt ſibi vbicunq; victua
lia: ⁊ repoſuerant in hieruſalẽ: de
quibus dicit hic liber regum. Co-
mede qd̃ repereris. Porro ſecun-
do anno comede que ſpõte naſcũ
tur: vel ſcd̃m eſaiã pomis veſcere
qd̃ idẽ eſt. Scd̃o enĩ anno dñ mor
areꝛ ſennacherib in egypto: q2 ſ
fuerãt eis predicta victualia: mul
tiplicauit eis dñs abundanter q̃
ſpõte gignit humꝰ. Porro i tertio
anno fugato hoſte ſecuri ſemina-
te/metite ⁊ comedite. Et tũc d̃ hie
ruſalẽ egredienꝛ reliquie: ⁊ quod
ſaluatũ eſt de mõte ſyon: ⁊ qd̃ reli
quũ eſt de domo iuda mittet radi
cẽ deorſum: faciet fructũ ſurſum.
Per ſimile arboris loquiꝛ: q̃ quã
to ꝓfundius fudit radicẽ: tãto co
pioſius ⁊ altius facit fructũ. Et ẽ
ſenſus. Multitudo populi q̃ fugit
de iudea ante faciẽ hoſtiũ ⁊ reco
pit ſe i hieruſalẽ vt ſeruareꝛ: fuga
to hoſte redibit in terrã ſuã: ⁊ po
pulabit eã. Hoc audito ezechias
gauiſus eſt: ⁊ de cõſilio eſaie ⁊ ſa-
pientum obturauit capita fontiũ
extra vrbem: ⁊ exitus aquaꝝ in iu
dea: ne redeũtes aſſyrii inuenirẽt
aquarum abundantiã. Tunc ob-
turauit ezechias ſuperiorem fon
tem aquarum gyon: ⁊ auertit eas
ſubter ad occidẽtem vrbis dauid
vt influerunt piſcinam inferiorẽ.
Fecit etiã ante pontẽ ſiloe quaſi
ſtagnum in quo colligerenꝛ aque
et reſeruarentur ciuibus in vſum
obſidionis. Et ſcd̃m epiphanium
ad ꝓces eſaie copioſiꝰ ſolito egreſ
B
re ſunt aque d̃ fonte ſiloe. Hoc au — Ioã.9.
tem ſtagnum vocatur in euange-
lio Natatoria ſiloe.
¶ De fuga ſennacherib. ca. xxix. — G
FActum eſt aũt poſt annũ re — 4.reg.
diiſt ſennacherib ab egypto — 19.
et cũ iudeam vaſtaſſet tandẽ ob-
ſedit hieruſalem. Sed in eadẽ no
cte angelus dñi pcuſſit in caſtris
aſſyriorum .clxxxv. milia: ⁊ timẽs
ſennacherib fugit: cum .x. viris vt
aiunt hebrei: ⁊ rediit in niniuen.
Cũq; adoraret in templo neſrach
deum ſuũ: adramelech: ⁊ ceraſar
filii eius percuſſerũt eũ in gladio
⁊ fugerunt in ararath partẽ ar-
menie campeſtrem ⁊ vberẽ ad ra
dicem montis thauri: ꝑ quẽ fluit
araxes: ⁊ regnauit filiꝰ eius ꝓ eo
aſſaradõ: indignati erãt maiores
q̃ filii in

filiũ ſ pẽezq̃ filiũ minoꝛẽ natu pre
fecerat eis i regẽ: eo q̃magis dili
geret matrẽ illi⁹q̃ ipſoꝝ. In hoc
aũt dñſus ẽ ſen
nacherib neqꝛ
pvl'o q̃ parici=
dio filioꝝ eſt re
ſeruatus. Por=
ro hieroſolymi
te vidẽtes ſtra=
gẽ hoſtiũ egreſ
ſi ſunt: ⁊ ſpolia=
uerunt caſtra.
Spolia ꝙ̄o moꝛ
tuoꝝ tollẽtes ex
cuſſerunt ex eis
puluerem tm̃: nã ignis diuin⁹ la=
tẽter coꝝ cadauera icinerauerat.

Additio.
Aiũt hebrei ca=
put et barbã ra
ſa ab angelo in
ignominiã: ⁊ im
pletũ illð eſaie.
In die illo red=
det nouacula cõ
ducta in regeaſ
ſyrioꝛũ caput et
barbam.

¶ De ezechie egrotatione ⁊ de re
greſſu ſolis. Capitu. xxx.

A 4.reg. 4. Ezechias autẽ poſt in opina=
bilẽ ⁊ incredibilẽ triumphũ
licet ſm ioſephum cũ populo ho
ſtias deo imolaſſet: non tñ digne
gratias egit. Nã ⁊ aio elatus eſt
⁊ canticũ nõ cãtauit: ſicut i hmõi
facere ꝯſueuerãt pr̃es: ⁊ ꝓpterea
egrotauit vſq̃ ad moꝛtez: ⁊ venit
ad eũ eſaias ⁊ ait. Hec dicit dñs.
Diſpone domui tue: qꝛ moꝛieris
tu ⁊ nõ viues. Cõtriſtat⁹ ezechias
eo q̃ filiũ nõ haberet: nõ q̃ domũ
relinq̃ret deſolatã: ſ; ne foꝛte fru=
ſtraret̃ in eo ꝓmiſſio facta dauid
de xp̃o: cõuerſus ad parietẽ fleuit
amare: foꝛte vt ſecretius oꝛaret: ⁊
ne aſtãtes lachꝛymas ei⁹ viderẽt:
vel foꝛte ad parietẽ poꝛticus tẽ=
pli erat iuxta quã cubabat: ⁊ qꝛ i
poꝛticũ aſcẽdere ñ poterat ad oꝛã
dũ: ſaltẽ ad faciẽ ei⁹ oꝛauit dicẽs.
Obſecro dñe memẽto qũo ambu
lauerim coꝛã te i ꝟitate. q. d. Et ſi
nũc peccaui: parce/ne pereãt apð
te q̄ feci coꝛã te. Poꝛro añq̃ egre=
deret̃ eſaias mediã ꝑtẽ atrij: dixit
ad eũ dñs. Redi ⁊ dic ezechie. Hec
dicit dñs de⁹ dauid pr̃is tui. Au=
diui oꝛonem tuã ⁊ vidi lachꝛymã
tuã. Ecce ſanaui te die tertio aſcẽ
dẽs in templum. Diebus tuis ad
dã. xv. annos de manu regis aſſy
rioꝝ: cui⁹ reditũ times liberabo te
⁊ vrbẽ hãc propter te ⁊ ꝓpter da
uid ſeruũ meũ. Hic appet: qꝛ ma=
naſſes nõdũ nat⁹ erat q̃ poſt moꝛ
tẽ patris cũ regnare cepiſſet. xij.
annoꝝ erat. Et ait ezechias. Qð
erit ſignũ q̃ dñs ſanabit me. Cui
eſaias. Uis vt aſcẽdat vmbꝛa. x. li
neis in hoꝛologio: an vt reuertat̃
totidẽ g̃dib⁹. Erat eñ hoꝛa diei.
x. ⁊ vmbꝛa gnomonis deſcẽdebat
ꝑ. x. lineas. Dedit g̃ regi optionẽ
ſigni vtrũ vellet q̃ ſol ſtaret per
ſpaciũ. x. hoꝛarũ imobilis: vel re=
diret ad oꝛientẽ ⁊ iterũ inchoaret
diẽ quodlibet antẽ iſtoꝝ ſi fieret
adderẽtur. xij. hoꝛis diei. x. hoꝛe.
Huic ſenſui ꝯſonat hebꝛe⁹ dicẽs.
Uis vt fiet vmbꝛa. x. lineis: an vt
reuertatur. In eſaia quoq̃ de re=
ditu ſolis ad oꝛtũ tm̃ agit̃: ⁊ nõ ð
aſcenſu vmbꝛe. Uerũtñ ſuper li=
bꝛũ regũ ſic exponit̃. Uis vt aſcen
dat vmbꝛa. x. lineis ꝓcedente ſole
ſuꝑ terrã ꝑ boꝛeales plagas ver=
ſus oꝛiẽtẽ: ſicut quotidie ꝑ noctẽ
ſub terra procedere ſolet: ⁊ ſic cõ
pletis. x. hoꝛis ſtati; redeat ad lo
cũ vbi nũc eſt: ⁊ ꝑficiet diem iſtũ.
Et elegit rex vt rediret ſol ad oꝛiẽ
tẽ. Si eñ ſtaret: alicui cauſe natu=
rali poſſet aſcribi: vel foꝛte qꝛ la;
alio tempoꝛe fa
ctũ fuerat ſicut
ſub ioſue: ſignũ
inauditũ elegit.
Et ſtatiſ ſol ſtãs
in oꝛiente reuer
ſus eſt iteꝝ ꝑ. x
lineas ꝑ quas
iam deſcẽderat
tũc fecit eſaias
afferri maſſa; fi
cuũ ⁊ cataplaſ=
mauerũt ſuper
vuln⁹ eius. He=
bꝛe⁹ magis pro
pꝛie dicit ſuper
vlc⁹ ei⁹. Quidã
ſuſpicant̃ fuiſſe
apoſtema cui⁹
ſanies in cutis
ſuperficiẽ

Additio.
In ſacra pagiã
vſus h; vt pro=
greſſus ab occi
dẽte ad oꝛientẽ
dicat̃ aſcẽſus: q̃
greſſus in ꝯtra=
rium deſcẽſus.
Aſcẽſus aũt iſte
ſolis dupliciter
põt itelligi. Uel
q̃ gradatĩ ſoli
to motu a pũcto
decime linee: in
quo ia; erat ad
oꝛiẽtẽ reuertere
tur: ⁊ a puncto
vñ poſt oꝛtũ ꝓ
ceſſerat in mo=

ſupficiē ꝓuocat
ſicciorib⁹ ficis
cōtuſis. Porro
aq̄la ſymach⁹ ⁊
theodotion re-
giū morbū fuiſ-
ſe dicūt. cui q̄cq̄
dulcia vel ſum-
pta vł appoſita
cōtraria putāt.
Et ita dei potē-

mēto rediret ad
pūctum decime
hore in quo nūc
fuit: Uel ꝙ l mo
mēto ad primū
punctum orien
tis rediret. inde
gradatī ad pū-
ctū decime hore
reuerteretur.

tia mōſtrata eſt cū per res noxias
ſanitas reſtituta eſt. Et conualuit
ezechias: ⁊ tertia die aſcendēs in
tēplū ait. Ego dixi dn̄e. i. dū egro-
tarem penes me cogitaui in dimi-
dio dierū meorū vadā ad portas
inferi. i. nōdū ſuſcepta ſobole quā
expectabā deſcendā ad inferos et
dū hoc cogitarē: q̄ſiui a te orando
reſiduū annorū meoꝝ: vt pri⁹ vel
les me p̄rez fieri ꝙ̄ aia mea ꝑiret.
Huic cātico ezechie ꝑmittūt. lxxi.
titulū talē. Oratio ezechie regꝫ iu
de. ſed meli⁹ eſt in eſaia. Scriptu-
ra ezechie regꝫ iude. Nā in hoc cā
tico narrauit tātū qḋ cogitauerat
vel orauerat dum egrotaſſet: ⁊ nō
orauit in eo niſi duobus verbulis
tantū: vt ibi. Dn̄e reſpōde pro me
⁊ in fine. Dn̄e ſaluum me fac.

¶ De morte ezechie. Capi. xxxi.

C 4. reg. 20. IN illo tpe miſit merodach fi
lius baladaz rex babylonis
lr̄as ⁊ munera ad ezechiā petens
vt ſocius eius eſſet ⁊ amicus. Naꝫ
eo tēpore rex medoꝝ ⁊ rex babylo
niorū receſſerāt a monarchia aſſy
riorum ſub aſſarodach ne eſſent
ſub eo ꝑcipua tamē cauſa legatio
nis hui⁹ creditur hec fuiſſe. Chal-
dei vigebāt in aſtronomia: nec po
terāt inuenire ſm̄ artē ſuā quare
dies fere in duplū ꝓtēſa fuerat. et
tandē audierāt hoc ꝓ rege hiero-
ſolymoꝝ factū eſſe. ⁊ miſerunt ad
eū vt ſciſcitarent̄ rei veritatē. Pre
terea chaldei adorabāt ſolē. ⁊ mi
ſerunt regi munera vt honorarēt
hominē quē honorauerat de⁹ eo-
rum. Et letatus eſt ezechias in ad
uētu coꝝ ⁊ iterum elatus eſt in aio

ſuo nec fuit in domo ſua nec in oī
poteſtate ſua qḋ nō oſtēderet eis.
Etiā domū aromatū: quā quidaꝫ
tradūt fuiſſe cellā aromatū in tē-
plo dn̄i in quā īducere gētiles ne
phas erat ſm̄ epiphaniū ꝗ̄o do-
mus erat lōgiſſima quā fecit ſalo
mō iuxta deſcriptionē patris ſui
cōtra orientē ſion: ⁊ fecit occulti adi
tus cōpoſitionē lōge a ciuitate: ꝗ̄
deprehēdi ab vniuerſo populo ne
quiuerat pluribus quoq̄ ſacer-
dotibus ignota erat: illucq̄ rex po
ſuit aurū ⁊ aromata que aduecta
erāt de ethiopia. In ea poſt ſepul
chra regū erāt ſepulchra pōtificū
⁊ poſtremo ſeplc̄hra ꝓphetaꝝ. hoc
ſecretum dauid ⁊ ſalomonis eze-
chias gētib⁹ denudauit: ⁊ oſſa pa
terna cōtaminauit ex preſentia ꝓ
phanioruꝫ. Et ab ipſo die ſterilis
factus eſt. Porro cū abijſſent lega
ti, venit eſaias ad regē ⁊ ait. Quid
dixerunt viri iſti: ⁊ vnde venerunt
ad te. Qui cū indicaſſet ei qḋ que-
ſierant: dixit eſaias. Hec dicit dn̄s.
Ecce dies venient ⁊ auferentur in
babylonē: oia q̄ in domo tua ſunt
⁊ q̄ abſcōderant patres tui. Sed ⁊
de filijs tuis erūt eunuchi in pala
tio regis babylonis. Hoc impletū
eſſe fabulantur hebrei in daniele
⁊ ſocijs eius: qui cum ioachim fi-
lio ioſie capti ſunt. Sed verius cre
ditur eos eunuchos fuiſſe: nō cor
pore ſed mēte. Et rn̄dit ezechias.
Bonus eſt ſermo dn̄i. Sit pax ⁊ ve
ritas in dieb⁹ meis ⁊ dormiuit eze
chias cū patribus ſuis: ⁊ celebra-
uit exequias eius vniuerſus iuda
⁊ ſepelierūt eū ſup ſepulchra filio
rum dauid. i. eminenti⁹ ſepulchrū
ceteris fecerūt ei cauſa pietatꝫ/qꝛ
coluit deū. Ipſe enim ſic cōmēda-
tur in libro regū. Non fuit ſimilis
ei neq̄ ante eū neq̄ poſt eū de cū-
ctis regib⁹ iuda: in hoc excipit̄ da
uid. qꝛ nōdū erat ſub eo regnū iu Nota ꝺ
da. Si q̄ritur de ioſia: dicim⁹ ꝙ io- ſctitate
ſias melior fuit eo/ſed iſte ꝑponi- ioſie.
tur ei in hoc ꝙ magnificat⁹ eſt pre
claris bellorum titulis: et ꝙ tria

inaudita fecit dñs pro eo regreſſum ſolis: additionē annorū: ſtragem hoſtium per angelum.

¶Incidentia.

Incidēs eſt non de biblia.

¶In diebus ezechie ſyracuſa et cathina in ſicilia condite ſunt. Romulus milites ex populo ſumpſit quaſi ex mille vnū. Cures qui ſub Statio rege ſabino ꝛ romulo ſauebāt quirites appellauit. c. elegit ſenes: quos appellauit patres. Romulus apud paludē capree nuſꝗ̄ cōparuit: ꝛ ſuadente lucio quirini nole cōſecratꝰ eſt: poſt romulū ſenes p̄dicti ſinguli ꝑ q̄nos dies reȝ publicā rexerūt ꝑ annū ferè dimidiū. Qđ regnū appellatū eſt inter tēpus. Tūc ſecūdus a romulo regnauit numa pōpilius q̄ p̄dictos ſenes ſenatores appellauit. Hic p̄mus congiariū militibus dedit. i. imperialē largitionē in ſui ꝓmotione Januariū ꝛ februariū anno addidit fundamenta capitolij fecit. Sibylla erythrea claruit.

De manaſſe ꝛ morte Iſaie. c. xxxij.

A 4. reg. 21.

Poſt ezechiam regnauit manaſſes filius eius ꝑ eo. xij. annorum erat cum regnare cepiſſet. ꝛ. lv. annis regnauit in hieruſalem: ꝛ fecit malum coram domino. Edificauit enim excelſa q̄ diſſipauerāt patres eius: ꝛ erexit aras baal et lucos ꝛ extruxit altaria militie celi in duobus atrijs templi: et poſuit idolum luci in templo dñi: ꝛ traduxit quēdā filiū ſuū per ignē tophet: ariolos augures: phitones. ꝛ aruſpices multiplicauit ꝛ errare fecit iudā in vijs gentiū. Cumq̄ arguerēt eū ꝓphete miſſi a dño nemini eoꝝ parcebat ſꝫ plateas hieruſalē prophetaꝝ ſanguine purpurauit. Inſuꝑ aliorū ſanguinem innoxiū fudit multum nimis donec impleret hieruſalē vſq̄ ad os. Eſaiā quoq̄ auū maternū

Eſaie crudelꝰ mors.

ſm̄ hebreos vel affineȝ ſuū eiectū extra hieruſalē circa piſcinā ſiloe ſerra lignea per medium ſecari fecit. Qui dū in principio ſectionis anguſtiaretur: petijt ſibi dari aquaȝ vt biberet: ꝛ cū nollēt ei dare: dñs de ſublimi miſit aquā in os ſuū ꝛ expirauit: nec tñ carnifices deſtiterunt a ſectione. Et ob hāc aq̄ miſſionē cōfirmatū eſt nomē ſiloe: qđ interp̄tatur miſſus: nec ſepelierūt eū in ſepulchro ꝓphetaꝝ: ſꝫ ſub q̄rcu rogel iuxta trāſitū aquaꝝ: quē fecerat ezechias in memoriā miraculi qđ fecerat dñs in adis illis ad p̄ces eſaie. Tradit eñ epiphanꝰ ꝙ dū ſennacherib rediret ab egypto p̄miſit exercitū ab obſidēdaȝ hieruſalē q̄ caſtrametatꝰ eſt circa piſcinā ſiloe vt aq̄s eius vterētur. Eratq̄ piſcina quaſi cōis: nā ꝛ ciues ad eā deſcēdere poterāt ꝛ hoſtes. Orāte autē eſaias obtinuit a dño: vt cū egrediebantur ciues erāt ibi aque ſicut prius. Cum vero accedebāt hoſtes ſiccabantur aque profuſe: ita vt mirarentur aſſyrij vñ eſſent aque in vrbe. Porro in iugē memoriā huius facti: adhuc aque ſiloe nō iugiter: ſed incertis horis ebulliūt. Cumq̄ in ꝓpria perſona acceſſiſſet ſennacherib facta ē ſtrages ſupradicta in exercitu ipſius. In tante rei memoriā populꝰ glorioſe ꝓphetā ſepeliuit in loco p̄edicto: vt etiā orationibꝰ eius poſt mortem indeclināter huiꝰ aque beneficio potirētur. Aliqui libri habēt in hoc loco orationē manaſſe que ponitur in fine ſecundi paralipomenō: ideo nō hꝫ neceſſe hic poni: cum etiā plura exēplaria eā in hoc loco non contineant. Nota.

¶De morte manaſſe.

Capitulum. xxxiij. C D 2. par. 33.

Admiſit ergo dominus aduerſus manaſſen regem babyloniorum q̄ depopulatus eſt iudaȝ: ꝛ manaſſen dolo captū traxit in babylonem: et pluribus afflixit tormentis. Et intelligens manaſſen hanc eſſe manū domini egit penitentiam: ꝛ intente orauit ad dñm: ꝛ miſertꝰ dñs reduxit eū in regnū ſuū. Qui cū veniſſet hieroſolymam deleuit idola: lucos ꝛ aras

aras q̄ fecerat: ita vt i memoriā ꝑo
rū nihil ſupeſſet. Et reſtituit cultū
dn̄i ſicut pri⁹: ⁊ ppl'm idipē docuit
⁊ ſic a ꝑori ꝯuerſatiōe mutat⁹ eſt vt
non ſine grādi admiratione vitā
ageret beatā. Muros q̄z ciuitatis
⁊ turres ⁊ antemuralia multa mu
C .re. 21 nitiōe firmauit. Et mortu⁹ eſt ma-
naſſes ⁊ ſepult⁹ eſt i horto domus
ſue in horto aʒā. ⁊ regnauit amon
fili⁹ ſuus ꝓ eo. ¶ Incidentia.
Incidētia. ¶ In dieb⁹ manaſſe ſibylla erophi
la claruit i ſamo: vñ ⁊ ſamia dicta
eſt. Partheni tarētū. condiderūt.
Salaryph⁹ de choo iſula ꝑm⁹ ferri
glutinū intra ſe excogitauit. Ter-
ti⁹ romanoꝝ rex Tulli⁹ hoſtilius
hic ꝑm⁹ regū roma.. cꝝ purpura
⁊ faſcib⁹ vſus eſt. Qui poſt longā
pacē bellare ꝑauit Albanos. vege
tes. fidenates vicit adiecto mōte
celio ampliauit vrbē. Tandē cum
domo ſua fulmine conflagratur.
¶ De amon ⁊ ioſia. Ca. xxxiiij.

D 4.re. 21. Poꝛro. xxij. ānoꝝ erat amō
cū regnare cepiſſet: ⁊ duob⁹
tm̄ ānis regnauit i hierl'm.
Tñ. lxx. dicūt. xij. Qui fecit maluz
corā dn̄o ſicut p̄r ſu⁹ i iuuētute ſua
fecerat. ⁊ tetēderant ei iſidias ſui
ſui ⁊ iterfecerūt eū i domo ſua. ppl's
aūt ꝑcuſſit eos q̄ iterfecerūt regē
⁊ ſepelierūt eū cū prē ſuo ⁊ ſtatue
rūt ſibi regē ioſiā filiū ei⁹ pro eo.
Octo annoꝝ erat ioſias cū regna
re cepiſſet. ⁊. xxxi. ānos regnauit
de ioſia ſancto. i hierl'm ⁊ ambulauit ꝑ oēs vias da
uid pr̄is ſui. Nō declinauit ad de-
A 4.re. 22. xtrā neq̄ ad ſiniſtraʒ. Qui in q̄rto
regni ſui anno erat ei. xij. etatiſ: vt
dicit ioſeph⁹ pietatē et iuſtitiā mi-
rabilē i ſe iā de-
mōſtrabat. Nā
ppl'm iam reuo
cabat ab idola-
tria. Et oꝑa pra
ua velut ſenior
emēdabat. Poꝛ
ro āno regni ſui
viij. oēm ciuita-
tē ⁊ ꝓuinciam a
cultu idolorum
purgauit: vt nul
lū veſtigiū ido-
latrie ſupeſſet.
Scrutabat etiā
domos ne q̄d latenter remaneret
ſuſpectū: ⁊ in vnaquaq̄ cā iuſtitiā
coluit tāq̄ aīe ſue medicinā. Mi-
ſitq̄ in totā ꝓuinciā vt deferrent
ad reꝑatione tēpli munera ꝑ ſua
volūtate vnuſq̄ſq̄ ⁊ ꝓpoſuit huic
oꝑi helchiā ſacerdotē magnū: et
amaſiā qui erat ſupra ciuitatē: et
ſaphā ſcribā: ⁊ facta eſt reꝑatio tē
pli fideliter ⁊ indilate.

Additio.
Hieronim⁹ i pa
ralipomenō di-
cit arcā eductā
de tēplo i dieb⁹
achaz ꝑ idolis
poſitis in eo. et
fuit in domo ſel
lū patrui hiere
mie pr̄is auūcu
li viri olde q̄ ha
bitabat in ſōa
muri manſione
vſq̄ ad ioſiam.

¶ De ſancto propheta Jeremia
Capitulum. xxxv.

Anno. xiij. regni ioſie exoꝛ- Hec nō
ſus eſt prophetare hieremi ponūt
as filius helchie de ſacerdotibus hoc lo-
anathot. in terra beniamin tertio co in li-
ab vrbe miliario. et prophetauit bro re-
vſq̄ ad euerſionē vrbis. l. annis ⁊ gū ſed
vno anno preter illud tēpus quo i hiere-
in egypto prophetauit in thānis. mia.
et cum puer eſſet dixit ei dn̄s. Pro
phetam in gentibus dedi te. Qui
cū dixiſſet. A/a/a/domine neſcio
loqui: quia puer ego ſuʒ: miſit do-
minus manum ſuam et tetigit os
eius et ait. Ecce dedi verba mea
in ore tuo. Extunc licet eſſet adole
ſcens cepit prophetare ⁊ predica-
re. mane conſurgens et frequens
ſtans in porta domus domini et
in atrijs tēpli: et oſtendit ei domi-
nus ſigna euerſionis hieruſalem
quam predicabat. Primo ſignifi-
cauit ei autorem illius euerſionis
deuʒ. Oſtēdit enim ei quaſi furem
vigilātē cū virga vt damnificaret
dormientes. Sic enim dn̄s iam vi-
gilabat ad percutiendū populum
ſuum. Secūdo vero ſigno oſtēdit
ei dn̄s quo miniſtro ad hoc vtere-
tur per ollā ſuccēſam a facie aqui
lonis ⁊ ait. Ab aquilone pandetur
omne maluʒ ſuꝑ oēs habitatores
huius terre. i. a chaldeis qui iuxta
ſitū ieruſalē ab aq̄lone venerunt.
Has duas viſiōes vidit ſub ioſia.
De tertia incertum eſt. Uerius eſt
putatur q̄ ſub alijs regibus vidit

eā ſicut cetera q̄ ſequuntur. In ter
tia eīn viſiōe oſ̄dit ei dñs cāz euer
ſionis nec fuit hec viſio imagina-
ria ſed corpalis. Precepit eīn dñs
vt tolleret lūbare ſuū: ꝛ abſconde
ret illud ſup eufratē. Et poſt mul
tos dies ex mādato dñi reuertēs
īuenit illō putrefactū et nulli vſui
aptū: ꝛ ait ei dñs. Sicut adheret
lūbare ad lūbos viri ſic aggluti-
naui mihi domū iſrl' ꝛ domū iuda
ſꝫ q2 receſſerunt a me fornicando
poſt deos alienos. quaſi putrefiēt
trās euphratē captiuati. Reliqua
Ieremie locis ſuis tractabimus.

¶ De inuentione deuteronomij.

Capitulum. xxxvj.

B 4. regū 22. POſtro. xviij. āno regni ioſie:
ꝑcepit ioſias helchie vt reſi
duū pecunie q̄ oblata fuerat ad tē
pli repationē ꝯflaret et fierēt inde
vaſa ad miniſteriū dñi. Cūq3 hel-
chias oīa diligēter ſcrutaret̄ inue
nit librū moyſi in tēplo. Forte ape
ruit arcā ꝛ inuenit deuteronomiū
quē moyſes reponi fecerat in ea: ꝛ
miſit eū regi p manū ſaphā. Qui
cū legiſſet corā rege: ſcidit rex veſti
mēta ſua. Audiuit eīn maledictio
nes ſcriptas in trāſgeſſores legis
ꝛ crebras cōminationes dei. Qđ ſi
ſeq̄rent̄ idola: eijceret eos đ terra
quam dederat eis: ſicut eiecerat
amorreos a facie eoꝝ. Et mirabat̄
ꝙ adhuc eſſet in terra et vereba-
tur īminere captiuitatē. Tūc ꝑce-
pit helchie ꝛ viris prudētib9 vt cō
ſulerēt dñz ſup ſe ꝛ ſup pplm ſuū.
Qui deſcēderūt ad oldā ꝓphetiſ
ſam vxorē ſellū q̄ habitabat ī hie-
ruſalē in ſcđa. i. ſecūdo ābitu mu-
ri quē fecerat ezechias: de quo di
xit ſophonias: ꝛ vlulat9 a ſcđa pte
f. q2 pars ſcđo muro circūdata pri
us capta eſt. Forte nō inuenerunt
Ieremiā: vel potius nulli9 adhuc
momenti erat. Et rñdit olda. Hec
dicit dñs. Ecce adducā mala que
ſcripta ſunt in libro legis ſup locū
hūc ꝛ hītatores ei9: q̄ irritauerūt
me in cūctis opib9 manuū ſuarū.
Succēdet̄ īdignatio mea: ꝛ nō ex
tinguet̄. Regi aūt qui miſit vos di
cetis. Hec dicit dñs. Pro eo ꝙ au-
diſti vba voluminis ꝛ pterritū eſt
cor tuū ꝛ hūiliat9 es: differētur hec
mala nec fiēt in dieb9 tuis: ꝛ colli-
gā te ad p̄res tuos ī pace. Qđ nō
eſt intelligēdū de pace ipſi9 regis
ipſe eīn occiſſus eſt a pharaone: ſꝫ
de pace ppli. i. ꝓuſq3 inferret pplo
q̄ cōminat9 fuerat. His auditi mit A
tēs rex in oēm ꝓuinciā ꝯgregauit 4. re.
oēm pplm in hierlm: ꝛ ſtans ſuper 23.
gradus legit: cūctis audiētib9 oia
vba libri: ꝛ ꝑcuſſit fedus corā dño
ꝛ ꝯpulit oēs ſacra p̄ſtare: vt leges
moſaicas p oīa cuſtodirēt. Et de-
leuit aruſpices ꝛ maleficos oēs.
et oīa veſtigia idolatrie redegit in
puluerē. Etiā veſtigia q̄dā ſerpen-
tis enei quē cōminuerat ſiue ꝯtri-
uerat ezechias. Ob hoc in ꝓlogo
ſophonie legit̄ ioſias ꝯtriuiſſe eū:
ꝛ ꝯtaminauit excelſa: ꝛ vallē tophet
ꝛ ignē moloch. Forte oſſa mortuo
rū vbiq3 ſparſit: vl' q̄libet alia imū
da vt poti9 abominabil' q3 venerabi
lis loc9 appareret. Equos q3 ſolis et
currus quos depinxerāt reges iu
de in introitu tēpli iuxta exedram
nathāmelech eunuchi penit9 de-
ſtruxit. Fecerant ibi iudei idolum
ſolis quaſi pueꝝ īberbē: q2 nullū
patit̄ ſeniū: ſed quotidie renouat̄.
Fecerāt ꝛ ei equos ꝛ currū: putan
tes ꝙ in hūc modū heliā trāſtuliſ
ſet. Et aſcēdēs rex ī bethel ſup al
tare qđ fecerat ieroboam cōbuſſit
oſſa ſacerdotū ꝛ falſoꝝ ꝓphetaꝝ
eruta đ ſepulchris excelſoꝝ iuxta
vbū abdon ꝓphe: cui9 titulū cū le
giſſet ī ſepulchro ꝑcepit ne moue
rent̄ oſſa ei9: nec ēt illi9 cū quo ſe-
pult9 erat. Idipm fecit in excelſis
ſamarie ꝛ ī vrbib9 manaſſe ꝛ effraī
ꝛ ſymeōvſq3 ī neptalim: oſſa de tu
mulis excelſoꝝ eruta ſup altaria
cōburēs: ꝛ tā oſſa q3 altaria in pul
uerē redigēs. Hoc ꝑdictū erat de
ioſia añ ānos. ccclxj. ꝛ reuerſus in
hierlm fecit phaſe ꝯuocās ad illō
ēt filios iſrl' q̄ captiuitatē aſſyrioꝝ
aliquo mō effugerāt: vel ēt de ca-
ptiuitate

ptiuitate aliquo caſu redierāt. Et
tradītur de his hūiſſe ad.xj.milia
B nathineoꝝ. Nō eſt fctm̄ phaſe ta=
2.pa. le.a dieb⁹ iudicū. In paralipome.
35. legit a dieb⁹ ſamuel'. ꝙ poſſet dici
vitio ſcriptoꝝ fctm̄ ⁊ ſcriptū eē ſa
muel'.p ſalomonis n:ſi id:pꝫ l ioſe
pho legeret. Pōt ꝙ ītelligi ꝙ ſamu
el fecerit phaſe. Et ſi l hiſtoria non
legat. Qð aūt iudices fecerūt pha
ſe: certū ē: qm̄ moyſes ⁊ ioſue iudi
ces fuerunt et factū eſt hoc phaſe
in hierl'm.xviij.anno regni ioſie.

¶ De morte ioſie. Capi.xxxvij.

F In dieb⁹ ei⁹ aſcendit pharao
4.re. nechao rex egypti ꝯ regē aſ=
23 ſyrioꝝ. Audierat em̄ eū iā debili=
tatū: qꝛ medi ⁊ babylonij a monar
chia ei⁹ receſſerāt. ⁊ eſtimabāt qð
de facili poſſet obtinere ſyriā. Pri
mo aggreſſus erat regē adremō
q̄ regnabat tūc in carchamis. De
ſcēdit ꝙ ioſias in occurſum ei⁹ pro
hibēs ne trāſitū faceret p iudeā ⁊
miſit pharao ad ioſiā dicēs: quid
mihi ⁊ tibi rex iuda? nō aduerſum
te venio: ad eufratē ꝓpero. Mittit
me de⁹ ad medos: ſine me ne de⁹ q̄
mecū eſt īterficiat te. Et nō adq̄e=
uit ioſias: ſed cū rege adremon cō
ponebat acies vt dimicarēt aduer
ſus pharaonē. Et forte dū trāſiſ=
ſet a curru in currū qui ſeq̄bat cū
more regio. occiſus eſt a ſagitta=
rijs i cāpo magedō ⁊ plāxit eū in
cōſolabil'r adremō rex cū exercitu
ſuo. Un̄ ⁊ illud dictū eſt: erit plan=
ct⁹ ſicut plāct⁹ adremō. Tradit āt
ꝙ iuxta arborē ⁊ fontē occiſus fue
rit q̄ ſtatim aruerūt. ⁊ relat⁹ eſt in
hierl'm: et ſepult⁹ eſt in mauſcolo
patrū ſuoꝝ. Et planxit eū vniuer
ſus iuda in hierl'm: ⁊ maxime Je=
remias: qui ſup exequias ei⁹ ſcri=
pſit threnos lamētabiles. Quō ſe
det ſola ciuitas ⁊c. quib⁹ vtebātur
cantores ⁊ cātatrices ſup exeq̄as
ioſie. Et longis tpib⁹ in iudea ſup
ioſiā eos replicabāt. Quib⁹ poſtea
ſuperaddidit idē Jeremias alias
lamētatiōes ſup excidio ciuitatis

¶ Incidētia.

¶ In dieb⁹ ioſie q̄rtus romanoꝝ
rex aneus marci⁹ nume nepos ex
filia aductinū montē ⁊ ianiculum
vrbi tradidit. Supramare.xvj.ab
vrbe miliario ciuitatē hoſtiā cōdi
dit oraculo dodoneo primū gre=
cia vſa.eſt. Quintus romanoꝝ rex
tarquinius priſc⁹: qui circū rome
edificauit muros ⁊ cloacas ⁊ capi
tol:ū extruxit: ludos romanos in=
ſtituit. Arion a delphino in thea=
trum deportatus eſt.

¶ De ioachim vel ioachas.
Capitulum.xxxviij.

Reliquit autem ioſias tres fi R 4.re.
lios: heliachim qui ⁊ iecho 23.
nias pmogenitū.xxv. annoꝝ. me=
diū aūt ioachas q̄ ⁊ ſellū dict⁹ eſt
xxiij. annoꝝ ⁊ tertiū mathaniā: cir
citer.viij. annos. Tulit ppl's terre
mediū filiū ioachas: et ꝯſtituit eū
regē p patre ſuo qui trib⁹ mēſib⁹
tm̄ regnauit i hieruſalē. Nā vt di
cit paralipomenon: veniens pha= B
rao nechao rex egypti in heruſa= 2.par
lem amouit eum: ⁊ impoſuit mul= lip.36.
ctā terre.c.talenta argēti: ⁊ vnum
auri. ⁊ ꝯſtituit regē p eo fratrem
eius primogenitū heliachim ſibi
tributariū. Et mutato noīe voca=
uit eum ioachim: vt mutatio noīs
eſſet ſignum ſubiectionis: ⁊ duxit
ſecū ioachā in dolo ſub ſpe hono
randi eū i egypto. Nā cū veniſſet
in reblata vinxit eū. ⁊ ligatū miſit
eū in carcerē i egypto. Porro ioa=
chim.xxv. annoꝝ erat cū regnare
cepiſſet: ⁊.xj. annis regnauit i hie=
ruſalē. ⁊ fecit malū corā dn̄o iuxta Iuci
oīa q̄ fecerāt pr̄es ei⁹. ¶ Cūq3 ar= dens
gueret eū vrias ꝓpha: cōminatus
eſt ei valde: ⁊ fugit vrias i egyptū.
Et miſit poſt eum ioachim ⁊ redu
xit eū: ⁊ morte turpiſſima īterfecit
eum. Anno quarto regni ioachim B
cepit regnare in babylone nabu= Jer.25
chodonoſor qui victo rege egypti
tulit oīa q̄ eius fuerāt: a riuo egy
pti vſq3 ad flumē eufratē: ⁊ trāſiēs
eufratē oēm ſyriā vſq3 ad peluſiū
cepit pter iudeā. Porro anno q̄r=
to ioachim locutus eſt Jeremias
ad oēm

ad oēm populum iuda ⁊ ad ciues
hierl'm dicēs. A tertiodecimo an-
no ioſie locut⁹ ſuz vobis ꝟba dñi ⁊
hodie eſt. xxiij. ann⁹: ⁊ nō audiſtis
me. Propterea hec dicit dñs. Ad-
ducā ſuū meū nabuchodonoſor
ſuꝑ terrā hāc: ⁊ ſuꝑ oēs natiōesq̄
in circuitu ei⁹ ſunt: ⁊ ſeruient regi
babylonis. lxx. annis. Cūq; ipleti
fuerint āni. lxx. viſitabo ſuꝑ regē
babylōis ⁊ ſuꝑ terrā chaldeoꝝ ini
quitates eoꝝ: ⁊ ponā illā in ſolitu
dines ſempiternas. Et mirabanť
ꝙ tā audacter loq̄reť. Nā ⁊ i ꝓnci
pio regni ioachi: cū ſtaret i atrijs
B tēpli ⁊ dixiſſet. Hec dixit dñs. Da
Je. 26. bo domū hāc ſicut ſilo: ⁊ vrbē hāc
dabo in maledictionē: apprehēde
runt eū ſacedotes ⁊ ꝓphete ⁊ oīs
populus dicētes. Morte moriať.
Et aſcēderūt de domo regis ꝓnci
pes iuda: ⁊ ſederūt in porta dom⁹
dñi: ⁊ accuſabāt Jeremiā ſacerdo
tes ⁊ ꝓphe. Qui rñdit: miſit me do
min⁹ vt ꝓphetarē aduerſus locuz
iſtū. Ecce i manib⁹ vřis ſuz: facite
qđ rectū eſt in oculis vřis. Et libe
rauerūt eū ꝓncipes a manib⁹ ppli
⁊ maxie aicħā fili⁹ ſaphā dicēs ꝙ
micheas in dieb⁹ ezechie ſiħa ꝑdi
caſſet: ⁊ multi ꝓphete in dieb⁹ re-
gū: nec aliq̄d a regib⁹ ꝑpeſſi ſunt
ſed honorati. Clauſerūt tñ princi
pes Jeremiā ne publice ꝑdicaret.
Dixitq; tūc dñs ad Jeremiā. Tol
A. B. le volumē: ⁊ ſcribes oia ꝟba q̄ locu
Je. 36. tus ſuz tibi ꝓduerſus iudā ⁊ alias
gentes a diebus ioſie vſq; ad diez
hāc ⁊ ꝯuocauit Jeremias baruch
filiū nerie: ⁊ ſcripſit baruch ex ore
Jeremie oēs ſermones dñi: et di-
xit ad eū Jeremias. Clauſus ſum
nec valeo igredi domū dñi. Ingre
dere ergo tu ⁊ lege q̄ ſcripſiſti in
die ieiunij audiēte poplo ⁊ vniuer
ſis q̄ veniūt de ciuitatib⁹ ſuis. Et
fecit baruch ſicut ꝑceperat ei Je-
remias: ſepe legens in domo dñi.
Factū eſt aūt i āno q̄nto Joachim
in mēſe. ix. ꝑdicauerunt ieiuniū oi
populo in hierl'm: ⁊ vniuerſis qui
fluxerāt de iuda. Et legit baruch
ſermones Jeremie i introitu por-
te none dom⁹ dñi. Qđ cū audiſſet
fili⁹ gamarie micheas: deſcendit
ad ꝓncipes ⁊ ſeniores dom⁹ regis
qui ſedebāt in gazophilatio ſcri-
be. Qui cū nunciaſſet eis q̄ audie
rat: aduocauerunt ad ſe baruch.
Qui cū legiſſet oia verba corā eis
obſtupuerūt ⁊ dixerūt ei. Abſcōde
re tu et Jeremias: ⁊ nemo ſciat vbi
ſitis. Et ingreſſi ſunt ad regē qui
ſedebat in domo hyemali menſe
ix. ⁊ poſita erat arula corā eo ple-
na prunis. Cūq; legiſſet iudi filia-
us nathanie tres pagellas vł. iiij.
ſcidit rex volumē ſcabello ſcribe. ⁊
ꝓiecit in ignē donec cōſumeretur.
Quibuſdā tñ ꝯdicentibus ꝑcepit
rex ſeruis ſuis vt cōprehenderent
baruch: ⁊ Jeremiā: dñs aūt abſcō
dit eos. Et dixit iterū dñs ad hie-
remiā. Scribe rurſum in volumi-
ne oēs ſmones quos cōbuſſit ioa
chim: ⁊ ſuꝑaddes plures: ⁊ preci
pue ea q̄ dicit dñs ꝯ ioachim. Nō
erit ex eo q̄ ſedeat ſuꝑ ſoliū dauid
⁊ cadauer ei⁹ ꝓijcieť ad eſtū ꝑ diē
⁊ ad gelu ꝑ noctē. Nō plangēt eū
vel frater vel ſoror. i. nō plangent
eū frater ⁊ ſoror: dicētes ve: nō cō
crepabūt ei ve dñe: ⁊ ve iclyte. Se E
pultura aſini ſepelietur: putrefa- Je. 22.
ctus ⁊ proiectus extra portas hie
ruſalem.

De nabuchodonoſor et morte
Joachim. Capitulū. xxxix.

Actū eſt aūt i anno A
viij. ioachi iꝑe ēq̄rt⁹ 4. reg.
annus nabuchodo- 24.
noſor: aſcēdit nabu-
chodonoſor i iudeā
⁊ depopulabať eā.
Rechabite aūt q̄ habitabāt in ta-
bernaculis ſeorum ab oibus timē
tes aſcēderūt in hierl'm vt ſalua-
rēt alas ſuas. Et dixit dñs ad Je-
remiā. Uade ⁊ itroduces oēs re- A
chabitas i vnā exedrā theſauro Je. 25.
rū iuxta domū dñi. Et introduxit
eos in gazophilatiū filioꝝ ennō:
⁊ poſuit coram eis cyphos ⁊ cali
ces plenos vini dicens. Bibite vi-

num

num. Qui reſponderũt. Nõ bibe-
mus: q2 ionadab filius rechab pr̃
nr̃ p̄cepit nobis dicẽs. Nõ bibetis
vinũ vos ⁊ vxores vr̃e ⁊ filij vr̃i vſ
q3 in ſempiternũ: domũ non edifi-
cabitis: ſemẽtẽ nõ ſeretis: vineas
non plantabitis in tabernaculis
habitabitis cũctis dieb9 vt viua-
tis multis dieb9 ſup terrã in qua
peregrinamini. Tũc ait dñs ad Je-
remiã. Dic habitatoribus hierl'm.
Hec dicit dñs. Nunq̃d nõ accipie-
tis diſciplinam vt obediatis mihi
ſicut rechabite patri ſuo. Propter
ea inducã ſup vos mala q̃ locut9
ſum: de ſtirpe ṽo rechab non defi
ciet vir ſtãs in cõſpectu meo. Por-
ro cũ audiſſet nabuchodonoſor ĩ
hierl'm cepit ioachim ⁊ ligauit euz
⁊ trahebat ſecũ in babylonẽ: ⁊ no
biles cũ eo. In itinere ṽo impoſuit
ei nabuchodonoſor tributũ ⁊ remi
ſit euz in hierl'm: ſ3 obſides traxit
ſecũ pueros de ſemine regio: da-
nielẽq3 ⁊ tres pueros: ⁊ ſeruiuit ei
ioachim trib9 annis. S3 cũ audiſ-
ſet q rex egypti iterũ pugnare vel
let ꝯ nabuchodonoſor negauit ei
tributũ qð p̄miſerat. Et aſcendẽs
rex babylonis in hierl'm ſub iure
federis intrauit eã. S3 cũ ĩtraſſet
fidẽ nõ ſeruauit: ſ3 iuuenes fortiſ-
ſimos quoſq3 occidit vna cũ rege
ioachim quem ⁊ ante muros in ſe
pulchrũ p̄ijci iuſſit. Et q2 nõ ſerua
uerũt ei fidẽ hoſtes iõ forte liber
B regũ vocat eos latrũculos, dicẽs.
4.reg. Et immiſit dominus in ioachĩ3 la
24. trunculos chaldeorum ⁊ ſyrie et
moab: ⁊ amon vt diſperderent eũ
iuxta ṽbuz dñi. Nã ſtigmata ſunt
ĩuẽta in corpe occiſi ꝯ legez. i. nom̃
idoli qð colebat codonazer. Et cõ
ſtituit nabuchodonoſor filiũ eius
regẽ ioachim equiuocũ. ſ. p̄ri: dictuz
iechoniã. Octo decez annox erat
ioachĩ cũ regnare cepiſſet: ⁊ trib9
tm̃ mẽſib9 regnauit ⁊ x. dieb9. Nã
cum receſſiſſet nabucho. timuit ne
ioachĩ memor necis p̄r̃ne adhere
ret egyptijs ⁊ pugnaret aduerſus
eũ: ⁊ iõ rediẽs ⁊ obſedit hierl'm: S3

ad vocẽ hieremie egreſſus eſt ioa-
chim ad eũ cũ mr̃e ⁊ oĩ domo ſua
⁊ p̄ncipib9 ei9. Et ſuſcepit eos rex
babylonis ãno. viij. regni ſui. ⁊ tu
lit vniuerſa vaſa aurea de domo
dñi ⁊ theſauros dom9 regie. ⁊ trãſ
tulit in babylonem cũ rege ⁊ mr̃e
ei9. De domo circiter duo milia: ð
p̄ncipib9 ⁊ viris robuſtis. vij. milia
artifices ⁊ ĩcluſores mille: ĩ ſũma
q̃ſi. x. milia. Inter q̃s erat mardo-
cheus ⁊ ezechiel adhuc iuuenis ð
gn̄e ſacerdotũ. Videt̃ ĩ iioſephus
velle q iã duos libros ſcripſerat
de futuro vrbis excidio q̃s relic̃t
in iudea. Iſti q2 ſpõte ſe tradide-
rũt p̄prie dicti ſunt trãſmigratio
iude. Alij ṽo q̃ poſtea p violẽtiam
tracti ſũt p̄prie dr̃ captiuitas iu
de. Ab hac trãſmigratiõe iude. ſ.
ab. viij. ãno regni nabuch. q̃dã in
choãt nũerare. lxx. annos captiui
tatis. ¶ De ſedechia. ca. xl.
ET Conſtituit nabuchodonoſor D
regẽ ĩ hierl'm patruum ioa- 4.reg.
chim mathaniã vt ſeruiret ei ſub 24.
tributo: ĩterpoſita religiõe: iuſiu-
rãdi: ⁊ mutato noĩe vocauit eũ ſe-
dechiã. Triceſimuz primũ etatis
annũ agebat ſedechias cũ regna
re cepiſſet. ⁊. xi. annis regnauit in
hierl'm: ⁊ fecit malũ corã dño ſicut
ioachĩ frater ei9. Erat enĩ ſupbus
cogitans vt adhereret regi egy-
ptiox: ⁊ nõ ſuaret iuſiurãdũ regi
babylõis. Decipiebãt ãt eũ pſeu-
do p̄phete dicẽtes ĩ p̄rimo baby
lonios vincẽdos ab egyptijs. Cũ
q3 diceret ei Jeremias vt ſpẽ po- B
neret ĩ dño ⁊ nõ ĩ hoĩe: dixit ad eũ Je. 18.
dñs. Deſcẽde ĩ domũ figuli et ibi
audies ṽba mea. Et deſcendit. Et
ipſe figul9 faciebat op9 ſup rotã: ⁊
diſſipatũ ẽ vas ĩ manib9 ei9: ⁊ con
uerſ9 fecit ð eodẽ luto alter vas ſi
cut placuit ĩ oculis ei9: ⁊ dixit dñs
ad Jeremiã: dic domui iuda. hec
dt dñs. Nũq̃d ſicut facit figul9 po
tero facere vob yt deſtruã ⁊ diſpdã
vos ⁊ penitens edificẽ et plantẽ.
Factũ eſt aũt ĩ ãno. iiij. regni ſede
chie miſerũt ad eũ nũtios rex edõ

lex

rex moab. rex tyri: rex amõ: rex ſi-
donis petētes vt pariter federati
vnanimiter tributa negarent regi
babylonis. Et dixit dñs ad hiere-
A miā. Fac tibi catenas ligneas. i. re
hie.27 tortas. vi. ⁊ pones vnam in collo
tuo ⁊ alias quinq dabis in manus
nūtiorum quinq regum coram ſede
chia dicēs. Hec dicit dñs quinq regi-
bus ⁊ regi iuda ego feci terram et
dedi eā ei q̄ placuit in ocl'is meis
⁊ nūc dedi oēs terras iſtas i manu
nabuchodonoſor ſerui mei. Gens
aūt ⁊ regnū q̄ nō ſeruierit ei: i gla
dio fame ⁊ peſte viſitabo ſup eos.
Nolite audire v̄ba ꝓphetarū di-
cētiū vobis. Nō ſeruietis regi ba-
bilonis ne pereatis cū eis. Et cum
cōpleuiſſet hieremias mandatum
dñi corā ſedechia: ananias ꝓphe
ta de gabaō tulit catenā de collo
hieremie ⁊ cōfregit eā dicens: hec
dicit dñs. Sic cōfringā iugū regis
babylonis de collo iſtarū gentiuz
poſt duos ānos dieꝝ: ⁊ referri fa-
ciā oīa vaſa dñi ⁊ reducā oēm trāſ
migrationē inde ad locū iſtuz. Et
D ait hieremias/ Amē: ſic faciat dñs
hie.28 q. d. Idipm vellē ego ſi fieri poſſet
Uerūtñ audi anania. Nō miſit te
dñs ⁊ fecisti confidere ppl'm iſtum
in mēdacio. Propterea hoc anno
morieris poſt duos mēſes dierū.
Et mortu⁹ eſt ananias i ānno, illo
mēſe. vij. Nā hoc ꝑdixerat hiere-
mias i mēſe q̄nto. Terti⁹ autē ſe-
dechias ad mortem ananie miſit
nūtios in babylonē cū tributo. Et
miſit hieremias epl'am i manibus
nūtioꝝ ſecreto ad oēm trāſmigra
tionez inde dicens. Hec dicit dñs.
Edificate dom⁹ ⁊ plātate hortos:
ducite ⁊ tradite nuptui: ⁊ querite
pacē ciuitatis ad quā trāſmigra-
re vos feci: ⁊ orate ꝓ ea deū: qꝛ in
pace illi⁹ erit pax vr̄a. Nō vos ſe
ducāt ꝓphete q̄ in medio vr̄i ſunt
q̄ ꝓmittūt vos in breui redituros
qꝛ cū ceperint impleri in babylo-
ne. lxx. anni: reducā vos ad locum
vr̄m. Hec aūt dicit dñs ad achab fi
liū culie: ⁊ ad ſedechiā filiū ama-
ſie: q̄ ꝓphetāt vobis mendacium.
Tradā eos in man⁹ regis babylo
nis: ⁊ ꝑcutiet eos in oculis veſtris
aſſumet̄ ex eis maledictio dicen-
tiū. Ponat te dñs ſicut ſedechiā.
⁊ ſicut achab: quos frixit rex ba-
bylonis in igne: pro eo ꝙ fecerunt
ſtultitiā in iſrael: ⁊ mechati ſunt in
vxores amicoꝝ ſuoꝝ: ⁊ locuti ſup
v̄bū in noīe meo qđ nō mandaui
eis hos duos tradūt hebrei fuiſſe
illos duos ſenes q̄s poſtea diiu-
dicauit daniel. Nec obeſt ꝙ dr̄ rex
babylonis frixiſſe: cū daniel dicat
eos lapidatos. Cōuictos eñi tradi
derūt regi ad penā q̄ noīe ignis ſi
gnificata eſt. Cūq3 rediiſſent nun-
tii de babylone: attulerūt l'ras ex
ꝑte pſeudo ꝓphāꝝ ad ſacerdotes
in hierl'm in hec v̄ba. Poſuit vos
dñs i domo ſua ſup oēm viꝝ arre
pticiū: ⁊ ꝓphetātē: vt mittatis euz
in neruū ⁊ i carcerē: ⁊ nūc q̄re non
increpatis hieremiā q̄ dixit vobis.
Edificate domos qꝛ nō redibitis. D
Et legit ſophonias epl'am corā ſe hie.29
dechia in aurib⁹ hieremie. Et ait
hieremias. Hec dicit dñs. Super
eos q̄s tranſmigrare feci viſitabo
v̄bū bonū vt reducā eos: ſup vos
aūt q̄ nō eſtis egreſſi cuz eis imit-
tā gladiū ⁊ famē ⁊ peſtē: ⁊ ponam
vos q̄ſi fic⁹ malas q̄ cōedi nō pñt.
Oñdit eñi dñs mihi ſignuz: ⁊ ecce
duo calati pleni ficis poſiti ſūt añ A
templū. Et dixit dñs ad me. Quid hiere-
tu vides hieremia. Et dixit. Ficus mi.24
fic⁹ bōas: bōas valde: ⁊ fic⁹ malas
malas valde. Et ait dñs ſicut fic⁹
he bone: ſic cognoſcā: tranſmigra
tionē quā emiſi de loco iſto ⁊ redu
cā eos i terrā hāc. Et ſicut fic⁹ peſ
ſime: ſic dabo ſedechiā ⁊ reliq̄s q̄
remāſerūt in hac vrbe i vexationē
⁊ opprobriū oībus regnis terre.

¶ De laguncula teſtea. Ca. xli.

ET dixit iterū dñs ad hiere- A
miā vade ⁊ accipe lagūculā hie.19
figuli teſteā ⁊ duces tecū de ſenio
rib⁹ ſacerdotū: ⁊ de ſeniorib⁹ ppl'i
ad vallem filioꝝ ennon q̄ eſt iuxta
introitū porte fictilis ⁊ cōteres lagū

culam in

culā in oculis eoꝝ ⁊ dices. Hec di
cit dñs. Sic conteram locum iſtuȝ
⁊ ciuitatē hāc nec vocabit̄ locus
iſte āpli⁹ tophet⁊ vallis filioꝝ en
nō ſȝ vallis occiſiōis. Implebo⁊ei
cū cadaverib⁹ eo ꝙ nō ſit ali⁹ loc⁹
ad ſepeliēdū. Et venit hieremias
de tophet⁊ ſtetit i atrio dom⁹ dñi
⁊ dixit ad omnē pplm. Hec dicit
A dñs. Ecce inducā ſuꝑ hāc ciuita-
hie. 20 tē vniuerſa mala q̄ locut⁹ ſum ad
uerſus eā. Et indignat⁹ faſſur ſa
cerdos pcuſſit hieremiā⁊ miſit eū
in neruū in porta bēiamin ſupio-
ri in domo dñi. Cūq̄ illuxiſſet in
craſtinū eduxit faſſur hieremiām
de neruo:⁊ dixit ad eū hieremias.
Nō faſſur vocauit dñs nomē tuū
ſȝ pauorē vndiq̄. Interpretat̄ eñ
faſſur vt faſco: oris nigredo. q. d.
Nō habebis oris nigredinem. i.
ptātē imperādi iniqua:ſȝ pauēs
vndiq̄ captiuus duceris in baby
lonē:⁊ orauit hieremias ad dñȝ.
Dñe de⁹ exercituū q̄ vides renes
⁊ cor:videam vltionē ex eis:tibi
enim reuelaui cauſam meam.

¶ De prima obſidione hieruſa-
lem. Capitulum. xlij.

A Porro i āno q̄nto ſedechie
eſaie.1. ipē ē ann⁹. v. trāſmigratio
nis ioachiȝ exeorſus ē eze
chiel ꝓphetare in babylone ad
captiuos poſtq̄ acceperāt eplām
hieremie. Propheciā cui⁹ ſicut ⁊
danielis poſtea pſeq̄mur poſt ex
hie.21. cidiuȝ vrbis ⁊ obitum hieremie.
Porro i pncipio. anni ix. ſedechie
nabuch. obſedit hieroſolymā q̄r
negauerat ei ſedechias tributū.
Et miſit ſedechias ad hieremiā
faſſur ⁊ ſophoniā ſacerdotes di-
cēs. Interroga ꝑ nobis dñȝ ſi for
te faciat nobiſcū mlaȝ ⁊ rñdit hie
remias. Hec dicit dñs. Dabo ſe-
dechiaȝ regē iuda ⁊ ſeruos ei⁹:⁊
pplm ei⁹ in manu nabucho. regis
babylonis:⁊ pcutiet eos i ore gla
dij ⁊ nō flectet̄ nec parcet neq̄ mi
ſerebit̄. ¶ Et libere ābulabat hie
A remias i medio populi eadē cla-
hie. 37 mans. Porro rex egypti egreſſus
eſt de egypto cuȝ exercitu q̄ſi ſolu
tur⁹ obſidionē hierl'z⁊ receſſit rex
babylonis a hierl'z i occurſum ei⁹
⁊ fugauit eū i ore gladij:⁊ d̄ ſyria
coegit exire. Cūq̄ diſceſſiſſet na-
buchodonoſor a hierlm illuſerūt
falſi ꝓphete hieremie:⁊ decipie-
bāt ſedechiā dicētes. Nō reuertē
tur babylonij:ſȝ redibit tranſmi
gratio nr̄a ad nos cū oibus vaſis
dñi. Hieremias aūt c̄tria his ⁊ ve-
ra ꝓphetabat dicēs. Tradet̄ ſedē
chias i manu reg̃ babilōis:⁊ lo-
quet̄ os ei⁹ cū ore ipſi⁹ ⁊ oculi ei⁹
oculos ei⁹ videbūt:⁊ in babylonē
ducet ſedechiā. Impij ꝟo dicebāt
hieremiā a mēte exceſſiſſe. Porro
hieremias ſtrauit aſinū vt egre-
deret̄ ad anathoth vicū ſuū q. xx.
ſtadijs diſtat a hierlm. Cūq̄ pue-
niſſet ad portā bēiami cuſtos por C
te ierias appḣēdit eū dicens. Ad hie. 37
caldeos ꝓfugis. Et adduxit eū
ad pncipes. Qui ceſum miſerunt
in carcerē q̄ erat i domo ionathe
ſcribe. Et ſedit ibi hieremias die
bus mltis:⁊ venit ad eū ananeel
fili⁹ ſellū patrui ſui ad veſtibuluȝ
carceris:⁊ ait. Eme agrū meū qui
eſt i anatoth:tibi eñ cōpetit hr̄di A
tas tanq̄ ꝓpinq̄ori. Et intellexit hie.32.
hieremias ꝙ ꝟbū dñi eſſet ⁊ emit
agrū appēdēs ſeptē ſtateres⁊ de
cē argēteos:⁊ adhibuit teſtes:et
ſcripſit librū poſſeſſiōis ſignatuȝ
⁊ ſtipulatiōes ⁊ rata:⁊ ſigna foris
ſec⁹:⁊ reſcriptū libri fecit aptū:et
in oclis ananeel ⁊ teſtiū dedit li-
bros baruch dicens. Sume librū
ēptiōis hūc ſignatū:⁊ hūc librū q̄
apt⁹ eſt:⁊ pone eos i vaſe fictili vt
pmanere poſſint i dieb⁹ mltiſ hec
eñ d̄t dñs. Adhuc poſſidebunt̄ ⁊
agri ⁊ vinee i terra iſta d̄ q̄ vos di
citiſ:q̄r deſerta erit. Ecce ego cōgrega
bo vos de vniuerſis terris:ad q̄s
eieci eos ad locū iſtum:⁊ habita-
būt cōfidēter:⁊ feriā cū eis pactū
ſempiternum. ¶ De ſcda obſi
dione hieruſalem. Capi. xliij. A
Porro āno nono ſedechie. x. 4.reg.
mēſe. x. die luna. xrij. redijt 25.

nabuȝardan

nabuzardan princeps exercit⁹ ba
bylonis: ⁊ principes nabuchodo
noſor cũ eo: ⁊ circũdederũt hieru
ſalẽ ⁊ extruxerãt i circũitu ei⁹ mu
B nitiões: ⁊ clauſa eſt ciuitas. xviij.
hie. 37 mẽſib⁹. ¶ Perterritus itaq; ſede
chias tulit hieremiã de carcere ⁊
interrogauit eũ i domo ſua ſecre
to dicẽs. Putas ne eſt ſmo a dño
q: redieſt chaldei. Qui rñdit. In
manu regis babylonis traderis.
Sed obſecro dñe mi rex ne remit
tas me in carcerẽ ionathe ne mo
riar ibi. Et pcepit rex vt traderet
in veſtibulũ carceris: ⁊ vt daret ei
torta panis quotidie excepto pul
mẽto donec ↄſumerẽt oẽs panes
de ciuitate. ¶ Et clamabat hiere
mias i veſtibulo carceris. Qui re
mãſerint in ciuitate fame aut gla
dio peribũt: q ↄfugerit ad hoſtes
q̃dãmõ mortẽ declinabũt. Et con
uenerunt pncipes ⁊ ſeniores ciui
tatis ad regẽ dicẽtes. Rogam⁹ te
vt moriat hõ iſte de induſtria eñ
diſſoluit manus viroꝝ bellãtiũ.
Plane mẽtit cũ dicit. Sedechias
vinct⁹ ducet i babylonẽ. Ezechiel
eñ in babylone pphetauit dicẽs
Sedechias nõ videbit ba bylonẽ.
Et dixit rex ad eos. Ecce ipſe in
manib⁹ vr̃is eſt: nec eñ fas eſt re
gẽ vobis q̄cq̃ negare. Tulerũt er
go hieremiã ⁊ depoſuerũt eũ cũ
funio⁹ in lacũ helchie in q nõ erat
aqua ſ; lutũ vt morte ppria ſuffo
cat⁹ periret: ⁊ erat ppheta i luto
vſq; ad guttur: qd erat ei amari⁹
oi morte. Tũc abdemeſech ethi
ops vir eunuch⁹ de domo regis
ſecreto dixit ad regem. Peccare te
fecerũt viri iſti grauiter. Qui rñ
dit. Tolle tecũ. xxx. viros ⁊ leua p
phetã d lacu anteq̃ moriat. Qui
aſſumptis viris tulit pãnos vete
res de domo regis q cõputruerãt
⁊ ſummiſit eos in lacũ p funicu
los ⁊ dixit ad hieremiã. Pone iſtã
nos veteres ſub cubitu manuum
tuaꝝ: ⁊ ſup funes. Quo facto edu
xerũt eũ de lacu: ⁊ vocauit eũ ter
ſecreto ad oſtiũ tertiũ qd erat in
domo dñi et ait. Interrogo te ne
abſcõdas a me aliqd. Qui rñdit.
Si ↄſiliũ dedero tibi non me au
dies. Si aũt nũtiauero tibi iterfi
cies me. Et iurauit ei rex dicens.
Viuit dñs nõ occidã te nec tradã
te i man⁹ viroꝝ q q̃rũt aiaz tuã: ⁊
ait hieremias. Si exieris ad pnci
pes babylõis ſalu⁹ eris tu ⁊ dom⁹
tua ⁊ ciuitas hec nõ ſuccẽdet. Si
nõ exier;: ciuitas ſuccẽdet ⁊ tu cũ
domo tua nõ effugies manu⁹ eoꝝ.
Et ait rex. Facerẽ qd dicis: ſed ti
meo ↄtribules q trãſiert ad chal
deos: ne forte accuſẽt me ⁊ tradar
i manu eoꝝ ⁊ illudãt mihi. Et ait
hieremias. Nõ trader;. Tunc rex
inqt. Null⁹ ſciat vba hec. Si q̃ſie
rit a te: qd locut⁹ ẽ tibi rex / dices.
Proſtraui me corã rege ne redu
ceret me i carcerẽ. ¶ De fuga
ſedechie capta vrbe Cap̃. xliij.

Porro defecerũt victualia i ci A
uitate adeo vt mulieres come hie. 39
derẽt puulos ſuos ad mẽſurã pal 4. re
mi: ſicut legit i 25.
threnis hiere B
mie. Capta ẽ aũt
ciuitas. xi. ãno
regni ſedechie.
q̃rto mẽſe ix. die
menſis ſm ioſe
phũ: ⁊ librũ re
gũ ſm hier. vo
v. die capta ẽ ci
uitas circa me
diã noctẽ ⁊ ſederũt pncipes baby
lonij i porta media. Fugitãt ſede
chias cũ oi domo ſua nocte: ⁊ pn
cipes amici ei⁹ cũ eo p viã horti re
gis. Et igreſſi ſũt ad viã deſerti.
Quod cũ nũtiatũ eẽt a qbuſdã tra
dicijs pncipib⁹ babylõis pſecu
ti ſũt eũ a diluculo: ⁊ cõphẽderũt
eũ in cãpo ſolitudis hiericõtine.
Preſãt pncipũ diſpſi ſũt ⁊ receſ
ſerũt ab eo. Ipz vo cũ reliq̃e vlatũ
traxerũt ad regẽ babylõis i rebla
ta. Qui locut⁹ ẽ cũ eo iudiciũ: dicẽs
eũ igratũ fuiſſe pcepti ab eo ipſi⁹
⁊ ↄ munificũ hoſtilr egiſſe ⁊ deie
raſſe i deũ: ⁊ addidit. Magn⁹ de⁹

Additio.
Quarto mẽſe in
nij capta ẽ ciui
tas ſ; miſerũt nũ
tios ad regẽ i re
blata qd vellet
fieri de vrbe ⁊ p
inde ſerui mora
ti ſunt i. vj. mẽ
ſe deſtructa eſt.

habens

hāc tuā neqͨiam odio te tradidit
mihi. Et occidit filios eiꝰ corā eo ⁊
ſaraiā ſūmū ſacerdotū: cuiꝰ filiꝰ io
ſedech refuauit. Occiditq̄ eunu-
chū q̄ erat ſup viros bellatores: ⁊
iophar ꝑncipē exercitꝰ q̄ ꝓbabat
tyrones: et .v. viros de his q̄ ſtete
rāt corā rege: ⁊ .iij. de ſeniorib⁹ tē
pli. ⁊ .vj. viros ꝓbatos de vulgo.
vel .lxx. ſm hieremiā. Oclos ꝟo ſe
dechie effodit ⁊ catenis vinxit cū
vt adduceret in babylonē: ⁊ cū eo
ioſedech. Et redierūt q̄ duxerunt
eos i reblata ad exercitū hierl̄m.

¶ De incendio templi ⁊ vrbibus
⁊ godolia. Capitu. xlv.

C I
4. Re. Gitur in .xj. anno ſedechie mē
25. et ſe .v. x. die mēſis ipe eſt ānꝰ
hic. 40 xix. nabuchodonoſor regis baby
A lonis nabuzardā incēdit domum
dn̄i ⁊ domum regis: ⁊ oēs domos
hierl̄m ⁊ totū murū hieruſalē per
circuitū deſtruxit: ⁊ tulit ōia vaſa
domꝰ dn̄i: ⁊ colūnas duas ⁊ mare
eneū: ⁊ ligauit ppl̄m vt adduceret
eū in babylonē. Et iſti ppue dr̄
captiuitas iude. Et tulit hieremiā
de veſtibulo carceris: de quo mā-
datū acceperat nabuzardā in hūc
modū. Tolle illū ⁊ pone ſup eum
oclos tuos: ⁊ vt voluerit facias ei.
Tūc ꝓfecit terre godoliā filiū ai
chā vt preeſſet pauperibꝰ q̄ relicti
erāt ⁊ agricolis ⁊ vinitoribꝰ vt red
derēt ſingulis annis vectigalia re
gi babylonis. Sedit aūt nabuzar
dā in roma: ⁊ trahebātur aū cum
catenati. Et tollens de medio eo-
rum hieremiā dixit ad eum. Ueni
mecum in babylonē ⁊ honorabo
te. Qđ ſi diſplicet tibi reſide. Ois
terra in conſpectu tuo eſt: habita
apud godoliā: ⁊ quocunq̄ volue
ris vade. Et tradidit ei nabuzar-
dā cibaria ⁊ munuſcula ⁊ dimiſit
eum. Similiter ⁊ rechabitas libe-
ros abire dimiſit ſedit itaq̄ hiere-
mias ⁊ baruch notariꝰ eius in me
dio ppl̄i q̄ relictus fuerat. Nabu-
zardā vero abijt in babylonē tra
hēs ſecum captiuitatē. Hic fuit exi
tus regni hebreorum. Et regnatū
eſt ſm ioſephū i eo annis q̄ngētis ⁊ Joſe-
xiiij. ⁊ mēſibꝰ .vj. ⁊ diebꝰ decē. Se- phus.
cūdū librū ꝟo regum nō plene q̄n
gētis ⁊ fuerūt in eo reges a dd̄ vi-
ginti ⁊ vnꝰ. Ab edificatiōe ꝟo tem
pli fluxerāt āni .cccc. ⁊ .lxx. ⁊ men-
ſes ſex ⁊ dies decē. Ab egreſſu āt
ppl̄i ab egypto āni mille. ⁊ .lxij. et
mēſes .vj. ⁊ dies .x. Fuerūt aūt i tē
plo ꝑ ſucceſſionē .xv. ſummi ſacer
dotes. a pmo ſadoch quē inſtituit
ſalomō vſq̄ ad pr̄ez iodeſech quē
interfecit rex babylonis.

¶ De morte ſedechie. Cap. xlvj. Joſe

P Orro nabuchodonoſor cū phus
intraſſet babylonē cū triū
pho: victimas ſolennes immola-
uit dijs ſuis: ⁊ ſolēnizauit cū om
ni populo decē diebꝰ. Cūq̄ recum
berēt exhilarati: ꝓcepit rex vt ad-
duceretur ſedechias in mediū: ⁊
aliqui de cātoribꝰ tēpli cū eo qui
pſallerent corā conuiuantibus in
muſicis inſtrumentis: et canerent
hymnos de cāticis ſion. Bibebāt
autē conuiue in vaſis domꝰ domi
ni: quoꝝ quedā nabuchodonoſor
conſecrauit idolis quedā ꝟo ſibi
reſeruauit. Cunq̄ darēt pſallētibꝰ
potum: clanculo precepit rex vt ſe
dechie daretur potus laxatiuus.
Et coram omnibus ignominioſe
laxatus eſt: et irriſum reduxerunt
in carcerē. Qui nimio afflictus do
lore poſt paucos dies mortuꝰ eſt.
Et audiens nabuchodonoſor cau
ſam mortis eiꝰ extrahēs eū de car
cere cum honore regio ſepeliuit.

¶ Incidentia.

¶ In diebus ſedechie factum eſt Inci-
exterminium regni iudeoꝝ ⁊ exor dēcia.
dium habuit q̄nta etas cuiꝰ anno
ſcđo facta eſt ſolis defectio: quā.
Thales mileſius ꝓdixerat in die
bus captiuitatis: romanorum ſex
tus rex ſeruiꝰ nobilis captiue filiꝰ
tres mōtes vrbi addidit. q̄rinalē:
vim nalē: equilinum. Foſſas circa
muros duxit: cenſus romanoꝝ ci
uium primū inſtituit. Tandē occi
ſus eſt a tarq̄nio ſupbo. priſci tar-
quinij filio. Eo tēpore apud gre-

tos.vij.ſapientes ſunt appellati.
¶ In hoc loco dignũ duximꝰ iter
ponere cõtrarietates de collatiõe
annoꝝ regũ iuda ⁊ regũ iſrl':⁊ de
terminatiões earũ q̃ nobis occur
rerunt:vt tandẽ earum hiſtoriam
expeditius proſequamur.

¶ Sedatio cõtrarietatũ. C. xlvij.

IN libro regũ emergunt con
trarietates de collatiõe an=
norũ regũ iuda ⁊ regũ iſrael:q̃ qñ
ꝗ determinari poſſunt. Ubi vo nõ
inuenit determinatio:vitio ſcripto=
rũ credimꝰ hoc accidiſſe:q̃ in pro
prijs noibꝰ ⁊ nũeris ſepe fallunt.
Roboã ⁊ ieroboã primi cõgrega=
uerũt ãnis.xvij.alter in iudea: al
ter in iſrl'. Poſt roboã cepit regna
re abia filiꝰ eiꝰ in hierl'm. In.xviij.
anno ieroboã q̃.xxij.annis regna
uit in iſrael.cõregnauit abia iero
boã tribꝰ annis.qđ ſynecdochice
dictũ eſt hoc eſt duobꝰ ãnis.⁊ ali=
qua parte tertij q̃ erat viceſimꝰ ie
roboã. Et in reliq̃ parte anni eiuſ
dẽ cepit regnare aſa filius abia.⁊
xlj.anno regnauit in hierl'm. An=
no ſcđo aſa regnauit in iſrael Na
dab filiꝰ Ieroboã duobꝰ annis.i.
vno anno:⁊ aliqua pte anni ſcđi q̃
adhuc erat tertiꝰ aſa: ⁊ occidit eũ
baaſa. Et cepit regnare in iſrael ꝓ
eo anno tertio aſa:⁊ regnauit.xxx
iiij.annis:non tñ plenis:q2 tũc re
gnaſſet vſq₃ ad.xxvij.annũ aſa:ſ3
nõ regnauit niſi vſq₃ ad.xxvj. He=
la itaq₃ filiꝰ baaſa cepit regnare i
iſrael anno.xxvj.aſa ⁊ duobꝰ ãnis
regnauit.i.vno anno.⁊ aliqua pte
ſcđi ãni.q̃ erat.xxvij.aſa.⁊ in codẽ
anno zãri interfecit hela.⁊ regna
uit ꝓ eo.vij.diebꝰ. Quo mortuo di
uiſus eſt ppl's. Pars quedã ſeq̃ba
tur thebni altera ſeq̃bat amri ⁊ ꝑ
ualuit amri:⁊ regnauit.xij. annis
in iſrael. ¶ Hic notãdũ eſt ꝙ cõtẽ=
tio de regno iter amri ⁊ thebni du
Notab amri ⁊ thebni — rauit ꝑ tres annos ⁊ vltra:q2 ſtati
dicit ſcriptura ꝙ amri cepit regna
re.xxxj.anno regni aſa. Si ei mor
tuo zamri ſtatim cepiſſet regnare
amri cum electꝰ fuit:ergo regnare
cepiſſet.xxvij.ãno vl' otauo regni
aſa. Uerũ tñ poſtea dicit ſcriptura
eũ cepiſſe regnare in hoc ãno ſue
electionis cũ dicit filium eiꝰ achab
cepiſſe regnare.xxviij.anno regni
aſa. Si eñi duodecim ãnis regna=
uit amri:⁊ inchoauit regnare.xxj.
aſa.⁊ aſa nõ niſi quadragitaꝫ vno
anno regnauit. palã eſt ꝙ amri ſu
peruixit aſa ꝑ vnũ annũ. Quõ er=
go Achab ſuccedẽs pri ichoauit
regnare xxxviij.ãno regni aſa.qđ
ſic ſolui põt. Qñ ſcptura dicit am — Rñſio dubij.
ri cepiſſe regnare.xxxj.ãno aſa:in
telligẽdũ eſt:q2 tũc ſolus ⁊ ſup to
tum iſrael mortuo thebni cepit re
gnare. Qñ aũt dicit regnaſſe eum
xxij.al's.xij.ãnis.a.xxvij.ãno aſa
numerat qñ iſrael eũ elegit in re=
gẽ. Qđ tpˢ extẽdit vſq₃ ad.xxviij.
annũ regni aſa qñ achab regnare
cepit. Huic ſentẽtie ſequens ſcri=
ptura cõſonat q̃ narrat Ioſaphat
filium aſa regnare cepiſſe quarto
ãno regni achab.q̃ fuit vltimꝰ aſa
quadrageſimꝰ.ſ.primꝰ. ¶ Porro
ioſaphat regnauit in hieruſalem
xxv.ãnis.cuiꝰ ãno.xvij. ochozias — De ioſaphat ⁊
filiꝰ achab cepit regnare in iſrl':et — ioram.
duobꝰ annis regnauit. Huic quia
filiũ nõ habuit frater eiꝰ iorã ſuc=
ceſſit in regnũ:⁊ cepit regnare io=
ram in iſrael anno ſcđo ioram fi=
lij ioſaphat. Sꝫ q̃rit ſi i ãno.xvij.
ioſaphat q̃.xxv.annis regnauit.
ochozias cepit regnare ⁊ duobus
tm̃ ãnꝫ regnauit quõ iorã fr̃ eiꝰ an
no ſcđo iorã filij ioſaphat ⁊ nõ po
tiꝰ.xviij.vel.xix.ãno ioſaphat re=
gnat cepit. Preterea i ſeq̃ntibꝰ ſta
tim ſubiungit ſcriptura qđ.xviij.
vel.xix.anno ioſaphat iorã filius
achab regnauerit. Hec contrarie=
tas ſic ſolui põt. Duo ãni quibus — Solutio dubij.
regnare đr ochozias illi ſunt qui=
bus ſolus ⁊ incolumis anteq₃ per
cancellos domus ſue corruiſſet re
gnauit. Reliqui vero octo vel no=
uem anni q̃bus eo languente fra
ter eius ioram adminiſtrationem
regni agebat:non ſibi ſed fratri
deputantur. Uñ.in.xviij.anno re=
gni ioſa

gni ioſaphat regnaſſe ſcribitur io
ram quia tunc regni adminiſtra-
tionẽ ꝓ frẽ q̇ languebat ſuſcepit.
Scriptura ṽo q̃ dicit ꝙ ioꝛã filius
achab ãno ſcdo ioꝛã filij ioſaphat
regnauerit tẽp⁹ q̇ ſol⁹ defuncto iã
fratre regnare cepit attendit. Ex
diuerſoꝝ ſane ſcriptis ꝓphetaꝝ
collect⁹ eſt tractat⁹ libꝛi regũ. Vñ
eſt ꝙ ali⁹ aliđ. ⁊ ali⁹ aliud ſꝫ rõnũ
diuerſitatẽ initiũ ichoationis re-
gni regũ tã iuda ꝙ̃ iſrł aſſignauit.
Joꝛã aũt fili⁹ achab. xxij. ãnis ſuꝑ
iſrł regnauit. Jlla ģ ſcriptura que
poſtea dicit ꝙ anno q̇nto ioꝛã filij
achab regꝫ iſrł regnauit ioꝛã fili⁹
ioſaphat regꝫ iuda tp̃s attẽdit qñ
pꝛo fratre adhuc viuẽte regnũ ad
miniſtrare cepit. ¶ Porro ioꝛã fi-
li⁹ ioſaphat trigintaduoꝝ annoꝛũ
erat cũ regnare cepiſſet: ⁊ octo an
nis regnauit in hierłm ãno. xij. io
rã filij achab regnauit ochozias
fili⁹ ioꝛã regis iuda. Vigintiduoꝛũ
annoꝝ erat cũ regnare cepiſſet: ⁊
vno ãno regnauit ĩ hierłꝫ. Quidã
mẽdoſi codices hñt ioꝛã filiũ ioſa
phat vigintiduoꝝ ãnoꝝ eẽ tm̃ cũ re
gnare cepiſſet: qđ ſtare nõ põt. Si
em̃. xxij. ãnoꝝ tm̃ eẽt cuꝫ regnare
cepiſſet ⁊. viij. annis tm̃ regnauit.
ģ tricenari⁹ erat cũ moꝛtu⁹ eſt: ſed
fili⁹ eius ei ſuccedens iam. xxij. an
noꝛum erat: ergo quando eum ge
nuit ioꝛã. viij. ãnoꝝ erat quod eſt
impoſſibile. Tamẽ hebꝛei tradũt
ioꝛam filiũ ioſaphat. xx. annis re-
gnaſſe ⁊. xlij. vixiſſe qđ videt̃ cõſo
nare illi litere que dicit cũ viginti
duoꝝ annoꝝ eſſe cuꝫ regnare ce
piſſet. Sed tamẽ dicũt ſolos octo
annos q̇bus innocẽter vixit ante
ꝙ̃ ſuos fratres occidiſſet cõputa-
tos illi in regnũ a ſcriptura. Moꝛ
tuo ochozia mater ei⁹ athalia. vj.
annis regnauit ĩ hieruſalẽ. Eiſdẽ
ſex annis conregnauit ei hieu: qui
xxviij. ãnis regnauit in iſrael. An
no. vij. hieu cepit regnare ĩ hieru
ſalem ioas: et. xl. annis regnauit.
Regnauerũt ergo pariter ioas in
iuda: et hieu in iſrael. xxij. annis
Quibus finitis moꝛtuus eſt hieu
⁊ ſucceſſit ei ĩ regnũ ioachas fili⁹
ei⁹ ichoãs regnare ãno. xxiij. ioas
regis iuda. ⁊. xvij. annis regnauit ĩ iſrł. ¶ Sꝫ q̃rit̃. ſi ãno. xxiij. ioas
ioachas cepit regnare: et annis
xvij. regnauit cũ ioas. xl. tm̃ ãnis
regnauit: palã ẽ ꝙ vſq꜄ ad. xxxix.
vel poti⁹. xl. annuꝫ ei⁹ regnauerit
ioachas. Quõ ģ ſtat ĩ ſeq̃nti dicit
ſcriptura qꝛ ioas fili⁹ ioachas ãno
xxxvij. ioas regꝫ iuda regnare ce-
pit. Foꝛte triẽnio viuẽte p̃re ſimul
cũ p̃re r̃gnauit. Foꝛte ſcriptoꝝ ne
gligẽtia q̇ ĩ nũeris ſepe errãt hãc
difficultatẽ peperit. Anno ſecũdo
ioas regꝫ iſrł regnauit amaſias ĩ
iſrael. xxix. annis. Annus ſecũdus
ioas quo amaſias regnare cepit
numeratur. ex quo ſol⁹ defuncto
patre regnauit.

De ioachas ⁊ ioas q̃ſtio.

Solutio.

Vixit aũt amaſias
rex iuda poſtꝙ̃
moꝛtu⁹ eſt ioas
rex iſrł. xxv. an-
nis. ¶ Et h̃ oꝛi-
tur queſtio. Su
pꝛa dictũ eſt ꝙ
amaſias ãno ſe

Additio.
Hoc addit ideo
qꝛ dictũ eſt in ſo
lutione. qꝛ ioas
tribus ãnis pa
tri conregnauit
in iſrael.

Quõ de amaſia ⁊ ioas.

cũdo ioas regis iſrł regnare ĩcho
ans. xxix. annis regnauit. Joas au
tem. xvj. annis regnauit. Quinde
cim itaq꜄ annis ſimul regnauerũt.
Moꝛtuo itaq꜄ ioas ſoli q̃tuoꝛde-
cim anni ſupfuerũt amaſie vel ad
plus quidecim. ¶ Foꝛte errauit
ſcriptoꝛ ponẽs. xxv. ꝓ q̃tuoꝛdecꝫ
vel foꝛte amaſias. viuens deſijt re
gnare. et decẽ vel vndecim annis
vixit: diutius ꝙ̃ regnauit. ¶ Poꝛ-
ro anno. xv. amaſie regnauit ĩ iſrł
ieroboã. xl. ⁊ vno anno. ſimul ita
ꝙ regnauerũt amaſias in iuda. ie
roboã in iſrael. ad plus. xv. annis
Quid eſt igit̃ qđ ſeq̃ẽs ſcriptura
dicit. Quia. xxvij. anno ieroboam
regnauit ozias fili⁹ amaſie in hie
ruſalẽ. ¶ Foꝛte. xv. annis iuda ſi-
ne rege fuit: qꝛ vt dixim⁹ amaſias
viuẽs regnũ dimiſit: et ozias ad
huc paruul⁹ regnare nõ poterat.
Moꝛtuo ṽo patre cũ. xvj. eſſet an

Solutio.

Alia q̃ſtio.

Solutio.

nor̄ꝫ ⁊ ieroboā i iſrl' viceſimūſcpti mū annū regni ſui inchoaſſet regnare cepit i hierlm:⁊ q̄nquagīta duob' ānis regnauit. ¶ Porro āno .xxxviij. ozie regis iude regnauit zacharias fili' ieroboā in iſrl' ſex mēſib'. Et h' oriſ q̄ſtio. Supra dictum eſt q' anno viceſimoſeptimo ieroboā regnauit in iſrael qui cum quadraginta ⁊ vno anno regnauit ozias regnare cepit. ⁊ . lij. annis regnauit. Quatuordeci ita ꝙ ānis pariter regnauerūt ozias ⁊ ieroboā cui ieroboam poſt quadraginta ⁊ vnū annū dſuncto: ſi ſtatim zacharias fili' ei' in regnū ſucceſſiſſet nō i. xxxvij. ſꝫ i decimo quinto āno regni ozie regnare cepit. Aut igit' regnū iſrael. xxiij. annis ſine rege fuit. vel poti' p illos viginti tres annos zacharias filius ieroboā regnauit q̄ tñ illi q' peſſime vixit in regnū nō ſunt computati. Soli aūt ſex mēſes quos corre cti' vixit in triceſimooctauo anno ozie illi ſunt computati. In triceſimo aūt nono anno ozie ſellū occiſo zacharias regnauit in iſrl' vno mēſe. Eodē āno manahen occidit ſellū:⁊ regnauit i iſrl' decē annis. ¶ Anno q̄nquageſimo ozie phaceia fili' manahē regnūit i iſrl' duobus ānis. Anno. liij. ozie phacce filius romelie phaceā interfecit: et regnauit i iſrl' viginti ānis. Anno ſecūdo phacee regnauit ioathā i hierlm. et ſedecim ibi ānis regnauit. Quindecim ḡ ānis ad min' ſimul regnauerūt ioathā in iuda et phacee i iſrael. Et ann' q̄ fuit vltimus ioathā fuit phacee. xvj. ⁊ ita phacee regnauit poſt ioathā tribus ānis i q̄b' ꝯregnauit ei achaz filius ioathan. ¶ Quod ergo legitur ꝙ ozee interfecit phacee et regnauit pro eo viceſimo anno ioathan filij ozie: ex illo tempore regum ioathan ſcriptura numerat. quo patri leproſo conregnauit. ¶ Ubi autem legitur quod anno ſecundo phacee regnauit ⁊ quod ſedecim annis regnauerit. Ab illo tempore numerat quo ſol' mox tuo patre regnauit. Porro duodecimo anno achaz ozee regnauit decē annis in iſrael. Si ergo phacee et achaz tribus tantum annis conregnauerunt vt dictum eſt tūc quarto anno achaz occiſus eſt phacce. Et ſi ozee occiſor eius nō regnauit pro eo vſq; ad duodecimum annum achaz: tūc regnum iſrl' fuit octo annis ſine rege. Ita ꝙ predicte contrarietates ⁊ alie ſi quas pretermiſimus determinari poſſunt vel per ſynedochē. vel q' quidā cum patribus regnauerūt anteq̄ ſoli regnarēt. Uel quia regna quandoq; ſine rege fuerunt.

De Ozia alias q̄ ⁊ zacharia.

Solutio.

De zacharia.

De phaceia.

De ioathan.

De Achāz ⁊ phacee

¶ Explicit hiſtoria librorꝫ regnꝫ. in quibus comprehenduntur etiā libri paralipomenon.

¶ Sequitur hiſtoria libri tobie.

¶ Sequuntur tituli capitulorum in hiſtoriam tobie.

De tobia. Capitulum. j.
De morte godolie. Cap. ij.
De deſcenſu reliquiarum iude in egyptum. ⁊ obitu hieremie. ca. iij.
De captiuitate reliq̄ꝝ inde. iiij.

¶ Incipit hiſtoria Tobie.

Hiſtoria tobie exordiuꝫ habuit in captiuitate. x. tribuum quam fecit ſalmanaſar. Quo vero tempore termīnuꝫ habuerit non ſat's elucet. Uidet' enim ſm literam hiſtorie tobias vixiſſe poſt excidiū hieruſalem ⁊ incendium tēpli. Ait em̄ in cantico ſuo. Hierl'm ciuitas dei caſtigauit te dñs: benedic deū in ſecula ſeculorꝫ: vt reedificet tabernaculum ſuum in te. ⁊ reuocet ad te omnes captiuos. In diebus autem mortis ſue cum prediceret filijs de reditu captiuoꝝ ait. Terra deſerta replebitur: ⁊ domus dei que in ea incenſa eſt iterum reedificabitur. Si vero attēdamus terminum vite. Tobie filij Tobie (fuit em̄ terminus hiſtorie qui fuit ei termin' vite) non inueniemus hiſtoriā deſcendiſſe ad plus vltra tēpora ioſie. Ponamus enim filium cū patre

Prefatio.

C Tobie 13.

B Tobie 14.

tre captiuatā ſexto anno ezechie ⁊ anniculū eſſe.xcix.annis tm̄ vixit.circa.xx. annū ioſie mortu⁹ eſt. Hāc hiſtoriā trāſtulit hieronym⁹ de ſermone chaldeorū in latinū ad petitionē chromatij ⁊ heliodori epiſcoporū. Hāc hiſtoriā iudei inter apocripha ponūt. Hieronymus tñ in prologo ſuo dicit iter agiographa.ꝙ ſi eſſet tamen eſſet in tertio ordine canonis veteris teſtamenti. ſed quia de nullo ordine eſt: dicemus quia hieronymus diffuſi⁹ accepit agiographa:vt iclu deret etiā apocripha ⁊ q2 vicina eſt lingua chaldeorum hebraico ſermoni. vtriuſqȝ lingue peritū loquacē habēs hieronymus ꝙcꝙd ille hebreis verbis expreſſit latino ſmone expoſuit ſub breui:⁊ quaſi vnius diei labore.

Additio. Recole ſupra in pricipio ioſue dictum quod apocriphū dicitur. vel cui⁹ auctor incertus.vel cuius materia incerta.De mate ria autē huius patet et conſtat Agiographum ſacra ſcriptura interpretatur.⁊ ſic quelibet ſcriptura ſacra poteſt dici.

¶ De Tobia. Capitulum.i.

A Tobi.1 Porro tobias ex tribu neptalim fuit.Cūqȝ ceteri ad vitu
B los aureos quos fecerat ieroboā
3.re.12 irēt:ipſe aſcendebat:in hierl'm vt adoraret deū iſrl':primitias ⁊ decimas fideliter offerebat:ita vt i tertio anno ꝓſelitis ⁊ aduenis oēm miniſtraret decimationē:et in oībus legē dei puer obſeruabat.Factus aūt vir accepit ſibi vxorē annā de tribu ſua:⁊ ſuſcepit ex ea filiū quē noīe ſuo vocauit Tobiā. Captus ꝗdē cū vxore ⁊ filio habitauit in niniue.⁊ cuſtodiuit animā ſuā ne contaminaret in cibis gentilium:ſed et cōtribules ſuos non cuſtodiētes ſe grauit arguebat ⁊ dedit illi dñs grāz in oculis ſalmanaſar.Qui dedit ei poteſtatē quocūqȝ vellet ire ad captiuos ⁊ circa eos facerē ꝗcūqȝ voluiſſet.Cūqȝ ambularet ꝑ regionē cū ꝯcaptiuis:monita dās ſalutē.deuenit in rages ciuitatē medoꝝ:⁊ inuenitqȝ i ea quēdā cōtribulē ſuū gabelū egentē:⁊ relīqt ei ſub chirographo decē talenta argenti ꝗ habebat ex his in ꝗb⁹ fuerat a rege honorat⁹.Mortuo autē ſalmanaſar cū fili⁹ ei⁹ ſēnacherib filios iſrl' haberet exoſos.Tobias cōſolabat eos:⁊ egenis miniſtrabat. Cūqȝ reuerſus eēt ſennacherib a iudea multitudine exercit⁹ nocte ab āgelo ꝑcuſſa fugiēs manū domini irat⁹ multos hebreoꝝ fecit occidi:quoꝝ corpa tobias ſepeliebat.Qđ cū nūtiatū eēt regi tulit oēm ſubſtātiā ei⁹ ⁊ eū iuſſit occidi. Tobias vero fugiēs cū vxore ⁊ filio latuit:q2 multi diligebāt eū. Poſt.xlv.dies cū eēt occiſus rex a filijs ſuis rediit tobias i domū ſuam:et reſtituta ſunt ei ablata.

¶ Porro i quodā die feſto cū paratū eēt prādiū apud Tobiā:dixit filio ſuo.Uade ⁊ adhuc aliꝗs ꝺ tribu nr̄a timētes deū vt comedant nobiſcū.Qui reuerſus nuntiauit vnum de hebreis iugulatū iacere i platea:⁊ exiliēs. Tobias ieiun⁹ tulit occulte corp⁹ in domū ſuā ⁊ comedit panē in luctu ⁊ tremore:⁊ cū ſol occubuiſſet ſepeliuit illud:⁊ arguebāt eū ꝓximi ſui dicentes.Hui⁹ rei cā interfici iuſſus es:⁊ iteꝝ ſepelis mortuos.Sz Tobias magis timēs deū ꝙ regē ſepulture occiſoꝝ ſollicitus inſtabat.Cōtigit autē vt quadā die fatigatus a ſepultura domum rediēs iactaret ſe iuxta parietē:⁊ obdormiuit:⁊ ex nido hirūdinū calida ſtercora ſuper oculos eius inciderent:⁊ factus eſt cecus. Hoc autem permiſit deus fieri ad ei⁹ probationem:⁊ ad exemplum patientie impoſterum.Nā ⁊ in omnibus benedixit deum:ſicut beatus iob:et ꝓximos ſuos inſultātes ei increpabat dicēs. Nolite ita loqͥ filij enim ſanctoꝝ ſumus:et vitā A Tob.2

illam expectamus quaz deus da=
turus eſt fidelib⁹ ſuis. Anna vxor
eius ibat ad textrinum opus quo
tidie: ⁊ de labore manuū ſuarum
quod cōſequi poterat deferebat.
Factum eſt autem vt hedum acci
piēs detuliſſet domū: cuius balatū
vir audiēs ait. Uidete ne furtiu⁹
A ſit. Ad hec irata vxor reſpondit.
To.3. Manifeſte vana facta eſt ſpes tua
⁊ eleemoſyne tue perierunt. ¶ Et
ingemuit tobias cū lachrymis di
cens. Et nūc dn̄e ſm voluntatem
tuā fac mecū: ⁊ precipe in pace re=
cipi ſpiritū meū. Expedit eīm mi=
hi mori magis ꝙ viuere. Eadem
die cōtigit vt ſara filia raguel i ci=
uitate medorū audiret ipropериū
ab vna ancillarū ſuarū quā increc
pabat dicēte ſibi. Interfectrix vi=
roꝝ tuoꝝ: nunq̄d occidere me vis
ſicat occidiſti ſeptē viros. Fuit eīm
tradita. vij. viris: ⁊ demoniū noīe
aſmodeus occidebat eos mox vt
ingreſſi ſunt ad eā. Aſcendit ergo
ſara in superi⁹ cubiculū dom⁹ ſue
⁊ trib⁹ dieb⁹ ⁊ noctibus nō mādu
cās nec bibēs: in oratiōe pſiſtens
aiebat. Peto dn̄e de⁹ patrū nr̄oꝝ
vt de vinculo improperij hui⁹ ab
ſoluas me: aut certe deſup terraz
eripias me. In illo tēpore exaudi
A te ſunt preces amboꝝ in cōſpectu
To.4. dn̄i. Et miſſus ē angel⁹ Raphael
vt curaret eos. ¶ Igit̄ cum tobias
putaret ſe exauditum vt moreret̄
dicebat ad filiuz ſuū. Audi fili mi
verba mea: ⁊ ea quaſi fundamēta
in corde tuo ꝯſtitue. Cū moriar ſe
pelies me ⁊ honorē habebis mr̄i
tue dū vixerit. Mortuā circa me ſe
Nota d pelies eā: ſemꝑ i mēte habeto dn̄z
eleemo fili mi: ⁊ ſerua mādata ei⁹: de ſub=
ſyne ꝑ= ſtātia tua fac eleemoſynas: q2 elee
ſtantia. moſyna ab oī pctō liberat: ⁊ ma=
gnā preſtat fiduciā corā deo oib⁹
facientibus eā. Attende fili mi ab
omni fornicatione et a ſuperbia: a
qua ſumpſit initiū omnis ꝑditio.
Cōſiliū a ſapiēte perquire a pec=
catoribus declina. Merces mer=
cennarij nō maneat apud te. No=
li timere fili mi: q2 pauperē vitam
egimus: ſed multa bona habebi=
mus ſi timuerim⁹ deū. ¶ Preter= A
ea ſcito quia dedi gabelo decē ta Tob.5
lēta argēti in rages: cuius chiro=
graphū penes me habeo. Perq̄re
ergo tibi fidelem virum qui tecuz
eat ſalua mercede ſua vt reſtituas
gabelo cirographū ſuum: ⁊ ipſe
reſtituet tibi depoſitū. Tūc egreſ
ſus tobias inuenit iuuenē ſuccin=
ctum ⁊ quaſi ad iter paratū: igno
rās ꝙ angel⁹ dei eſſet. Cumq3 ac
cepiſſet ab eo ꝙ omnē medorū re
gionē nouiſſet: ⁊ rages ciuitatē ⁊
gabelū habitātē in ea introduxit
eū ad patrē ſuū: ⁊ ſalutauit eū iu
uenis dicēs. Gaudiū ſit tibi ſemꝑ.
Qui rn̄dit. Quale gaudium erit
mihi q̄ lumē celi nō video. Cui iu
uenis. Forti animo eſto: i ꝓximo
eſt vt a deo cureris. Et ait tobias.
Poteris ꝑducere filiū meū ad ga
belū. Qui rn̄dit. Ego ducā eū ⁊ re
ducā ad te. Cū q3 q̄reret tobias ab
eo tribū ei⁹: ⁊ domū ⁊ nomē rn̄dit.
Ex filijs iſrl̄ ego ſuz: azarias ana=
nie magni fili⁹: qd̄ tot ū ſm inter=
ꝑtationē noīm vex erat. Erat . ūn
de angelis videntib⁹ deuz: ⁊ erat
azarias: id eſt adiutor: ⁊ fili⁹ ana
nie: id eſt glorie dei. ¶ Tūc para= A
tis oibus q̄ erāt op⁹ in via: ambu Tob.
lauerūt ambo ſimꝉ: ⁊ canis ſecut⁹ 6.
eſt eos. ¶ Mater āt fleuit dicens D
ad virū. Baculū ſenectutis nr̄e tu Tob.5
liſti: nunq3 eēt pecunia illa ꝓ qua
miſiſti eū ſufficiebat nobis pauꝑ
tas nr̄a vt diuitias cōputaremus
q2 videbamus filiū noſtrū. Et ait
tobias: Noli flere: fili⁹ noſter re=
uertet̄ ad nos ſaluus: credo enim
ꝙ angelus dei bonus comitet̄ eū.
¶ Porro illi duo prima manſiō= A
ne manſerūt circa fluuiū tigrim: Tob.
Et exiuit tobias vt lauaret pedes 6.
ſuos: ⁊ piſcis imanis egrediebā=
tur vt deuoraret eum: ⁊ timens to
bias clamauit dicens. Dn̄e inua=
dit me. Et ait angelus. Apprehē=
de brāciā eius ⁊ trahe eum ad te:
⁊ extraxit eū in ſicco ⁊ palpitabat
ante

ante pedes eius. Super hūc locū dicit Beda. q dum xp̄s in cruce le uaret pedes ſuos q̄ ambulabāt ſu per terrā: aduenit diabol⁹ querēs ſi q̄d peccati inueniret i eo. Unde pr̄ trāſfer calicē hūc a me. ¶ Tūc dixit angelus ad tobiā. Exentera piſcē hūc ⁊ cor ei⁹ ⁊ fel ⁊ iecur repo ne tibi: valēt eni̅ ad medicamēta. Tūc tobias partē piſcis aſſauit ⁊ comederūt. partē vero ſalſā ſecū tulit. Cūq; ſimul pergerēt ait to bias. Azaria frater qd̄ remedium habēt que de piſce ſeruari dixiſti. Qui r̄ndit. Particula cordis ſuper prunas poſita fumo ſuo extricat oē genus demonuz a viro vel mu liere. nec ſup hoc mirari debemus cū fum⁹ cuiuſdā arboris adhuc eā dē vim habere perhibeat. Cūq; queſiuiſſet tobias vbi manerēt no cte illa. R̄ndit angelus. Eſt hic ra guel ꝓpinquus tu⁹ habēs filiam vnicā q̄ debet tibi cū omni ſubſtā tia eius. Et ait tobias. Audio q̄ tradita eſt viris ſeptē: ⁊ occiſi ſūt a demone. Et reſpōdit āgel⁹. Noli timere: ſuper petulantes ⁊ deuz non timētes poteſtatē demonium habet. Tu aūt cū acceperis eā tri bus diebus continebis ab ea. ⁊ de nocte vacabitis ambo orationib⁹. Prima nocte incenſo iecore piſcis precib⁹ veſtris fugabit demoniū. Scd̄a nocte in copulatiōe ſancto rū patriarcharū admitteris id eſt orabitis deū vt in participiū felici tatis ⁊ pudicitie patriarcharū ad mittat vos. Tertia nocte benedi ctionē cōſequeris vt filij ꝓcreent ex vobis ſani ⁊ incolumes. Hanc bn̄dictionē p̄ſtabat vel ſacerdos vel aliq̄s maior inter eos vicē ſa cerdotis gerēs. Quarta nocte acci pies eā cū timore dei: amore filio rū magis q̄ libidine duct⁹: vt in ſe mine abrae bn̄dictionē filijs cōſe

A tob. 7. quaris. ¶ Tādē ingreſſi ſūt ad raguelē. Cūq; diceret raguel vxo ri ſue q̄ ſimilimū eſſe iuuenē hūc tobie cōſobrino ſuo dixit ad eū an gel⁹. Hic eſt fili⁹ illi⁹. Et letat⁹ eſt raguel. et inſtaurauit cōuiuiū. Tūc ait tobias. Nō mādūcabo neq; bi bā niſi prius petitionē meā cōfir mes: ⁊ ꝓmittas mihi dare ſarā fi liā tuam. Quo audito expauit ra guel. ⁊ heſitāti de reſpōſo dixit ei angelus. Noli timere dare eā ſibi cōiugē. huic eni̅ debetur: ⁊ ꝓpterea ali⁹ nō potuit hr̄e eā. Tūc ait ra guel. Scio q̄ñ a deo veniſti: et q exaudiuit dn̄s p̄ces ⁊ lachrymas meas: vt cōiungeret hec filia mea cognationi ſue ſm̄ legē moyſi. Et apprehēdēs pr̄ dexterā filie tradi dit eā dextere tobie dicēs. De⁹ pa trū noſtroꝝ ſit vobiſcū: ⁊ cōiūgat vos ⁊ impleat bn̄dictionē ſuā i vo bis. Et fecerūt ꝯſcriptionē cōiugij ⁊ comederunt bn̄dicentes deum. ¶ Poſt cenā vero introduxerunt iuuenē in cubiculū virginis: ⁊ pro tulit tobias de caſſilide ſuo partē iecoris ⁊ poſuit ſup prunas. Tūc raphael apprehēdit demonium ⁊ religauit illud in deſertū ſuperioris egypti. Tunc tobias ait ad virgi nē. Sara deprecemur deū hodie ⁊ cras ⁊ ſcd̄o. id eſt tertio die cras. His eni̅ tribus noctibus iungimur deo q̄rta nocte in nr̄o erim⁹ cōiu gio filij eni̅ ſctōꝝ ſum⁹. nō poſſu mus ita cōiungi ſicut ⁊ gētes que ignorāt deū. Et orauerunt ambo dicētes ſimul. Miſerere nobis do mine de⁹ patruū nr̄orū miſerere nobis. ⁊ ꝯſeneſcam⁹ ambo pariter ſani. Porro circa pullorū cantum fecit raguel parari ſepulchrū vt ſe peliret eū pri⁹ q̄ illuceſceret: ⁊ mi ſit vnā de ancillis ad vidēdū ſi iā obiiſſet. Que reuerſa nūtiauit eos incolumes eſſe ⁊ ſecū pariter dor miētes. Et laudauerūt oēs deū: ⁊ repleuerūt ſerui foueā quā fecerāt p̄ri⁹ q̄ luceſceret. ⁊ parauerūt ſo lēne cōuiuiū oībus vicinis et ami cis ſuis. Et adiurauit raguel to biā vt duas hebdomadas mane ret apud eū et dedit ei mediā par tē oim̄ q̄ poſſidebat faciēs ſcriptu rā vt reliq̄ pars q̄ ſupererat poſt obitum ſuum deueniret ad tobiā A tob. 8.

¶ Tūc ait tobias ad angeluz quē
hominē eſtimabat. Azaria frater
tu noſti ꝙ grauis ſit mora noſtra
parētibus meis: obſecro vt eas ad
gabelū: ⁊ reddes ei chirographū
ſuū: ⁊ recipies ab eo pecuniā: ⁊ mo
nebis eū venire ad nuptias. Tūc
aſſumēs raphael quatuor de ſer-
uis raguelis ⁊ duos camelos: ve-
nit ad gabelū: ⁊ accepta pecunia
A duxit euz ſecum ad nuptias. Et in
To.10 greſſus gabelꝰ inuenit eos diſcū-
bētes: ⁊ benedixit eis. Cumqꝫ oēs
dixiſſent amē: cum timore dñi nu-
ptiarū cōuiuiū exercebant. Porro
cū tobias morā faceret in nuptijs
ſollicitꝰ erat ꝓ eo prī eiꝰ ꝙ ad diez
terminatā non redierat: mater ve
ro lachrymis irremediabilibꝰ fle
bat dicēs. Heu me fili mi: vt qd te
miſimꝰ peregrinari: lumē oculorū
noſtrorū ⁊ baculū ſenectutis nrē.
Uir autē eiꝰ conſolabaꝛ eā. Porro
raguel dicebat ad generuz ſuum.
Mane hic: ⁊ ego mittā nūtiū ſalu-
tis tue ad patrē tuuz. Cūqꝫ ille nō
adquieſceret: tradidit ei ſarā ⁊ di
midium ſubſtātie ſue in pueris: in
puellis: in pecudibꝰ: in camelis: in
vaccis: i pecunia multa. Parentes
vero monuerūt filiā ſuā honorare
ſocrū ſuā: diligere marituz regere
A familiā: gubernare domū: ſeipſaz
To.11. irreprehenſibilē exhibere. ¶ Cūqꝫ
reuerterenꝛ venerūt ad carrā que
eſt i medio itinere: ⁊ ait angelꝰ ad
tobiā. Precedamus nos duo: et ſe
quenꝛ nos lēto gradū vxor tua ⁊ fa
milia cū animalibꝰ: ⁊ tolle tecū de
felle piſcis: ⁊ linies ex eo oculos
prīs tui: ⁊ recipiet viſum. Porro an
na ſedebat ſecꝰ viā quotidie in ſu-
percilio mōtis vñ reſpicere pote-
rat de lōginquo. Et cognoſcens a
lōge filiū ſuū venietē: cucurrit ad
virū ſuū dicēs. Ecce filiꝰ tuꝰ venit.
Canis quoqꝫ q ſimul fuerat in via
precucurrit: ⁊ quaſi nūtius blādi-
mēto caude gaudebat. Tūc exur
gens cecus data manu puero pro
ceſſit obuiā filio ſuo: ⁊ oſculātes ſi
liū pre gaudio fleuerūt. Cūqꝫ ado
raſſent deū conſederūt. Tunc to-
bias de felle piſcis liniuit oculos
prīs: ⁊ ſuſtinuit quaſi ꝑ dimidiam
horā: ⁊ cepit egredi albugo ꝺ ocu
lis eiꝰ quaſi mēbranū oui. Quod
apprehēdēs tobias traxit ab ocu-
lis eiꝰ ſtatimqꝫ viſum recepit: ⁊ glo
rificabant oēs deū. Et ait tobias.
Bñdico te deꝰ iſrael: qm̄ caſtigaſti
me ⁊ ſanaſti me: ⁊ ecce video tobiā
filiū meū. Ingreſſa eſt ⁊ poſt ſeptē
dies ſara vxor eiꝰ cū oī ſubſtantia
ſua ⁊ pecunia quā receperat a ga
belo ⁊ cōuenerūt cōtribules ⁊ vici-
ni ad tobiā: ⁊ cōgratulabanꝛ ei ꝑ
ſeptē dies epulātes cum gaudio.
¶ Cūqꝫ narraſſet tobias patri ſuo
ꝑ ordinē bona q̄ fecerat ei angelꝰ A
in via tulerūt angelū in partē ro- To.12
gātes vt dignareꝛ dimidiā partē
oīm q̄ attulerant acceptā habere.
Tūc dixit eis angelꝰ occulte. Bñ-
dicite deū celi/⁊ corā oībus cōfite
mini ei: qꝛ fecit vobiſcū miſericor-
diā ſuā. Etenī ſacramētū regis ab
ſcōdere bonū eſt: opa aūt dei reue
lare ⁊ cōfiteri honorificū eſt. Non
abſcōdam a vobis ſermonē occul
tū. Bōa eſt oratio cū ieiunio: ⁊ elee
moſyna. Cū orabas ⁊ derelinque
bas prandium ⁊ abſcōdebas mor
tuos ꝑ diē: ⁊ nocte ſepeliebas: ego
obtuli orationē tuā dño: ⁊ qꝛ acce
ptus eras ei neceſſe erat vt tenta-
tio ꝓbaret te: ⁊ miſit me dñs vt cu
rarem te: ⁊ ſarā vxorē filij tui a de
monio liberarē. Ego enī ſum ra-
phael angelus vnꝰ ex ſeptē: id eſt
ex vniuerſis q aſtamus ante dñm.
Qui cum audiſſent trementes ce-
ciderunt in facies ſuas. Et ait an-
gelus. Pax vobis: nolite timere.
Cum eſſem vobiſcum videbar ex
neceſſitate vobiſcū manducare et
bibere: ſed ego cibo inuiſibili ⁊ po
tu vtor qui ab hominibus videri
non poteſt. Tempꝰ eſt vt reuertar
ad eum qui miſit me. Et hec dicēs
ab aſpectu eorū ablatus eſt. Tūc
proſtrati per tres horas in facies
ſuas benedixerunt deum: ⁊ exur-
gentes narrauerunt omnia mira-

A bilia eius. ¶ Aperieſq; tobias ſe=
Tob.13 nior os ſuuꝫ benedixit dn̄m ⁊ dixit
Magnus es dn̄e i eternū: qm̄ fla=
gellas ⁊ ſaluas. deducis ⁊ ad infe
ros reducis. Nō eſt q̄ effugiat ma
nū tuā. Et hortatus eſt in hoc can
tico hierl'm ⁊ captiuū populū dei:
vt exēplo ſui ꝯuerterent̄ ad dn̄m:
⁊ facerent iuſtitiā corā eo: ⁊ crede=
rēt ꝙ cū eis faceret miſericordiā.
Et ꝓphetauit de hierl'm dicens.
Oēs fines terre adorabūt te. Na=
tiones ex longinquo ad te veniēt:
⁊ munera deferētes adorabūt do
minū in te. Qd̄ myſtice de tp̄e gra
tie dictū eſſe ex his que ſequūtur
B appꝫ. porte hieruſalē ex ſaphyro
Tob.14 ⁊ ſmaragdo edificabunt̄: ⁊ ꝑ vicos
eius alleluya cantabit̄. Erat autē
tobias. lvj. annoꝝ qn̄ lumē amiſit
ſexagenarius vero illud recepit. ⁊
poſtea vixit ānis. xlij. et vidit filios
nepotū ſuoꝝ cōpleuit ānnos cen
tum ⁊ duodecim. Gloſa tn̄ de my=
ſterio videt̄ velle cū poſtq̄ illumi=
natus eſt. xlij. ānis ſupuixiſſe. Re=
ferēs quaſi myſtice. xl. ad labores
abſtinētie duos vo ad dilectionē
dei ⁊ ꝓximi. Cūq; videret obitū ſi=
bi imminere: vocauit filiū ſuū ad
ſe ⁊ ſeptem filios eius: dixitq; eis.
Prope erit interitus in niniue. Ui
deo q̄ iniq̄tas eius finē dabit ei.
Nō enim excidet verbū dei: ⁊ fra=
tres noſtri q̄ diſperſi ſunt a terra
iſrael reuertent̄ ad eā ⁊ replebit̄.
⁊ domus dei que in ea incenſa eſt
iteꝝ reedificabitur. Hoc tn̄ magis
videt̄ ꝓphetali certitudine ꝑ ver=
ba preteriti tp̄is ꝓdixiſſe q̄ rē ge=
ſtam narraſſe. Adhuc eñ ſtabat
hierl'm ⁊ templū in ea. Cumq; mo
nuiſſet eos de dilectione dei et ti=
more ⁊ eleemoſynis faciēdis: ⁊ vt
ipſi eadē mādarēt filijs ſuis: addi
dit. Uos aūt nolite manere hic: ſꝫ
quacūq; die ſepelieritis matrē ve
ſtrā circa me in vno ſepulchro: ex
eo dirigite greſſus veſtros vt exeatꝫ
hinc. Et mortꝰ eſt tobias: et poſt=
modū vxor eius. Et abſceſſit tobi
as ex niniue cū vxore ſua ⁊ filijs ⁊
nepotibꝰ: et reuerſus eſt ad ſoce=
ros ſuos. Et inuenit eos in bona
ſenectute: ⁊ curā eoꝝ geſſit. ⁊ clau
ſit oculos eoꝝ. raguelis. ſ. ⁊ anne.
¶ Et notandū ꝙ in ſacra ſcriptu=
ra q̄nq; dicūt̄ anne. Mater ſamue Notād̄
lis: vxor tobie: vxor raguelis: ma= q̄nq; an
ter beate marie v̄ginis: ⁊ anna ꝓ= nie.
phetiſſa. Mortuus eſt ⁊ tobias mi
nor cōpletis annis. xcix. ⁊ ſepelie=
runt eum omnis cognatio eius: et
ois generatio eius. In ſancta eñ
cōuerſatione permāſit: ita vt acce
ptus eſſet tam deo q̄ hominibus.

¶ Explicit hiſtoria Tobie.

¶ Nunc ad hiſtoriaꝫ captiuitatis
hieruſalem reuertemur: ⁊ poſt hi
ſtoriam Iudith ⁊ heſter locis ſuis
explicabimus.

¶ De morte Godolie. Capit. ij.

Factum eſt aūt cū ꝓfe=
ciſſet rex babylōis go
doliam reliquijs ter= hie. 40
re venerunt ad eum
oēs qui euaſerant ma
nus hoſtiū: ⁊ inter finitimas gen=
tes latuerāt. vel q̄buſcūq; latibu=
lis ſaluauerant aīas ſuas. Multi
q̄ꝫ de decē tribubꝰ q̄bꝰ grauis erat
cohabitatio ſamaritanoꝝ. Fuerūt
ēt inter eos quidā de principibus
terre ioāna filius caree: ſareias: et
iechonias. Et dixit godolias ad
eos. Nolite timere hitate i terra ⁊
ſuite regi babylōis. ⁊ bn̄ erit vob̄.
Ego habito in maſphat. vt rn̄deā
p̄cepto chaldeoꝝ: qui mittētur ad
nos: vt i nullo vos grauemini. Cū
q; hoc iuramēto firmaſſet dimiſit
eos ad ꝓuincie loca q̄ q̄ſq; ſibi de
legiſſet. Porro de gn̄e regio erat
quidā hiſmael vir malignus. Qui
dū obſideret̄ hierl'm ad regē euā=
ſit amonitaꝝ ⁊ ibi morabatur. Et
ait ioāna filiꝰ caree ad godoliā ſe=
creto. ſcio q̄ hiſmael inſidiat̄ aīe
tue inuidens tibi dn̄iū terre. Uel
rex amonitaꝝ mittet eū percutere
animā tuam vt occupet terrā de=
ſolatam. Ibo ergo ⁊ percutiā hiſ=
mael nullo ſciēte ne interficiat te:
⁊ diſſipent̄ ⁊ pereāt reliquie iuda

Et ait godolias. Nō facias v̄bum
hoc vt occidas vir̄ innocētē. Non
enī verſil'e eſt vt in tali deſolatio=
ne h nōi malitiā exerceret. ¶ Et
A factu eſt in mēſe ſeptimo eiuſdem
Jer. 41 anni venit hiſmael ꝛ decē viri cū
eo ad godoliā in maſphat: ꝛ ſplē=
dide ſuſcepit eos. Cūq; poſt pran
diū v̄ſus eſſet godolias in ſoporē
ꝛ cōuiue: percuſſit eos hiſmael et
egreſſus p̄ noctē iudeos qui erāt
i ciuitate ꝛ quoſdā milites q̄ erāt
a babylonijs derelicti trucidauit:
ꝛ pīecit cadauera eor̄ i lacū quē
fecit rex aſa ppter baaſa regē iſrl'.
Altera v̄o die cū muneribꝰ venie=
bāt de puincia .lxxx. viri ad godo
liā: ꝛ egreſſus eſt hiſmael in occur
ſum eorum dicens. Intrate ad go
doliā. Quibꝰ ingreſſis occidit eos
hiſmael p̄ter decē qui dixerunt ei.
Parce nobis q2 theſauros habemꝰ
in agro frumēti: vini ꝛ ordei/olei ꝛ
mellis. ꝛ dabimꝰ eos tibi: ꝛ receſſe
runt ab eo. Tūc hiſmael duxit ca=
ptiuas reliquias ppl'i qui erat in
maſphat: filias q3 regis quas cō
mendauerat nabuzarbā godolie.
Qd cū audiſſet ioāna filius caree
aſſumptꝫ viris iſecutꝰ eſt hiſmael
ꝛ inuenit eum ad aquas q̄ ſunt in
gabaō: et fugit hiſmael a facie eiꝰ
cū octo viris: ꝛ reduxit ioāna capti
uos ꝛ predā quā duxerat hiſmael.

¶ De deſcēſu reliquiarū iude in
egyptū ꝛ obitu Jeremie. Capi. iij.

Jer. 42 ET ꝯuenerūt oēs reliquie iu
da ad Jeremiā a paruo vſq;
ad magnū. Diſponebāt eīm
fugere i egyptū timētes ne occide
rent a chaldeis p̄ morte godolie.
Et dixerūt ad pph3m. Ora p̄ no=
bis deū vt idicet nobis v̄bū qd fa
ciemus: et quicq̄d dixerit nobis p̄
os tuū facie mꝰ. Poſt dies ſeptē fa
ctū eſt v̄bū dñi ad Jeremiā: ꝛ con=
uocās vniuerſum populū ait. Hec
dicit dñs. Si manſeritis in terra
hac plātabo vos et nō euellā. Jā
eīm placatꝰ ſum ſup malū qd feci
vobis nolite timere a facie regis
babylōis: q2 ego vobiſcū ſū. Sin

autē deſcēderitis in egyptū vt ibi
habitetis: gladius nabuchodono
ſor quē formidatis ibi cōprehen
det vos: et p̄ibitis gladio fame et
peſte. ¶ Et nō audierunt Jeremiā A
ſ3 dixerūt: mētiris/nō miſit te dūs Jer. 43
ſed baruch icitat te aduerſus nos
vt tradat nos in manꝰ chaldeor̄.
Et deſcēderunt oēs cū mulieribꝰ
ꝛ paruulis ꝛ omni ſubſtātia ſua in
egyptū: ꝛ duxerūt ſecū Jeremiā ꝛ
baruch: ꝛ deſolata eſt terra: ꝛ ſab=
batizauit multis ānis ſicut p̄dixe
rat Jeremias.

Nō eīm tranſtu=
lit in eā rex ba=
bylōis colonos
ſicut fecerat rex
aſſyrior̄ i terrā
iſrl': ꝛ habitaue
rūt reliq̄e iuda
in egypto i ma=
gdalo ꝛ i taph=
nis et i mēphis
ꝛ i terra phatu
res ꝛ eſt nomen
regis a quo illa
p̄s egypti ſic de
noīata ē. Et fa=
ctus ē ſmo dñi
ad Jeremiā3 in
taphnis dicēs.
Sume lapides

Additio.
Tripl'r deſtru=
cta ē tribꝰ vici=
bus hierl'm: pri
mo p̄ trāſmigra
tionē ioachim: ꝛ
eor̄ q̄ ſecū trāſ
migrauerāt. Se
cūdo p̄ captiui=
tatē ſedechie et
tēpli deſtructio
nē. Tertio p̄ de
ſolationē qn̄ ſo
litaria relicta ē:
reliquijs in egy
ptū deſcēdētibꝰ
Quarta fuit va
ſtatō ſrc q̄ tria p̄
miſſa p̄cedebat.

grādes: ꝛ abſcōde eos in crypta q̄
eſt ſub muro latericeo in porta do
mus pharaōis: ꝛ dices ad iudeos.
Hec dicit dñs. Ecce ego aſſumam
ſeruū meū nabuchodonoſor: ꝛ po
nā thronū eiꝰ ſup̄ lapides iſtos et
p̄cutiet terrā egypti ꝛ p̄ibitis vos
cū egyptijs: porro mſ'eres hebreo E
rū ſacrificabāt dijs alienis: ꝛ regi Je. 44.
ne celi lune. ſ. vel iunioni vel bere
cintie offerebāt placētas ꝛ libami
na. Cūq; argueret eas Jeremias
dixerūt. Nunq̄d ſine viris noſtris
hec fecimꝰ. Cūq; ad viros diuiꝰlo
queref dixerūt. Qn̄ fecimꝰ hec in
vrbibꝰ iuda ſaturati ſumꝰ panibꝰ
ꝛ bū erat nobis. Ex quo aūt ceſſa
uimꝰ indigemus oībus: et gladio
ꝛ fame cōſumpti ſumus. Et rñdit
Jeremias

G Jeremias. Hec dicit dñs. Ego iu=
Je.44 raui in noīe meo magno q2 oēs vi
ri iuda q̄ ſunt in terra egypti gla=
dio ꝛ fame peribūt donec penitus
ꝯſumant. Et iſurrexit pp̄ls aduer
ſus Jeremiā: ꝛ lapidauerūt eū la
pidibꝰ quos abſcōderat ſub muro
latericeo. Egyptij vero honorauerūt
pphā ſepeliētes eū iuxta tumu
lū regū: memores bñficioꝝ q̄ pſti=
terat egypto. Oratione em̄ ſua fu
gauerat aſpides ꝛ beſtias aquaꝝ
q̄s greci cocodrillos vocāt: qbꝰ pꝰ
egyptꝰ infeſtabat. ¶ Tradūt ēt q̄
dā ꝙ adhuc de puluere eiuſdē lo
ci aſpidū pcuſſura ſanat: ꝛ fugāt
epipha cocodrilli. De eodē ait epiphaniꝰ
nius. Audiuimus a viris ſeniorībꝰ q̄ ex
ſenioꝝ antigoni ꝛ ptolomei ſtirpe
deſcenderāt ꝙ alexander macedo
veniēs ad ſepl̄chrū pphe: ꝛ cogno
ſcēs loci myſteriū trāſtulit ipm in
alexadriā: ꝛ ſepeliuit glīoſe: ꝛ ex
tūc a terra illa phibiti ſunt coco=
drilli ꝛ aſpides penitꝰ. Nā ꝛ idem
alexāder priꝰ itroduxerat illuc ſer
pētes quoſdā q̄ vice marſoꝝ aſpi
des fugabāt: ſed nō poterant eas
penitus extirpare: q̄s q2 ab argis
peloponij aduexerat: argōes noia
Nota. nit. ¶ Hic eſt Jeremias q̄ regibus
egypti ſignum dedit: ꝙ eoꝝ idola
euerti oporteret cū virgo pareret.
Uñ ꝛ ſacerdotes eoꝝ in ſecreto tē
pli loco imaginem virginis ꝛ pueri
ſtatuētes adorabāt. Dū vero ptolo
meus rex interrogaret eos q̄ hec
facerent rōne: dixerūt paterne tra
ditionis eſſe myſteriū qđ a ſancto
pphā acceperāt maiores: ꝛ crede
bant in rebus ita fore venturum.
¶ Hic eſt Jeremias qui templum
euertendū pnoſcēs: arcā teſtamē
ti cū his q̄ in ea erant tulit: ꝛ preci
bus ſuis ea abſorberi fecit in pe=
tra: petrā vero digito deſignās: no=
men dei tetragrammatō impſſit.
Et factū eſt ſigillū in ſilitudinem
ſculpture q̄ ferro cauat: ꝛ ipm vñi
nomen nub s opimento ita cela=
tū eſt: vt extūc nec locū q̄s recogno
ſcere q̄at: nec ipz nomē legere vſq3
in hūc diē ꝛ vſq3 i finē. Et pſtine fi=
gure iſtar illic ſepe nubes vt ignis
fit nocturno tpe: eo ꝙ glia dei ab
eiꝰ lege nō diſignat. Eſt aūt petra
illa in heremi terra iter duos mō
tes in q̄bus iacēt moyſes ꝛ aarō.
Dixitq3 Jeremias pſētibꝰ. Dñs
ex ſyon receſſit ad celos: inde rur
ſus in virtute vēturus: et erit ſignū
pñtie eiꝰ q̄n vniuerſe gētes adora
uerūt lignū. Dixitq3 ꝙ hāc arcam
nemo pter aaron pducere poterit
ꝛ tabulas q̄ in eis ſunt nullꝰ ape=
riet ſacerdotū: nulluſq3 pphetarū
niſi electꝰ dei moyſes: et in prima
reſurrectione in futuro q̄n mortui
reſurgēt: prima reſurget hec arca
ꝛ exibit de petra ꝛ ponet in monte
ſion: ꝛ oēs ſancti ꝯgregabunt ad
eā regreſſum dñi ſuſtinētes: ꝛ ad=
uerſarium qui eos queſiturus eſt
interimere fugiētes.

¶ De captiuitate reliquia=
rum iude. Cap. iiij.

Factū eſt poſt mortez Ex. di=
Jeremie anno q̄nto uerſis.
euerſiōis hierl'z ipſe
eſt viceſimuſtertiꝰ re
gni nabuchodono=
ſor: deſcendit nabu=
chodonoſor i ſyriā inferiorē: ꝛ ob
tinuit eā. Moabitas q̄z ꝛ amoni=
tas ſubiugauit ſibi. Et tādē intra
uit i egyptū: eāq3 ſubuertit: ꝛ regē
q̄ tūc erat i ea occidit: aliūq3 i eacō
ſtituens: denuo iudeos captiuos
duxit in babylonē. Et ab hac vlti
ma captiuitate reliquiaꝝ iude q̄=
dā numerāt. lxx. annos vſq3 ad ſe=
cundum annū darij filij ithaſpis. eze.24
¶ Hāc ēt captiuitatē reliq̄aꝝ pre=
dixerat ezechiel iñ chaldea: de quo
modo pſequentes altiꝰ ordiemur.
¶ Sequitur hiſtoria ezechielis.
Hiſtoria de ezechiele pphā. Ca. j.
¶ De eleuatione ꝛ viſione ezechie
lis. Capitulum. ij.
De cōmemoratione hierl'm. ca. iij.
De cōſolatione hierl'm. Capi. iiij.
De reſurrectione mortuoꝝ. ca. v.
Qđ facta eſt manus domini ſu=
per ezechielem. Capi. vj.

¶ Hiſtoria de ezechiele prophetæ c. i.

Ezechiel propheta de terra cyſare filius buſi de gente ſacerdotum. Hic in babylonem ductus eſt cum ioachim et matre eius. cum daniele et tri‑
B bus pueris hic habitabat iuxta flu‑
Eze. i. uium chobar. Factum eſt autem in. xxx. anno: non ſolum etatis ipſius: ſed a. xlviij. anno ioſie quando inuentus eſt deuteronomium in templo in quinto anno tranſmigrationis: in quarto menſe: in quinta die menſis exorſus eſt prophetare ezechiel ad concaptiuos propter cauſas huiuſmodi. Legerant in epiſtola Jeremie. p. lxx. annos duraturam captiuitatem: et flebant pro exilij prolongatione. Preterea murmurabant aduerſus dominum quod fraudulenter eos eieciſſet. Dixerat enim per os Jeremie remanentes in hierusalem perituros: eis uero qui ſe traderent ſeruo ſuo nabuchodonoſor bona pollicebatur. Nunc autem in contrarium res elapſa erat. Florebant enim qui remanſerant: et ipſi in iugo ſeruitutis premebantur. Erant quidem inter eos qui dicerent quod dum fuerant militie celi omnibus bonis abundabant: ex quo uero ceſſauerant perierant gladio fame et peſte. Ad hec prophetabat ezechiel euerſionem urbis: et templi incendium iminere: et eos qui remanſerant in urbe fame perituros: et extra urbem gladio. Eos autem qui uiui traherentur graue paſſuros ſeruitutem: ipſos autem in pace et quaſi libera ſeruitute manſuros. Ut autem autoritatem preberet ei deus: oſtendit ei quaſdam uiſiones: ſimilitudinem. ſ. hominis/leonis et vituli: et aquile: non ſolum ad prefigurandum euangeliſtas: ſed ut oſtenderet deum iſrael dominum eſſe totius creature: per hec digniora omnem intelliges creaturas. Homo enim preeſt ceteris aiantibus: aquila rex eſt auium: leo ferarum: bos iumentorum. Sub alalibus uero vidit rotam in medio rote ut oſtenderet circumuolutionem omnium elementorum in domini eſſe poteſtate: et ſuper hec vidit firmamentum coloris ſaphyrini: et ſuper firmamentum erat ſimilitudo throni: et ſuper thronum ſimilitudo quaſi aſpectus hominis. ¶ Et ait dominus ad eum.
Fili hominis mitto te ad filios iſrael: Eze. 2.
quia domus exaſperans eſt: ſi forte audiant et quieſcant et ſciant: quia propheta fuit in medio eorum. Et ecce manus miſſa ad eum in qua erat liber ſcriptus intus et foris: et ſcripta erant in eo lamentationes et carmen et ve.
¶ Et ait dominus. Concede volumen A. D.
iſtud: quia dedi verba mea in ore tuo. Eze. 3.
Et iuit propheta ad tranſmigrationem iuxta fluuium chobar ad acervum nouarum frugum: et ſedens in medio eorum poſuit coram eis laterem: et deſcripſit in eo ciuitatem hieruſalem et obſidionem aduerſus eam et munitiones et aggerem et caſtra et arietes in gyro: et ante po‑ſuit ſartaginem ferream oculis ſuis ne videret eos: et ait. Sic obfirmauit dominus faciem ſuam ad hieruſalem ne videat eam et obſidebit eam. Signum eſt domui iſrael. Et quia in hieruſalem erant multi de decem tribubus qui ad eos confugerunt: etiam de eis
locutus eſt dominus ad eum. Fili hominis C
ſume tibi frumentum et ordeum: et Eze. 4.
fabam/et lentem/et milium/ et viciam: et facies tibi panem de eis ſub cinericium in pondere. xx. ſtaterum et operies illum in oculis eorum ad coquendum ſtercore humano. Cumque hec abhorreret propheta conceſſit ei fimum boum pro ſtercore humano: et dices ad eos. Sic comedent filij iſrael panem ſuum pollutum inter gentes ad quas eijciam
eos. Dixitque iterum dominus ad eum. B
Sume tibi gladium radentem pi‑ Eze..
loſa: id eſt nouaculam: et duces illum per caput tuum et barbam: et tertiam partem piloꝝ combures igni in medio eorum: et tertiam partem concides gladio in circuitu: et tertiam partem diſperges in ventum. Hec enim dicit dominus ad hieruſalem. Tertia pars tui fame morietur: et peſte in medio tui: et tertia pars tui gladio cadet in circuitu tuo: tertiam vero partem in omnem ventum diſpergam.

¶ De

¶De elevatiõe ⁊ viſione ezechie
A lis. Capitulum.ij.

Eze.8. **F**Actũ eſt aũt in anno ſexto.
in.vj.mẽſe:in q̃nta die men
ſis levavit ſpũs pphetã inter ce
lũ ⁊ terrã ⁊ adduxit eũ in hieruſa
C D lẽ in viſione dei.Et vidit ab aq̃lo
Ibidẽ. ne i introitu porte idolũ baal:⁊ in
greſſus vidit vniverſa idola do
mus iſrl̃ depicta in circuitu p to
tũ:⁊.lxx.viri de ſenioribus ſtabãt
⁊ iechonias ſacerdos cum eis:et
vnuſquiſq̃ habebat thuribulũ in
manu ſua:⁊ vapor nebule de thu
re ↄſurgebat.Et igreſſus p oſtium
porte ad aquilonẽ vidit mulieres
plãgẽtes thamur mortuũ.i.ado
nidẽ ⁊ laudãtes rediviuũ:⁊ vidit
inter veſtibulũ ⁊ altare.xxv.viros
hñtes dorſa ad
tẽplũ ⁊ adoran
tes ad ortum ſo
lis.Et dixit dñs
ad eũ.Vidiſti fi
li hois q̃ faciũt:
nũquid leve eſt
hoc.Ecce faciaʒ
A eis i furore:nec
parcet eis ocul⁹
Eze.9. me⁹.¶Et ecce
ſexviri veniebãt
hñtes vaſa in
teritus in mani

Additio.
Qd erat contra
morem eoꝝ cuʒ
introit⁹ eſſet ad
orienteʒ verſus
ad ſancta ſan
ctoꝝ ipſi verſus
occidentem ora
bant.Nos autẽ
verſus hieruſa
lem oramus vel
verſus orientẽ.

bus ſuis:⁊ erat vir i medio eoꝝ ve
ſtit⁹ lineis:⁊ attramẽtariũ ſcripto
ris ad renes eius.Et dixit dñs ad
eũ.Trãſi p mediã civitatẽ ⁊ ſigna
thau ſup frõtes viroꝝ gemẽtiũ et
doletiũ de abominationib⁹ q̃s iſti
faciũt.Et dixit dñs ſex viris.Trãſ
ite p civitatẽ ſequẽtes eũ:⁊ percu
tite omnẽ ſuper quẽ non videritis
thau.Nemini parcet oculus vr̃ et
A a ſanctuario meo icipite.Cũq̃ per
trãſirẽt:clamavit ppha.heu heu
Eze.10 heu dñe de⁹ ꝯ ne diſpdes oẽs reli
q̃as iſrl̃.¶Et dixit dñs ad eum q̃
indut⁹ erat lineis imple manum
tuã pruinis ⁊ effunde ſup civitatẽ
A ⁊ hoc faciẽs cõbuſſit eã.Spũs ãt
Eze.11 dñi levavit ezechielẽ ⁊ reduxit eũ
⁊ infra. i chaldeã.Et locut⁹ eſt ad trãſmi
grationẽ q̃cũq̃ oſtenderat ei dñs.
¶De cõminatione hierl̃m. ca.iij. A B
POſt hec ezechiel in cõſpectu Eze.12
eorũ p diẽ cepit trãſportare
vaſa dom⁹ ſue:q̃ſi trãſmigrãs ad
aliũ locum.Veſpere aũt perfodit
parietẽ:⁊ p ruinã parietis aſpor
taverunt eũ in humeris ſervi eius
velata facie nihil videtẽ.Et dixe
runt ad eũ dom⁹ iſrl̃.Quid tu fa
cis.Qui rñdit Sup regem q̃ eſt in
hierl̃m onus iſtud eſt.Parietem p
fodient vt educant eum in caligi
ne noctis egredietur:capietur in ſage
na adducetur i ba
bylonẽ ⁊ eã nõ
videbit:ibiq̃
morietur.¶Poſt
ea locut⁹ eſt ad
domũ iſrael in
enigmate dicẽs.
Hec dr̃ dñs.Aq̃

Additio.
A Qr ſicut piſcis
p ſagenã:ſic ſe Eze.17
dechias fuit ca
pt⁹ i cãpo ſolitu
dis hiericho ẽtie.

la grandis magnarum alarũ lon
go mẽbrorũ ductu:plena plumis
⁊ varietate.hoc eſt nabuchodono
ſor venit ad libanum.i.ad tẽplum
⁊ tulit medullã cedri.i.vaſa dñi et
ſummitatem frondium tranſpor
tavit.i.ioachim:et tulit de ſemine
terre.i.mathaniã:⁊ poſuit illud in
terra ⁊ crevit in vineaʒ.i.fecit eum
regẽ ⁊ accepit ab eo iuſiurandũ.
Et facta eſt aquila altera grandis
i.pharao.Et ecce vinea iſta exten
dit palmites ſuos ad illam vt irri
garet eam.Nunquid proſperabi
tur qui fecit hec.Et q̃ diſſoluit pa
ctum:nunquid effugiet.Vivo ego
dicit dñs:in medio babylõis mo
rietur.¶Et factum eſt verbuʒ dñi
ad ezechielẽ in anno nono:in men A B D
ſe.x.decima die menſis dicens.Fi Ezech.
li hois ſcribe tibi nomẽ diei huius 24.
in qua cõfirmatus eſt rex babylo
nis adverſus hieruſalẽ hodie.Ec
ce ego tollam hodie a te deſidera
bile oculorum tuorum ⁊ ingemi
ſces tacens non plorabis nõ plã
ges luctum mortui faciens:nõ ve
labis ora amictu:nec cibos lugen
tiũ comedes:ſed calciamẽta erũt
in pedibus tuis tanq̃ ad eundũ.

Et mortua eſt vxor ſua veſpere ⁊
non planxit: ſed erat quaſi iturus
⁊ dixerũt ad eũ. quid protenderet
hoc. Qui rñdit. Hec dicit dñs. Ec-
ce ego polluã ſanctuariũ meũ de
ſiderabile oculorũ veſtrorũ ⁊ pre
nimia anxietate nõ plangetis: q2
quiſq3 de nece ſua ſollicitus erit.
a. xxvi. ¶ Poſtea cõſolationẽ gentis ſue
capitu- predixit ꝓpheta calamitates cir-
lo vſq3 cũſtantiũ nationum que vel iuue-
ad.36. rant hoſtes cõtra hieruſalem: vel
inſultauerant captiuis. i. filiorum
amon: ⁊ moab edom: philiſtijm:
tyri: et ſidonis egypti: ⁊ ethiopie.

¶ De cõſolatiõe hierl'm. ca. iiij.

Et factũ eſt in. xij. anno trãſ
migrationis. xi. menſe. v. die
mẽſis venit ad ezechielẽ quidam
qui fugerat de hierl'm di. Vaſtata
eſt ciuitas. In precedẽti tñ veſpe-
re ezechiel ꝑdixerat de nuntio fu-
turo. Et audiẽs oĩs trãſmigratio
excidiũ vrbis ⁊ incẽdiũ tẽpli: leua
uerunt vocẽ ſuã ⁊ dixerũt. Periit
ſpes noſtra: abſciſi ſumus. Et ex
clamauit ezechiel. Hec dicit dñs.
Cũ ſanctificat⁹ fuero in vobis tol
eze. 36 lam vos de gẽtib⁹ ⁊ adducã vos
in terrã veſtrã: ⁊ effundã ſup vos
aquã mundã: ⁊ mundabimini ab
oibus inquinamẽtis veſtris.

¶ De reſurrectiõe mortuoꝝ. c. v.

A
eze. 37. Et facta eſt ſup ꝓphetã ma
nus dñi: ⁊ eduxit eũ in ſpũ i
campũ qui plen⁹ erat oſſib⁹ ſiccis
vehementer: et
ait ad eum. Fili
hoispulasnevi
uẽt oſſa iſta ⁊ di
xi. Dñe tu ſcis
Et dixit. Dic ad
ea. Oſſa arida
hec dicit domi-
nus. Ecce dabo
ſup vos neruos
⁊ ſuccreſcere fa-
ciã carnes ⁊ ſup
extẽdã vobis cu
tem ⁊ dabo vobis ſpm̃ et viuetis.
Et adhuc eo loquẽte fact⁹ eſt ſo-
nus ⁊ cõmotio: ⁊ acceſſerunt oſſa
ad oſſa vnũquodq3 ad iuncturam
ſuã. et ecce ſup ea nerui et carnes
⁊ cutis: ſed ſpm̃ nõ habebant. Et
dixit dñs ad ꝓphetam. Clama ad
ſpm̃ ⁊ dices. Hec dicit dñs. A qua
tuor vẽtis veni ſpũs ⁊ inſuffla ſu-
per interfectos iſtos ⁊ reuiuiſcãt.
Et ſic factũ eſt. ⁊ viuẽtes ſteterunt
ſup pedes ſuos exercit⁹ grãdis ni
mis valde. Et dixit dñs. Oſſa hec
vniuerſa domus iſrael eſt. ⁊ reſti-
tuit ſpũs ꝓphetã in medio tranſ-
migrationis ⁊ locut⁹ eſt ad eos q̃
mõſtrauerat ei dñs i ſignũ duoꝝ:
ſc3 reuocationis eoꝝ a captiuita-
te et reſurrectiõis corpoꝝ in fine.
Et tulit ezechiel lignũ vnũ ⁊ ſcri-
pſit ſup illud lignũ iude ⁊ ſociorũ
ei⁹. ⁊ ſup alterũ
lignũ ſcripſit: li
gnũ effraiz ⁊ ſo
ciorũ ei⁹: ⁊ cõiũ
xit ea: et tenuit
ea in vna manu
ſua. ⁊ dixerũt ei.
Quid tibi vis i
h's. Qui rñdit.
Hec dicit dñs. Ecce ego cõgrega-
bo regnũ iuda ⁊ regnũ effraim. et
faciã eos in gentẽ vnã et regnum
vnũ. ⁊ ſeruus me⁹ dauid pñceps
erit eoꝝ in ꝑpetuũ. ¶ Et locutus eze. 38.
eſt dñs ad ezechielem. Fili hois ⁊. 39.
vaticinare aduerſus gog: ⁊ terrã
magog dicẽs. Hec dicit dñs. Ecce
ego ſuper te gog pñceps moſoch
⁊ tubal ſeducã te: aſcendere te fa-
ciã de laterib⁹ aquilonis et addu
cã te ſuper montes iſrael: ⁊ cades
ibi tu ⁊ oĩa agmina tua ⁊ dicã vo-
lucrib⁹ celi ⁊ beſtijs terre. Prope-
rate ⁊ currite vndiq3 ad victimam
quam immolo vobis ſup montes
iſrael vt comedatis carnes fortiũ
⁊ ſanguinẽ pñcipũ terre bibatis.
Et oſſib⁹ corroſis dabo ſepulchrũ
nolatũ: ⁊ mittã ignẽ in terrã ma-
gog. ⁊ i his q habi
tãt i inſulis cõ
fidẽter. Hoc fa-
bulãtur hebrei
futurum poſt re

Additio.
Quidã iudei di-
cunt ꝙ cãp⁹ iſte
fuerit i deſerto
vbi tot iudeorũ
poſt adoratio-
nẽ vituli interie
rũt in q̃ deſerto
xl. annis poſtea
errauerunt vbi
oĩnes proſtrati
ſunt inſepulti.

Additio.
Decẽ trib⁹ dice
banẽ eſſe regnũ
effraiz ꝓpter ie-
roboã q̃ regna-
uit ꝓrim⁹ ſup il
las ⁊ fuit de tri-
bu effraim.

Additio.
Nõ ꝙ ſit fabula
de gog ⁊ magog
imo hiſtoria, ſ3

gnum mille an
norū: et q tātus
erit exercitus gog
et hebrei per ſeptē annos vſum li
gnorū habebūt: nō de ſiluis ſꝫ de
armis: et colli
gētur oſſa ſeptē
annis: et ſepeliē
tur in valle q̄ ob
hoc dicetur poliā
drū: quaſi mul
torum virorum
ſepultura.

Additio.

A polis quod ē
multū et andros
quod eſt vir: vel
a polis qd ē plu
ralitas: et ādros
qd eſt vir: inde
poliādrū: quaſi
virorum multorum ſepultura.

¶ Quod facta eſt manus dñi ſu
per ezechielem. Capitulum. vj.

A
ezc. 40 IN viceſimoquinto āno trāſ
migrationis ipſe eſt annus
xxxiij. regni nabuchodonoſor: p̄
mo menſe. x. die mēſis. xiiij. anno
poſtq̄ percuſſa eſt ciuitas in hac
ipſa die facta eſt man⁹ dñi ſup eze
chielē et adduxit eū in ſpū i terrā
iſrl: ſup montē excelſum: et oſtēdit
ei deſcriptionē ciuitatis et templi
ſup quā ad lrāꝫ nr̄i ſiluerūt auto
res. ¶ Porro ezechiel in chaldea
inter cōcaptiuos indicauit tranſ
greſſores legis: et p̄cipue quoſdā
de tribu dan et gad q in dñm cō
mitterēt impia: legis perſequēdo
Epi- cuſtodes. Et fecit vt dicit epipha
phani⁹ nius ꝯ eos ꝓdigiū magnū: qr filij
eorū et vniuerſa pecora a ſerpētib⁹
perierūt: et p̄dixit q trib⁹ ille non
reuerterent a ꝓpria: ſꝫ in medie
regionib⁹ remanerēt: ꝓpter quod
exacerbatum eſt diſtruxerunt eum
eōs p crepidines ſaxorū et excere
brauerūt eū et ſepelierūt eū i agro
maulim in ſepulchro Sem et arfa
xat in ſpelūca duplici. In cui⁹ ſimili
tudinē abraā in hebrō ſepulchrū
D
ſare ꝯpoſuit. Duplex aūt dr̄ eo q
geñ. 23 camerata ſit et auerſa et ſuperficie
terre ſummitas eius a parte vna.
verū ex p̄te alia in petra ſuſpēſa
ſit ſup terram. Iſte ꝓpheta ꝓplo
dedit ſignū i fluuio chobar: vt q̄ſi
deficeret ſuſtinerēt deſolationem
terre ſue: tūc ſperarent regreſſum
ad hierlꝫ q̄ſi inūdaret. Ad eū q̄ſi
q ꝯuenerat plīma multitudo cō
captiuorū ad fluuiū chobar et chal
dei rebellionē veriti irruerūt ſup
eos. Ipſe vo p̄cib⁹ ſuis ſiſtēs aq̄s
fluminis ſup aquas ambulās cū
omni multitudine: ad alterā ripā
ſe recepit: et q̄tquot hoſtiū p̄ſume
tices in eo pullulaſſe dicant̃. Et di
citur fuiſſe enceniatum. xx. die de- C
cembris. Hec dedicatio fuit in po 2.Ma-
ſterum: de qua dicitur in euange- cha.10.
lio. Facta ſunt encenia in hieroſo
lymis ⁊ hiems erat.

¶ Incidentia.

¶ Rome poſt exactos reges pri- C Joã.10
mum ꝯſules a bruto eſſe ceperunt
⁊ vix vſq ꝫ ad quintumdecimũ la-

pidē roma tenebat iperiū. Inde tribuni plebis ꝛ dictatores ꝛ rurſum conſules rēpublicā rexerūt vſq; ad iuliū ceſarē. Pitagoras mortuus eſt Rome populus a patribus facta ſeditione diſceſſit.

Additio.
Miliaria terminis lapidum diſtinguunt: ꝛ nō plus tunc ꝑtendebat romanū imperiū ꝙ̄.xv. miliaria.

¶ De Xerxe. Capitulū.iiij.

POſt dariū Xerxes fili⁹ eius ſucceſſit ei in regnū: ꝗ pater ꝛ beniuolētatis honorādo deū heres apparuit eo tpe princeps fuit ſacerdotū eliachim ſiue ioachim filius ieſu: ꝛ erat in iudea cura rerū gerendaꝝ penes ſacerdotes: que prius ſub regib⁹ ꝛ iudicib⁹ fuerat. Recepit aūt xerxes egyptū que a pte deſceſſerat ꝛ grām vaſtauit. De cuius fortitudie multa refert grecorū hiſtoria. Sub hoc dicit ioſephus eſdrā veniſſe in iudeā. ſꝫ ſub artaxerxe ipſe dicit ſeipſum veniſſe. Poſt xerxem regnauit artabamus menſibus ſeptem.

Additio.
Nō determinat hic ꝗ̄to tpe regnauerit xerxes

¶ Incidentia.

¶ Eo tpe natus eſt ſocrates Lapis: habēs formā caprinā in egeum mare de celo cecidit.

¶ De Artaxerxe ꝛ Eſdra. Ca.v.

POſt hec Artaxerxes ꝗ et lōgiman⁹ dict⁹ eſt regnū ꝑſarū obtinuit. Eo tpe eſdras aaronita legē ſuccēſaꝫ a chaldeis reparauit. Nouos ꝗꝫ apices literaꝝ excogitauit qui faciliores ad ſcribendū fierēt: ꝛ ad ꝓnūtiandū: ꝛ ꝓpterea velox ſcriba dictus eſt.
A Nec eſt mirandū ſi ꝑ ſpm̄ ſanctum
1.eſd.7 libros repauit: cū plures in dieb⁹ noſtris pſalteriū ꝛ librū hymnoꝝ ꝛ plures libros hmōi deletos ſcirent reparare. Addidit etiaꝫ quedā de ſuo ſicut titulos pſalmoꝝ: ꝛ plura que legunt in pētateucho. Sicq; viſibile eſt quedā que ſuper ſua itellexit ipſe ſubtraxiſſe tradūt etiā quidā moduꝫ ſcribēdi a dextra in ſiniſtrā cum iudeis tradidiſſe: cū prius ad modū arātiū ſcriptitarent. Unū ꝛ ſcriptura exaratio ſolet dici. Scribebāt aūt a ſiniſtro ī cornu in dextrū: ꝛ a dextro redeūdo ſcribebant in ſiniſtrū.

Additio.
Quidā tradunt Eſdrā fuiſſe ioſedech ꝑrēꝫ ieſu vel malachiam.

Forte ꝑ illū modū ſcribēdi ꝑfigurauit ſpūſſanctus idipſuꝫ qđ modo ſignificatur in miſſa per trāſlationē libri đ dextera ī ſiniſtraꝫ. ¶ Porro eſdras inuenit grāꝫ ī ocłis artaxerxis: ꝛ petiuit ab eo licētiā aſcēdēdi ī hieruſalem vt in lege quā repauerat populū ſuū erudiret. Dedit ergo ei rex licentiā redeūdi: ꝛ tradidit ei epiſtolā ad principes ſuos trās flumē: ꝛ ad cuſtodes arce: publice: vt traderēt eſdre abſq; mora quecūq; peteret ab eis vſq; ad argēti talēta centū ꝛ ad frumenti choros.c.ad batos olei.c.ſal ꝟo ſiue mēſura. Miniſtros ꝟo templi ſacerdotes leuitas: cantores: ianitores: ꝛ nathineos: ab oīni vectigali tributo ꝛ annonis abſoluit. Dedit ꝗꝫ eſdre ptātem amouendi et ꝯſtituendi iudices ꝛ ꝑſides trans flumen ſm ſapientiā ſuā: ꝛ puniēdi contumaces: ſiue in mortē ſiue in exiliū: ſiue in ꝯdemnationē ſubſtantie. vel certe in carcerē. Hanc epl'am eſdras legit iudeis in babylonia ꝯſtitutis. Exēplū ꝟo eius miſit ad filios iſrael ꝗ erant vltra montes caſpios: ꝛ venerunt de eis ad eſdrā ſacerdotes ꝛ leuite de nathineis.cc.xx. Et fuerūt cū eo mille et

Additio.
Hic ſignificatur ꝙ fides vni⁹ dei ꝗ prius fuit ī iudeis ꝑ dextram nunc quieſcit in gentibus ꝑ ſiniſtrā. In fine reuertet ad illos. 3.eſd.8 ꝑ totū.
Propter hoc ſciendū ē ꝙ ſi vnū luminare ſit in miſſa ꝓpꝛie ſemper dꝫ eſſe in ſiniſtra ad ſignificandū ꝙ lumen fidei modo tm̄ deficit in gētib⁹.

ke ⁊ ſeptingenti. Et egreſſi ſunt an
no. vij. regis artaxerxis de baby-
lonia: primo die primi menſis: et
cõuenerũt ad fluuiũ q̄ decurrit ad
aaua. Joſephꝰ dicit iuxta euphra
ten. Et põt eſſe aaua fluuiꝰ decur-
rẽs in euphratẽ vel euphratiſ riuu
lus. Et mãſerũt ibi tribꝰ diebꝰ: et
ꝑdicauit eis eſdras ieiuniũ: vt af
fligerẽt ſe corã dño: ⁊ peterent ab
eo vitã rectã ⁊ ſecurã. Erubuit eñi
eſdras petere a rege ducatũ i via
dicẽs. Manꝰ dei noſtri eſt ſup oẽs
qui querũt eũ. Et ſepauit eſdras
de ſacerdotibꝰ. xij. qbꝰ cõmiſit va
ſa dñi ⁊ munera q̄ mittebat rex in
hierl'm ⁊ ꝑncipes eius ⁊ ppl's. Et
venerũt in hierl'm mẽſe quinto: et
ſiluerunt tribꝰ diebꝰ. Quarta die
obtulerũt in domũ dñi que ſecum
tulerũt offerẽtes holocauſta i gra
tiaꝝ actionẽ: dederũtq; epl'am re-
gis ducibꝰ trans fluuiẽ: qui hono-
rauerunt populũ dei ⁊ domũ dei:
tunc acceſſerũt ad eſdrã ꝑncipes
iſrael dicẽtes. Nõ eſt ſepatus po-
pulꝰ iſrael a populo terraꝝ. Tu-
lerunt eñi de filiabꝰ ſuis ſibi et fi-
lijs ſuis vxores. Manus q̄z ſacer-
dotũ ⁊ principũ ⁊ ſacri ſermoꝝ in
hac inuenit trãſgreſſione. Tũc ſci
dit eſdras veſtimẽta ſua: ⁊ flens ⁊
orãs iacuit in terra vſq; ad ſacrifi
ciũ veſpertinũ. Tũc acceſſerũt ad
eũ principes dicẽtes. Surge tuuz
A eſt diſcernere q̄d agamus. Manꝰ
3. Eſ. 9 noſtra erit t. cũ. Tũc adiurauit eſ
dras ſacerdotes: principes ⁊ leui
tas: vt ꝓijcerent vniuerſas vxores
alienigenas: ⁊ eos qui de eis nati
erãt. Et miſſa eſt vox ad oẽs filios
traſmigratiõis: ⁊ ꝯuenerũt in hie
ruſalẽ in tertiũ diẽ mẽſe nono qui
decẽbris apud latinos dr. xx. die
menſis. Et ſurgẽs eſdras crimina
bat illos ꝙꝫ legẽ dei ſeuẽ ſanctũ
cõmiſcuerãt ſemini incircũciſoꝝ:
⁊ opus eſſe vt abijcerẽt vxores. Et
rñdit multitudo. Populus multꝰ
eſt: ⁊ tps pluuie ⁊ nõ ſuſtinemꝰ ſta
re foras: ⁊ opꝰ hoc nõ eſt diei vnꝰ
vel duoꝝ. Elige tibi principes et
transi ꝑ vniuerſum iſrael: ⁊ apud
quoſcũq; inueneris mulieres alie
nigenas eijce eas incũctãter. Et
inuente ſunt in hierl'm ꝑmo apud
filios ieſu filij ioſedech ⁊ frẽs eiꝰ:
⁊ ſtatim eiecte ſunt nec eñi credẽ-
dũ eſt ieſum magnũ ſacerdotẽ ha
buiſſe alienigenaz. Et ꝙ viſus eſt
zacharias ſordidis veſtibꝰ indutꝰ
ad filios eius referendum eſt. Uel
q̄cũ pontifex eſſet populũ nõ ar-
guebat. Idipſum fecerunt per vni
uerſum iſrael: ⁊ offerebat vnuſq̄ſ-
q; apud quẽ inuẽta erat hec trãſ-
greſſio arietẽ ꝓ declinatione pctĩ.
De Neemia. Capitulum. vj. Hec ſũt
ET factũ eſt in anno viceſimo pta ſut
regis artaxerxis. Erat pin- de libro
cerna regis neemias de filijs ca- neemie.
ptiuitatis. Qui dũ eſſet in ſuſis ca
ſtro audiuit peregrinos habraice
loq̄ntes: ⁊ accedẽs ſciſcitatꝰ eſt ab
eis de ſtatu iudee ⁊ hierl'm: ⁊ acce
pit ab eis vrbez eſſe ſine muris: et
habitare in ea populũ dei in affli
ctione. Nã ꝑ dies ſuſtinebant ho-
ſtiũ impetus: ⁊ noctibꝰ intrabant
latrũculi: ⁊ plateas implebant ca
daueribus occiſoꝝ. Et fleuit nee-
mias ⁊ cibũ deſiderabilẽ non gu-
ſtauit: nocte ⁊ die clamãs ad dñz:
Cũq; ſtaret in mẽſa ⁊ leuaret vinũ
regi: apparuit quaſi lãguidus añ
eũ. Et ait rex. Quare triſtis es qd
ve malũ latet in corde tuo. Et rñ- A
dit tremens. Qr ciuitas ſepulchri Nee. 2.
patrũ meoꝝ deſerta eſt. Si bonuz
tibi videt mitte me et reedificabo
eã. Et ait regina que ſedebat iu-
xta regẽ. Qñ reuerteris? Et cõſti-
tuit ei tps reuertẽdi. Nec fuit hec
regina heſter vt q̄dã tradiderũt.
Nec in diebꝰ eſdre hiſtoria illa oc-
currit. Nõ eñi eſdras in volumine
ſuo ſiluiſſet. Et dedit rex neemie
epl'am ad principes trans fluuiẽ.
In qua mãdauerat de honore ex-
hibẽdo neemie tanq̄ duci ⁊ lega-
to miſſo a latere eius: ⁊ impẽdijs
vrbis reedificande. Et miſit cũ eo
ꝑncipes militũ ⁊ eq̄tes: et trãſitũz
faciẽs ꝑ babyloniã: multos de fi-
x v lijs

lijs captiuitatis ſecū reduxit:⁊ ve
nit in hierl'z.xxv.anno regis arta
xerxis ſꝫ ioſephū. Porro in hieru
ſalē ſummus erat ſacerdos heliſa
phat filiꝰ hellachim. Et ſiluit nee
mias tribꝰ diebꝰ:⁊ nocte ꝯſurgēs
cū paucis circū
ibat ruinas mu
roꝝ: ꝯſiderans
qualr reedifica
ri poſſēt. Quar
to die locutꝰ eſt
neemias ad mḡ
titudinē. Veni
te reedificemus
muros hierl'z ⁊
nō ſimus vltra in opprobriū gēti
bus. Manus em̄ dei nobiſcū eſt:
verba regis que locutus eſt mihi.

Additio.
Ab hac reedifi
cationē intelligēda
eſt ꝯputatio an
noꝝ q̄ innuit in
ꝑphetia danie
lis ſupra.viij.vi
ſione ſcito ergo
⁊ aladuerte.

¶ De reedificatiōe hierl'z. ca.vij.

A
Nee.3. ET ſurrexerunt ſacerdotes ⁊
edificauerūt portā gregis.
Alia trāſlatio hꝫ edificauerūt por
tam ⁊ ꝓbaticā piſcinā. Hec eſt por
ta iuxta templū ꝑ quā inducebā
B tur greges ad offerendū. Hec ali
Luce.2 bi turris gregis dr̄. Fuit aūt alte
ra turris gregis in via bethleem:
vbi iacob pauit pecora ſua ⁊ paſto
res vigilātes ſuꝑ gregē ſuū vide
runt multitudinē militie celeſtis.
Scd̄o filij aſanaa edificauerunt
portā piſcium:⁊ ſtatuerūt valuas
eius ⁊ ſeras ⁊ vectes. Hec reſpicit
ioppen ⁊ diapolim:ꝑ quā infere
bāt copia piſciū. Hec ſm̄ ioſephū
poſtea dicta eſt porta dauid. Ter
tio edificauerūt portā veterē pig
mētarij ⁊ aurifices. Veſtigia eni
iſtius erāt in diebus iebuſeoꝝ et
melchiſedech. Quarto portā val
lis q̄.ſ.in vallē ducebat ioſaphat
edificauerūt filij zayloe. Quinto
edificauit portā ſterq̄linij miche
as ꝑnceps vici bethacarem. Per
hāc portā ſordes ciuitatis efflue
bant inūdantibꝰ fluuijs in torren
tem cedron. Sexto edificauit por
tam fontis ꝑnceps pagi maſpha:
⁊ muros piſcine ſyloe. Muros au
tē inter portas edificauit ppl's ꝑ
vicos ⁊ ciuitates vnuſq̄ſq ſꝫ poſ
ſibilitatem ſuā. Nec te moueat ſi
alia noīa portaꝝ inuenias:q̄ for
te in interiori muro facte ſunt: cū
aliqua de ꝑdictis alia poſtea ſor
tite ſint vocabula. Nā porta nego
tiatoꝝ forte porta eſt gregis l quā
negotiatores ergaſteria ſua po
ſuerāt ob tēpli viciniā. Sed ⁊ por
ta iudiciaria potuit eē porta vetꝰ:
q̄ in frōte ciuitatis ꝑor eminebat.
Porta vō aquaꝝ potuit eſſe porta
fontis. Porta vero equoꝝ nō fuit
porta ciuitatis ſꝫ ſtatuta erat an
te atria templi:vſq ad quā aſcen
dere in equis licitum erat. Porro
neemias cū ſuis ſuis iſtabat ope
ri nec ſomno ac cibo ſuauiter vte
batur:ſed ſub neceſſitate. Et con
ſummatū eſt opus ꝑ annos duos
⁊ quatuor menſes: licet in multa
anguſtia ⁊ plurimis impedimen
tis. Primo em̄ finitime nationes Nee.4
in manu forti aggrediebant eos.
Neemias vō mediā ꝑtē ppl'i ar
matā ſtatuit extra ciuitatē vt ſu
ſtinerēt impetꝰ aggredientiū Al
tera vō media ꝑs edificabat: vna
manu ponētes lapidē:altera gla
diū tenētes. ¶ Porro ſcd̄m inter Nee.5.
uenit impedimentum. Fames em̄
orta eſt in terra:⁊ obligauit ſe po
pulꝰ debito ſub vſuris:ſꝫ ⁊ agros
⁊ vineas ⁊ oliueta vendere cōpulſi
ſunt tādē et filios ⁊ filias venūda
re in ſeruos ⁊ ancillas. Et ꝯuoca
ta multitudine cōpulit Neemias
diuites ⁊ magſtatus remittere vſu
ras:⁊ reſtituere vineas ⁊ ſeruos ⁊
agros q̄s emerāt:⁊ excutiēs ſinū
ſuū dixit. Sic excutiat deꝰ oēꝫ virꝫ
q̄ nō cōpleuerit vbū hoc. Et dixit
vniuerſa multitudo amē:ipſe etiā
annonas q̄ regi debebant ꝯdona
uit. Qui cū dux miſſus eſſet a rege
tñ ānonas q̄ ducibꝰ debebāt nō co
medit a ꝑma die q̄ egreſſus eſt a
rege vſq ad dū redijt ad eū. ¶ Preter Nee.6.
ea tertiū hūit īpedimētū q ꝑnci
pes trāſflumē q̄ inſidebāt ei corru
perūt muneribꝰ q̄ſdā ſenioꝝ q̄ erāt
i hierl'm vt eū morti traderēt. Nō
cū neq̄rēt varijs eū terrebāt rumo
ribus

ribus:vt ſic ab opere ceſſarent di
centes.Multi cōiurauerūt aduer
ſum te vade ⁊ abſcondere ab eis.
Rurſumq̄ aiebant.Delatū eſt ad
regem ꝙ velis rebellare:et facere
te regē in iudea.Noli exaſperare
dn̄m tuū.Cūq̄ multa fingerent in
hūc modū nō preualuerunt: quia
manus domini erat cum eo.

¶De inuentione ignis.Cap̄.viij.

Poſtq̄ aūt edificat⁹ ē mur⁹:
qꝛ rari erāt habitātes ī hie
A rusalē:precepit neemias vt
nee. 7. clauderent porte ante ſolis occa
ſum:nec aperirent an̄ calorē ſolis.
Cūq̄ imineret mēſis ſeptim⁹ ꝙ fe
re tot⁹ a pō eos ſolēnis ē ꝯuenerūt
in hierl'm q̄ſi vir vnus.Et accepit
A neemias ꝙ nō habebāt ignem de
nee.7. ſublimi Traditūq̄ eſt ei a ſenio
D E rib⁹ ꝙ hieremias in dieb⁹ captiui
c.ma.1 tatis abſconderat ſtipites altaris
⁊ prunas in inferioribus terre in
valle ioſaphat.Cūq̄ veniſſent ad
locū:eruderauerūt puteū ⁊ inuene
rūt ſtipites ⁊ prunas ⁊ aquā craſ
ſam tollētes ea ſup ſtruē lignoꝝ
⁊ hoſtias q̄ erāt ſup altare ꝑiece
runt:⁊ erupit ignis.Et appellauit
neemias hūc diē nephar qđ inter
ꝑtat purificatio.Alij dicūt nephi.
Et orabāt ſacerdotes ionatha in
choāte:⁊ ceterꝫ
reſpondētibus

Additio.

Neemias quo
q̄ ſpecialeꝫ edi
dit orationem.

Nota qꝛ hoc ꝙ
h̄ dicim⁹ magis
factū ē ſub nee
mia:ſcꝫ orabant ſacerdotes iona
tha inchoāte ⁊c.Ro.eccl'ia in qua
dā ep'la in q̄dā die ieiunij dicit fa
ctū tpe machabeoꝝ intitulās epi
ſtolā lectio libri machabeoꝝ: qui
fuerūt longe poſt neemiā:⁊ ita vi
det qđ hic ſit ꝯtrariū eſſe eccl'ie.Sol
uet ꝙ ſic:qꝛ cuꝫ ſcđs liber macha
beorū de q̄ ſumit illa ep'la non ſit
hiſtorie ꝓſecutio:ſꝫ tm̄ ep'la q̄dā
miſſa a iuda ⁊ ſeniorib⁹ ad alios
iudeos diſperſos tm̄ a iuda illis
diſperſis:⁊ hoc factū notificat et
feſtiuitas nouiter inſtitute celebrā
da mādat nō principalr̄ enarrat.

¶De obſeruatione tabernaculo
rum. Cap̄.ix.

Porro prīa die ſcenophegia A
rū dixerūt eſdre vt afferret Nec. 8
librū legis ⁊ legeret corā populo.
Stetitq̄ eſdras ſup gradū ligneū
quē fecerat ad loquēdū iuxta por
tā aquarū.i.portā atrij ſec⁹ quaꝫ
erāt luteres ⁊ legit de mane vſq̄
ad mediū diē.Leuite vō duodeciꝫ
ſilētiū faciebāt ī pplō.Flebat aūt
oīs popul⁹:⁊ dixit ad eos eſdras.
Nolite ꝯtriſtari:qꝛ ſctīs dies dn̄i
eſt.ſꝫ ite comedite pinguia:⁊ bibi
te mulſum ⁊ date ptes eis q̄ nō ꝑ
parauerūt ſibi.Cūq̄ redijſſent in
diē ſcđm inuenerūt ī lege ꝑceptuꝫ
eſſe a dn̄o vt habitent filij iſrl' ī ta
bernaculis mēſe ſeptimo in die ſo
lēni.Et mādāte eſdra egreſſi ſūt.
⁊ tulerūt frōdes oliue ⁊ ligni pul
cherrimi myrti ⁊ palmarū ⁊ fecerūt
ſibi tabernacula ī atrijs ⁊ domati
bus ſuis:⁊ ī atrijs dom⁹ dn̄i q̄ nō
fecerāt a dieb⁹ ioſue filij nun.Et
obſeruatū eſt deinceps ī iſrl' vſq̄
in hodiernū diem.Die vō octauo
fecerūt collectā iuxta ritū:ſtatuē
tes vt q̄ſq̄ daret tertiā partē ſicli
p annū ad oleū ⁊ panes propōnis
ad ligna ⁊ ſacrificia ſempiterna:
in dieb⁹ feſtis ⁊ ꝓ pctō.Die vero. A
xxiiij.qꝛ audierāt ī lege:amonites Nee. 9
et moabites nō intrabūt eccl'iam
dei:ſeparauerūt ab eccleſia alieni
genas:⁊ in mūdatione ſua ſtatue
rūt in craſtinum gn̄ale ieiuniū: vt
affligerēt aīas ſuas homines ⁊ iumē
ta vſq̄ ad pueros ſeptēnes ⁊ ꝯue
nerunt octies ad audiēdā legem.
quater in die ⁊ quater ī nocte.Le
ctione terminata ꝓſternabat po
pul⁹ ad orādū ⁊ fiebant ꝑces ſup
eū ⁊ tandē bn̄dictio ſacerdotalis. Beda.
Ex his vt dicit beda:eccl'ia traxit
exemplū.Nam ⁊ ſupra gradus le
gitur ⁊ leuite proclamationes fa
ciunt in populo ⁊ octies conueni
tur ad eccleſiā ⁊ ſi non penitus eo
modo quo illi.Semel enim in no
cte ſurgimus ad nocturnos:ſm̄ il
lud

lud. Media nocte ſurgebã ad ↄfi-
Ps.118 tẽdũ tibi ⁊c. In die vero ſepties pſal
lum⁹ ſm illud: ſepties in die laudẽ
dixi tibi. Singlis aũt horis legit
lectio quã capitulare dicim⁹ poſt
q̃ pſternit ad p̃ces in dieb⁹ pfe-
ſtis ⁊ ſubdit oro p benedictione.

¶ De edificatione muri et obitu Neemie. Cap. x.

Nee.10 Porro neemias videns vrbẽ
fere vacuam factam habitã
tib⁹: rogauit optimates vt habita
rent in hierl'm: ⁊ bñdixit eis qui ſe
ſpõte obtulerũt. Reliqua vero mul-
titudo miſit ſortẽ: ⁊ decimũ caput
fecit habitare in hieruſalẽ. ¶ Poſt
Nee.11 aliqd tp̃s cõgregati ſũt in hierl'm
ad dedicationẽ muri: ⁊ aſcẽderũt
ſacerdotes ⁊ leuite cantores cum
muſicis inſtrumẽtis: ⁊ pſallentes
incedebãt p murũ. Eſdras vero pre
cedebat neemias ⁊ optimates cuz
eo ſup alterã partez muri incede-
bãt pſallentes. Reliqua vero multi
tudo ſequebat eos ſup terrã: ⁊ du
Vltra biblia3 hec ſũt. cebant choros. ¶ His expletis re-
dijt neemias ad regez in perſide:
anno ſcdo. ⁊. xxx. regni ſui: ⁊ mor-
tuus eſt eſdras in ſenectute vene-
rãda ⁊ cũ mlta liberalitate ſepul-
tus in hierl'm. Hunc quidã hebreo
rum autumant fuiſſe malachiam.
Sed malachias poſt regreſſuz ca
ptiuitatis natus eſt in iudeam ſo-
phis. Quez qr vite optime fuit et
aſpectu decorus pp̃ls appellauit
malachi. i. angelũ. Tradunt etiaz
q̃ q̃ pphetice dicebat eadẽ die an
gelus dei apparens iterabat. Et
mortu⁹ eſt dũ adhuc iuuenis eẽt.
⁊ ſepult⁹ in agro ſuo. Porro circa
finẽ dierũ ſuoꝝ redijt neemias in
hierl'm. ⁊ beneplacito regis: et in-
tellexit mala q̃ fiebãt in ea. Sacer
dotes nãq in dieb⁹ vicis ſue non
habitabãt in gazophilatijs circa
tẽplũ: ſed in domib⁹ pprijs cũ ol
domo ſua: ⁊ cuſtodiã vaſorum dñi
poſuerãt in domibus ſequeſtratis
a tẽplo. Et edificauit de pprio ga-
zophylatia i quibus excubabant
ſacerdotes: ⁊ reponebãtur vaſa.
Preterea inuenit pplm calcantes
torcularia in ſabbato ⁊ inferẽtes B
in hierl'm vinũ ⁊ vuas ficus et oẽ Nee.13
onus. Serites quoq inferebãt piſ-
ces ⁊ venalia ⁊ vẽdebant in ſab-
batis filijs iuda. Et obiurgauit
optimates dicẽs. Cur pphanatis
diẽ ſabbati ⁊ inducitis iram dei ſu
per iſrael: ⁊ ſup ciuitatez hanc. Et
adiurauit eos de cuſtodia ſabba-
ti: ⁊ p̃cepit claudi portas in ſabba
to: ne intrarẽt negotiatores: ⁊ mã
ſerunt extra hieruſalem ſemel et
bis. Et conteſtat⁹ eſt eos neemias
q̃ ſi deinceps venirẽt manũ mitte
ret in eos ⁊ receſſerunt. ¶ Et fecit
neemias in hierl'm bibliothecam
ↄgregãs libros de regib⁹ ⁊ libros
pphetaꝝ: ⁊ dauid ⁊ epl'as regũ. ⁊
de donarijs ⁊ p his olb⁹ q̃ fecerat
orauit neemias ad deum dicens.
Memẽto mei deus me⁹ in bonuz.
Hucuſq ſumpta eſt ſeries hiſtorie
ab annalibus hebreoꝝ preter he
ſter. Que vero poſt hoc apd iudeos
geſta ſunt: de ſcriptis ioſephi et
aphricani exhibent/ ⁊ de libro ma
chabeoꝝ quẽ quidam ab hebreis
ſcriptũ autumãt: quidã a grecis.
Et mortuus eſt neemias vir beni-
gnus ⁊ ſepultus iuxta murũ quez
edificauerat. Poſt artaxerſem re-
gnauit xerſes duob⁹ mẽſib⁹. poſt
quẽ ſogodian⁹ mẽſibus. vij. Poſt
quez regnauit dari⁹ cognomento
nothi⁹ ſub q̃ egypt⁹ receſſit a pſis.

¶ Incidentia.

¶ Ea etate ſolis defectio fctã eſt
⁊ ignis de ethna erupit. Plato na
tus ẽ: hypocrates medic⁹ claruit:
dionyſi⁹ in ſicilia tyrãnidem exer-
cuit. Poſt darium regnauit arta-
xerſes: qui cognominatus eſt mẽ
non darij ⁊ paraſitidis filius. Hic
ab hebreis dr aſſuerus. Sub hoc
hiſtoria heſter conſcripta eſt.

¶ Sequuntur tituli capitulorum in hiſtoriam heſter.

¶ De heſter. Cap. i.
De ocho. ca. ij.
De dario filio arſami. ca. iij.
De alexandro. ca. iiij.

De recluſione

De recluſione decem tribuum et
morte alexandri. ca.v.
De ptholomeo ſother. ca.vj.
ꝺ ptholomeo philadelpho.c.vij.
De euergete. ca.viij.
De philopatre. ca.ix.
De ſeleuco. ca.x.
De antiocho epiphane. ca.xj.

¶Incipit hiſtoria libri heſter.

Capitulum.j

Prefa- tio.
Librū heſter tranſtu-
lit hieronymus ad
petitionē paule et
euſtochij de hebreo
in latinū:⁊ q̄ in gre
co corruptus erat ꝑ
varias editiones:releuauit eū de
archiuis hebreoꝝ ⁊ diligēter trāſ
tulit de ꝟbo ad verbū. Regnauit
aſſuerus ab india vſ ad ethio-
piā ſup.c.⁊.xxvij.ꝓuicias:⁊ erat in
ſuſis ciuitate ſoliū regni ei⁹.Ter
A hester. tio igit̄ anno imperij ſui fecit grā
de cōuiuiū cūctis ꝑncipibus ſuis
⁊ inclytis ꝓuinciarū:corā ſe.c.et
lxx.dieb⁹ i domo illa mirabili: de
qua legit̄ in hiſtoria alexādri:cu-
ius colune erāt argētee:lectū in-
ſtar firmamēti cōcameratū: hñs
gēmas diuerſi coloris:in figuraꝫ
ſiderū ⁊ ſignoꝝ diſpoſitas . Poſt
hos dies cōuiuij inuitauit omnē
pplm̄ q̄ erat in ſuſis:⁊ diſcubuerūt
extra domū ſeptē dieb⁹ in veſtibu
lo horti delitiarū.In horto erat
vinea habēs vites argenteas : et
palmites aureos:⁊ botros ex va
rietate gemmarū diſtinctos. Su-
per cōuiuātes extēſa erāt tētoria
q̄ appēdebātur colūnis argēteis
et marmoreis eburneis circulis:
inſerta funib⁹ byſſinis at pur-
purcis. Lectuli quo aurei ⁊ ar-
gētei diſpoſiti erāt ſup pauimen
tū: ſmaragdino et pario ſtratum
lapide.Bibebāt aūt oēs i aureis
poculis vinū ꝑcipuū ⁊ abūdans:
nec erat q̄ nolētes cogeret ad bi-
bēdū:lꝫ id moris eēt apud ꝑſas.
Uaſthi quo regina fecit conui-
niū feminarum in palatio regis.
Die autē ſeptimo cū rex incaluiſ
ſet mero ꝑcepit ſeptem eunuchis
vt introducerēt reginā in decore.
ſuo:vt oſtenderet oibus pulchri-
tudinē illi⁹.Que ad īperiū regis
venire cōtēpſit.Et irat⁹ rex queſi
uit a ſeptē ſapiētib⁹ qui videbāt
faciē ei⁹:cui ſentētie vaſthi ſubia
ceret.Et rñdit mānucha. Nō leſit
te ſolū vaſthi:ſed ⁊ oēs viros re-
gni tui.Nā eius exēplo mulieres
paruipēdēt imperia viroꝝ. Egre
diat̄ aūt edictū a facie tua vt vl-
tra vaſti nō ingrediat̄ ad regeꝫ.
ſed altera melior regnet ꝓ ea.Et
exijt edictū in oēs ꝓuincias ꝑ epi
ſtolā regis.¶Et dixerūt pueri re-
A hest.2. gis ad eū.¶Querāt̄ regi puelle
ꝟgines ſpecioſe:⁊ tradātur aggeo
eunucho ad cuſtodiā:⁊ accipiant
mūdū muliebre.i.veſtes:⁊ cult⁹ ⁊
ornat⁹.Uñ ⁊ miniſtros taliū mū-
diburdos vocam⁹:⁊ q̄cū oculis
regis placuerit regnet ꝓ vaſthi.
Placuit ſermo regi:⁊iuſſit hoc fie
ri.Erat tūc in ſuſis iudeus voca-
bulo Mardoche⁹:ꝺ tribu gemini
q̄ deſcēderat de trāſmigratiōe ie-
chonie.Hic erat nutriti⁹ filie fra-
tris ediſſe:q̄ ⁊ heſter vocabat̄:quā
orbatā vtro parēte mardoche⁹
adoptauerat in filiā.Hec inter ce
teras tradita eſt eunucho nec in-
dicauit populū ſuū.Sic eñi man
dauerat ei mardocheus.⁊ inue-
nit gratiā in oculis eunuchi :⁊ ac
celerauit ei cultum muliebrē ⁊ dε
dit ei ſeptē puellas:vt eā ornarēt
⁊ excolerēt.Porro ꝟgines per ſex
mēſes vngebātur oleo myrtino:⁊
alijs ſex q̄buſdā pigmētis et aro
matib⁹ vtebant̄:vt poſt annū in-
grederent̄ ad regē:⁊ q̄ veſꝑe itra
bat egrediebat̄ mane nec poterat
redire niſi rex ex nole iuſſiſſet eā
venire.Mardoche⁹ aūt ꝟſabat̄ in
veſtibl'o dom⁹ regie curā agēs ſa
lutꝫ filie.Tādē iſtabat dies q̄ he
ſter filia abiel intrare debebat ad
regē:nec q̄ſiuit ab aggeo cultum
muliebrē ſꝫ poſuit i volūtate ei⁹ q̄
tenebat̄ puellis dare q̄cū petiſ-
ſent.Et itrauit ad regē āno ſepti
mo regni

mo regni ipſiꝰ mēſe.x.ꝗ hebraice
dr thebet:latine ianuariꝰ ⁊ inenit
gratiā apd regē:⁊ fecit eā regna
re pro vaſthi. Et celebrauit nu-
ptias ꝑ mēſem:⁊ mādauit ꝑ eos
ꝗ aggari dr̄.i.curſores requiē i
vniuerſo regno ꝑ tp̄s nuptiaruꝫ.
mardocheꝰ āt ꝗ i regni mozabaꝛ
in babylonia vn̄ ⁊ adducta fuerat
heſter:trāſtulit ſe in ſuſis.Eo tp̄e
irati ſūt regi duo eunuchi ianito
res et machinabanꝛ vt occiderēt
regē.Qd nō latuit mardocheū:et
idicauit heſter:⁊ illa ex nōie mar
dochei detulit ad regē.Queſituꝗ
eſt ⁊ inuētū:⁊ appēſi ſunt in pati
bulo.Et traditū eſt corā rege i an
nalibꝰ:i.qbꝰ reges accidētia tp̄is
A ſui redigebāt.¶Poſt hec aſſuerꝰ
heſt. 3. exaltauit aman amalechiten qui
erat de ſtirpe agag quem ſamuel
trucidauit:⁊ adorabāt eū ſerui re
gis p̄ter mardocheū:ꝗ ꝓpter pa
trias leges corā eo genu nō flecte
bat.Qd attēdēs aman indignatꝰ
eſt ⁊ accipiēs eū hebreuꝫ eſſe ait.
Perſe liberi flectūt genua.hic āt
ſeruꝰ dedignaꝛ.Et diſpoſuit ꝑde
re iudeos ꝗ erāt in regno aſſueri
veteri motꝰ odio:q2 iudei delere
rāt amalechitas.Duodecio itaꝗ
anno regni aſſueri:mēſe p̄mo miſ
ſa eſt ſors in vrnam ꝗ hebraice dr
phur corā aman quo dicꝛ ꝗ men-
ſe gēs iudeoꝝ deberet interfici:⁊
exiuit mēſis duodecimꝰ.Tūc ait
amā ad regē.Intereſt regi ſerua-
re pacē.Nouerca aūt pacis ē diſ
ſimilitudo.Eſt eīm gens in regno
tuo diſſimilis ceteris:nouis vtēs
legibꝰ:iſup ⁊ regꝫ ſcita ꝯtēnēs.Ex
pedit tibi vt nō iſoleſcat:decerne
ꝗ vt ꝑeat.Et ne diſpēdiū ſentias
i tributꝫ decē milia talētoꝝ appē
dā arcariis gaze tue.Tulitꝗ rex
anulū ꝗ vtebaꝛ:⁊ dedit illū amā
dicēs.Argētū tuū tibi ſit:⁊ de ꝑplo
lege qd tibi plꝫ.Tūc ſcripſit amā
ex nōie regis lr̄as anulo regꝫ deſi
gnatas i oēs ꝓuincias:vt occide
renꝛ iudei a ꝑuulo vſꝗ ad ſenē:et
bona eoꝝ diriperēꝛ.xiii.die mēſis
xii.Statimꝗ in ſuſis pepēdit edi
ctū.Qd cū legiſſent iudei fleuerūt.
¶Sꝫ ⁊ mardocheꝰ idutꝰ ē ſacco:
⁊ aſꝑſus cinere magna voce eiula
bat p̄ re foribꝰ palatii.Nō eīm fas A
erat idutos ſacco itrare palatiū. heſt. 4
Qd cū accepiſſet heſter:ꝯſternata
eſt:⁊ miſit ei veſtē ꝗ idutꝰ intraret
ad eā:quā accipe noluit:ſꝫ ſignuit
ei ꝑ eunuchū cām fletꝰ ⁊ exēplar
edicti q ꝑ pēdebat in ſuſis miſit ei
monēs cā vt itraret ad regē:⁊ ſup
plicaret ei ꝓ ꝑplo ſuo.Que rn̄dit.
Iā.xxx.diebꝰ nō ſuꝫ vocata ad re
gē:⁊ decretū eſt:vt ꝗ nō vocatꝰ ac
ceſſerit moriatur:niſi forte rex au
reā vgā ad eā extēderit rurſumꝗ
mardocheꝰ ad eā.Quid ſcis vtrū
idcirco ad regnū veneris:vt i tali
tp̄e parareris.Si nūc ſilueris per
aliū liberabit dn̄s ꝑplm ſuū:⁊ tu ⁊
domꝰ p̄ris tui ꝑibitꝫ.Tūc mādaui
uit heſter mardocheo:vt oēs iu-
dei ꝗ erāt i ſuſis ꝑ triduū ieiuna-
rēt ⁊ orarēt ꝓ ea:ſꝫ ⁊ ipa ieiūauit.
¶Die āt tertia iduta regalibꝰ ſte A
tit i atrio domꝰ ꝯ baſilicā regꝫ cū heſt. 5.
duabꝰ puellis:q̄rū vnā icūbētē ſu
ſtinebat altera ſeq̄ns lōgitudinē
veſtis ſummis digitꝫ deportabat.
At rex ſedebat ſupra ſoliū ꝯ oſtiū
domꝰ.Qui cū reſpexiſſet eā toruo
vultu collapſa ē.Cūꝗ vidiſſet he
ſter lapſam:placuit ei:⁊ extēdit ꝯ
eā aureā vgā.Que ꝯſurgēs ⁊ acce
dēs:oſculata ē ſummitatē virge:⁊
ait rex.Quid vis heſter. Quicq̄d
petierꝫ dabo tibi.Que rn̄dit.Ob-
ſecro vt veniat ad me hodie ⁊ amā
tecū ad ꝯuiuiū.Et ſurgēs venit ad
eā.Et fouēs eā gremio ſuo ꝯſolabaꝛ
dicēs.Noli timere ꝑ ſubditꝫ lex
data ē:tu ꝑo mihi coregnas.Ue-
nerūtꝗ ābo ad ꝯuiuiū regine.Cū
ꝗ bibiſſet abūdāter ait.Pete qd
vis heſter:⁊ ipetrabis.Que rn̄dit.
Obſecro vt veniat cras rex ⁊ amā
ad ꝯuiuiū:⁊ idicabo eis cor meū.
Egreſſus eſt itaꝗ amā letꝰ.Cūꝗ
vidiſſet mardocheū nō aſſurrexiſ
ſe ſibi idignatꝰ ē:⁊ ꝯuocās vxorē ⁊
amicos expoſuit eis oēꝫ glīā ſuā
eddēns

addēſq; eū ſolū cū rege heſter vo
cauit ad cōuiuiū. Verūtñ ſe nihil
hr̄e reputabat dū viueret mardo
cheꝰ. Et dixerūt ei. Jube parari tra
bē. l. cubitoꝝ ⁊ ſuggere regi vt ap
pēdat̄ mardocheꝰ in ea vt ſic eas
A hest. 6 letꝰ cū rege ad ꝯuiuiū ⁊ iuſſit pa-
rari crucē. ¶ Noctē illā rex duxit
iſomnē ⁊ iuſſit ſibi legi annales.
Et vētū eſt ad locū vbi ſcṗtū erat
ꝙ mardocheꝰ nuntiauerat ei faci
nus eunuchorū. Et ait rex. Quid
honoris ꝯſecutꝰ eſt mardocheꝰ ꝓ
hac fide. Et dixerunt ei. Nihil. Et
q̄ſiuit rex q̄s eſſet in atrio. Et dixe
runt pueri aman. Jp̄e eīm intrane
rat. vt ſuggereret regi de morte
mardochei. Cūq; vocatꝰ intraſſet
amā dixit rex ad eū. Quid dȝ fieri
viro quē rex vult honorare? Qui
cogitās ꝓ ſe dictū eē rñdit. Dȝ in
dui ſtola regia ⁊ coronari diade-
mate ⁊ ſedere ſuper equū regis ⁊
primꝰ de principibꝰ teneat equū.
⁊ ꝑ ciuitatē icedēs clamet. Sic ho
norabit̄ quē rex voluerit honora-
re. Dixitq; ei rex. Feſtina et fac vt
locutꝰ es mardocheo. Caue ne q̄c
q̄ʒ ex his q̄ locutꝰ es ꝑtermittas.
Et fecit aman mardocheo vt locu
tus fuerat. Qui prꝰ renitebat̄ pu
tās ſibi illudi ab amā: ſȝ cognita
veritate ꝯſenſit. Et rediīt mardo-
cheus ad fores palatiī. Amā ꝟo fe
ſtinabat i domū lugens ⁊ opto ca
pite. Et dixerunt ei amici eius. Si
de ſemine iudeoꝝ eſt mardocheꝰ
ante quē cadere cepiſti nō poteris
B ei reſiſtere ſȝ cades. ¶ Et ecce eū-
hest. 7 tiī regis compellebant eū intrare
⁊ intrauit cū rege ad ꝯuiuium. Et
ait rex. Pete ꝙ vis heſter. Que rñ
dit. Dona mihi animā meā ⁊ po-
pulū meū ne pereamꝰ. Utinā i ſer
uos venūdaremur ⁊ gemens tace
rem. Et ait rex. Quis eſt q̄ hec au
deat facere. Que rñdit. Hoſtis nr̄
eſt iſte aman. Qḋ ille audiens ob
ſtupuit. Rex aūt iratꝰ ſurrexit ⁊ in
trauit in hortum aman ꝟo ſuppli
cabat regie ꝓ aīa ſua. Cūq; reuer
ſus eſſet rex reꝑꝑit amā corruiſſe
ſuꝑ lectulū i quo iacebat heſter: ⁊ e
ait. Etiā reginā vult opp̄rimere me
p̄ſte. Et dixit arbōa eunuchꝰ. En
lignū qḋ parauerat Mardocheo
ſtat i domo amā. Et ait rex. Appē
dite illū i eo. Et ſuſpēſus eſt amā A
i patibulo. ¶ Et dedit rex Heſter hest. 8.
domū amā. Et ingreſſus eſt mar-
docheꝰ ad regē. Cōfeſſa eſt eīm he
ſter ꝙ patruꝰ eiꝰ eſſet. Et dedit rex
anulū mardocheo quē amā recipi
iuſſerat. Heſter aūt cōſtituit mar-
docheū ſuꝑ domū ſuā. Que iterū
flens ꝓcidit ad pedes eiꝰ: ſuppli
cās: vt veteres lr̄as quas ſcripſe
rat amā ꝯ iudeos nouis ep̄ſis ir-
ritaret. Et adq̄euit rex. Et ſcripſit
mardocheꝰ lr̄as anulo regis ſigil
latas ad p̄ncipes ꝓuinciaꝝ ne oc
ciderent̄ iudei: imo illos qui para
ti erant ad occiſionem iudeorum
interficerent iudei: ⁊ manꝰ princi
pum eſſet cum eis. Et factum eſt
nomen iudeorum celebre: ita vt
plures de gētibꝰ religioni eorum
iūgerent̄. ¶ Et recordatꝰ eſt mar- B
docheꝰ ſomniī qḋ viderat ⁊ interp̄ hest. 10
tationē eiꝰ itellexit: ⁊ hoc erat ſom ⁊. 11. C
niū. Apparuerunt ei voces ⁊ toni
trua ⁊ terremotꝰ ſuꝑ terram. Et ec
ce. iī. dracones parati ꝯ ſe in p̄liū ad
q̄ꝝ clamorē natiōes excitate ſunt
vt pugnarēt ꝯ regē iuſtoꝝ. et fuit
dies illa tenebraꝝ ⁊ miſerie. Et cō
turbata gens iuſtoꝝ clamauit ad
dñm: ⁊ ecce fōs puꝰ creuit i flamē
maximū ⁊ orta ē lux magna ⁊ hūi B C.
les exaltati ſūt ⁊ deuorauerūt iclytos. hest. 10
tos. ¶ Porro i. iī. ep̄la quā ſcripſit
ꝓ iudeis excuſauit ſe rex i hūc mo
dū. Ne putetis ſi diuerſa iubemꝰ ex
ai leuitate venire: ſȝ ꝓ neceſſitate
tpm ferr̄ ſuis ꝫ vt reipublice poſcit
vtilitas. Multi ſublimati a regibꝰ
honore collato abuſi ſūt i ſuꝑbiā
⁊ i ipſos q̄ dederūt moliūt̄ iſidias.
Amā ⁊ alorgſhe maccdo ⁊ ex obliq̄
cōmaculās genꝰ pſaꝝ adeo ītēiuit
vt regno nos priuar̄ niteret̄ ⁊ ſpū.
Nā mardocheū cuiꝰ fide viuimꝰ ⁊
cōſortē regni heſter: cū oī gēte ſua
nouis machinationibꝰ expetiīt ad
mortem

rā colēdā deputabat ⁊ hitationē.

¶ Incidentia.

¶ Eo tēpore Manlꝰ torquatꝰ cōſul romanorum filium ſuum virgis ceſum ſecuri percuſſit: qꝛ contra imperium conſulum cū hoſtibus pugnauerat ⁊ tū expugnauerat

Ex diuerſis hiſtorijs.

¶ De alexandro. Capitulum. iiij.

Per idē tēpꝰ philippꝰ rex macedonū ꝑ iſidias ꝑcēptꝰ ē a pauſania trahēte genꝰ ab horeſte Cui ſucceſſit alexāder filꝰ eiꝰ adoptiuꝰ qꝛ legiꝫ nota nabi filꝰ viceſimū agēs annū. Qui volēs obtinere ſyriā trāſijt helleſpōtū. Et congregati ſunt aduerſus eum duces darij q̄ erāt trās flumē: ⁊ ſup granicū fluuiū expugnauit eos. Cūqꝫ ꝑcurriſſet lidiā ⁊ iconiā ꝑuenit ad loca pāphilie. Tūc dariꝰ filꝰ arſami electū collegit exercitū ⁊ trāſiuit eufratē ⁊ mōtē cilicie tauꝝ ſperās i cilicia macedones expugnare. Tūc gauiſus ē ſaraballa putās qꝫ poſt victoriā occurreret dario ⁊ edificationē tēpli ab eo ipetraret qđ pollicitꝰ erat gn̄o ſuo ipē q̄dē longeuꝰ a p̄lijs vacabat ſꝫ alr q̄ ſperaret euenit. Nā victꝰ ē dariꝰ a macedonibꝰ ⁊ capta matre eiꝰ vxore ⁊ filijs ad pſidā fugiēs fineauit cū paucis tūc alexāder cepit aſpirare ad monarchiā oriētis ⁊ itrās ſyriā cepit damaſcū ⁊ ſubiugata ſidōe tyꝝ obſidebat. Tūc ſaraballa eligēs de ſuis. viij. milia i alexādriā ꝑfectꝰ ē i auxiliū dicēs ſe libentiꝰ obſeq̄ ei q̄ dario et qꝫ loca cōſtituta ſub poteſtate ſua ei ꝯderet ⁊ grate ſuſceptꝰ ē ab alexādro Preterea dixit ei ſe hr̄e generꝝ manaſſen fratrē principis ſacerdotū gentis iudee multoſqꝫ alios cum eo p̄nteſex eagēte q̄s velle aiebat ſub eo tēplū ꝯſtituꝫ locis edificare qꝫ ꝑfuturꝝ alexandro teſtabaꝫ qꝛ potētia iudeorū in duo diuiſa nō rebellaret. Cōcedēte ꝟo alexādro i ſtudio edificauit ſaraballa tēplum ⁊ altarē quod permãſit vſqꝫ ad deſtructionē factā ꝑ romanos. ⁊ i eo manaſſen cōſtituit pōtificem.

Additio.

Ecce tertio legitur tēpluꝫ edificatū a ſalomone in hieruſalē in egypto ⁊ hic a ſaraballa.

hiſtoria

Porro duꝫ alexander erat in obſidione tyri: ſcripſit epiſtolam ad principem ſacerdotum in hieruſalem inuitans cum vt ſibi preberet auxilium et exercitum: venalia prepararet: et redderet ſibi tributa q̄ prius dario cōferebat. Et reſpōdit iadꝰ ſe dario ſacramētū dediſſe nec eo viuēte poſſe trāſcēdere ꝯſtituta. Tūc cōminatus eſt alexāder gēti iudeoꝝ qꝫ per eū diſcerent q̄bus deberēt cōſtituta ſeruare. Tūc iniectis aggeribꝰ tyruꝫ fecit continētem. i. cū priꝰ eſſet inſula fecit eā cōterminiā terre: qua vaſtata gazaꝫ obſedit. Et mortuꝰ eſt ſaraballa. Alexāder aūt capta gaza in hieroſolymaꝫ feſtinabat. Et timentes iudei clamauerūt ad dn̄m ⁊ immolabāt hoſtias ⁊ iadꝰ orabat pro gēte. Qui cū poſt ſacrificiuꝫ obdormiſſet precepit ei deꝰ vt conſideret ſericiſqꝫ. i. cortinis ciuitatem ornaret. ⁊ ipſe pontificalibus indutus ⁊ reliqui ſacerdotes cum eo legitimis ſtolis induti obuiam exirent alexandro. Et ſurgens a ſopore oraculū omnibꝰ indicauit. Audienſqꝫ non longe eſſe a ciuitate alexādrū ꝓceſſit cum ſacerdotibꝰ ⁊ ciuiū multitudie ſacra ad locū q̄ ſaphim appellaꝫ qꝫ latine trāſlatū ſcopulū ſonat vñ hieroſolymā ⁊ tēplū dn̄i videri potuiſſent. Et factū eſt cōtra ſpē. omniū qui ſequebanꝫ regē. Nā alexāder intuens antiſtitē pōtificali ſtola inſignē ⁊ ſuꝑ ſydariꝫ laminā aureā in qua ſcriptū erat nomen dei deſcēdit de equo: ⁊ adijt eū ſolꝰ ⁊ nomen dei adorauit ⁊ pontificē veneratus eſt. Et obſtupuerunt principes exercitus ⁊ ludificatam regis mētē putauerūt. Solꝰ parthemiꝰ q̄ſiuit ab eo cur ſacerdotē gentis iudee adoraſſet. Et r̄ndit. Nō hūc adoraui ſꝫ deū qui ꝑncipatū ſacer

 dotum

dotū gerit. Nā ꝑ ſōniū ī tali hitu
deū ꝓſpexit adhuc ī licea ciuitate
macedōie ꝯſtitut⁹. Dūq̄ mecū co=
gitarē vtꝝ aſiā poſſez obtinere iuſ
ſit me cōfidere. Nā ipe exercitum
meū ꝑducerꝫ ꝛ pſaꝝ mihi trade
ret ꝑncipatū. Nūc aūt ꝑmo vidi ī
hoc ſacerdote ipi⁹ effigieꝫ q̄ mihi
ꝓmiſit ꝓuētura cōfido ꝛ ꝓpterea
deū adoraui ꝛ hoiez venerat⁹ ſuz.
Et igreſſus ē vrbē alexāder. ꝛ ī tē
plo ſacrificauit deo ſꝫ ſacerdotis
oſtēſionē. Et attulerūt ei danielē: ī
q̄ ſcriptū erat. q̄ndā grecoꝝ ꝑditu
rā pſaꝝ potētiā ꝛ arbitrans de ſe
ſcriptū eē gauiſus ē. Et ī craſtinū
cōuocās ppl'z iuſſit peterē q̄ vellēt.
Et ipſis petētib⁹ conceſſit iudeos
vbiq̄ patrijs vti legib⁹ ꝛ ſeptimū
ānū ſine tributis eſſe ꝓp ſabbatū
tre qꝛ ſeptimo āno n̄ colebaṫ trā.
Et eidē ad alias ciuitates ꝓfect⁹
ē. Tūc ſamarite vidētes ei⁹ muni
ficētiā circa iudeos cogitos ſe dixe
rūt eē iudeoꝝ originē ſuā ab effrai
ꝛ manaſſe trahētes. Et poſtula
uerūt vt tēplū eoꝝ ī garizin honora
retq̄ ī reditu ſe facturꝝ ꝓmiſit. Cū
q̄ peterēt ab eo relaxatiōez. vij. an
ni q̄ſiuit q̄ ēēnt. Et dixerūt ſe hebre
os. Cūq̄ adderet vtrum eſſent iu
dei negauerūt ſe iudeos eē. Et rñ=
dit. Judeis tm̄ hec cōceſſi. Porro
nos ſub ſilētio pertranſimus q̄ꝛ
alexāder Dariū vicit ꝛ Porum. et
quō cōſuluit ar
bores ſolis ꝛ lu
ne. ꝛ cetera ad=
miratiōe digna
q̄ ꝑceptori ſuo
ariſtoteli ꝑ epi=
ſtolā indicauit
ad ea que circa
ppl'm dei geſta
ſunt feſtinātes.

Additio.

Arbores ſolis ꝛ
lune. Cumq̄ ſol
oriebaṫ ꝛ ſplen
dor ſummitatē
arboꝝ tāgebat
vſq̄ ad radices
concutiebāturꝛ
tunc reſponſuz
dabatur. iterro
gantibus vbi alexander de vxore
ꝛ ſuis recepit ꝛ de morte ſua ſi ba
bylonē intraret: ꝛ ita factū eſt a ſo
rore. Sacerdotes ꝟo qui erāt vtē
tes pomis arborum ſolis et lune
quadringentos annos viuebant.

De recluſione decem tribuum ꝛ
morte alexandri. Capitulum. v.

Taq̄ cum veniſſet alexāder
ad mōtes caſpios miſerūt ad Ex hi=
eū filij captiuitatꝫ decē tribuū. Ex ſtorijs.
edicto eīn tenebanṫ egredi nō lice
re poſtulantes ab eo egrediēdi co
piā. Cūq̄ q̄ſiſſet cauſam captiuita
tis accepit eos receſſiſſe aperte a
deo iſrl'. vitulis aureis immolādo
ꝛ ꝑ ꝓphetas dei ꝑdictū eē eos ca
ptiuitate nō redituros. Tūc rñdit
q̄ arcti⁹ eos includeret. Cūq̄ āgu
ſtia viaꝝ obſtrueret molibus bitu
minatis vidēs laborez humanum
nō ſufficere orauit deū iſrl' vt op⁹
illō cōpleret. Et acceſſerūt ad ſeiui
cē ꝑrupta mōtium ꝛ fact⁹ eſt locus
imeabilis. Ex q̄ liq̄do apparet nō
eē dei volūtatē vt exeāt. Egredien Joſe=
tur tn̄ circa finē mūdi magnā hoīz phus.
ſtragē facturi. Et vt ait ioſephus
De⁹ q̄d factur⁹ ē ꝓ fidelib⁹ ſuis ſi
tm̄ fecit ꝓ infideli. Cūq̄ rediſſet
alexāder ī babilonē ſumpto vene
no vſum lingue amiſit et extremā
volūtatē ſuā ſcripto expſſit. Et no
luit mōarchiā ſuā ī aliquē trāſfer
re ne aliq̄s par ei ī potētia apō po
ſteros legereṫ. ꝛ. xij. q̄s ab adole=
ſcētia ſua ſocios habuerat regni Circa
ſucceſſores iſtituit. Hec āt inſtitu= princi=
tio nō ſtetit. Nā. iiij. ex his tantū pium.
alijs abiectꝫ regnuerūt. ſicut ī hiſto=
ria danielis eſt comprehenſum.
Mortuus eſt autem cum eſſet an
norum. xxx. duorum. et. xij. annis
regnauit. Et diciṫ a quibuſdaz q̄
xij. alexādrias edificauit ꝓ nume
ro annoꝝ q̄bus regnauerat. Ipſe
ī amone ꝯdidit parathoniū. i. vtu
tis ſue indiciū. ſ. arcū triūphalez.

De ptholomeo ſother. Ca. vi.

Et regnauit poſt eū in egy Ex hi=
pto ptholome⁹. q̄ cognomi= ſtorijs.
nat⁹ ē ſother. Qui cū regno ſuo ad
iecīſſet ſyriā appoſuit vt adijceret
ꝛ iudeā. Et aſcēdēs in hierl'm die
ſabbati ſciēs ea die iudeos arma
nō moturos ſub ſimulatiōe ſacrifi
cādi deo nulloꝫ dicēte itrauit. Vn̄
ſm̄ ioſephū vt ait Ouidi⁹ ſabatar

chidea

chides iudeos ridiculos appella-
uit: q̄ p̄ ſuperflua ſuperſtitiōe graue dānū ſuſtinuerūt. Ptholome⁹ nāq̄ multos d̄ iudea ⁊ garizi captiuos trahēs ad egyptū reduxit. Et vēditiōi exponēs eos a negociatorib⁹ natiōnū diſtracti ſunt ⁊ diſperſi. Et p̄ hac captiuitatē lʒ nō fuerit gn̄alis: d. fr̄m⁹ diſperſi ſunt i natiōes.

A Act. 2. Uñ in actib⁹ apoſtoloꝝ legit̄ cōueniſſe in hierlm iudeos ex oī natione q̄ ſub celo eſt. Jaddo pōtifi. ſucceſſit filius eius onias cui ſucceſſit filius ei⁹ ſimō iuſtus: cui ſucceſſit frater ſuus eleazarus p̄ro onia filio ſimonis adhuc puero.

¶Incidentia.

¶Eo tēpore Appius claudi⁹ cec⁹ rome claruit q̄ aquas claudias: alſe calidas idurit ⁊ viā appiā ſtrauit. Theophraſt⁹ philoſoph⁹ claruit q̄ a diuinitate loquēdi vt ait (cicero) nomē accepit: cēſu rome agitato iuēta ſūt ciuiū. cc. lxx. milia ꝯdite ſūt a romanis armiuꝰ ⁊ beneuētū.

Additio. Qr per hoc numerū cimum de p̄rehenduut.

¶De ptholomeo philadelpho.
Capitulum. vij.

Ex diuerſis hiſtorijs. Poſt ptholomeū ſoter regnauit in egypto philadelph⁹. Hic ſtudioſi⁹ ⁊ libroꝝ cupid⁹ demetriū bibliothece ſue p̄fecit. Cūq̄ qͥſiſſet ab eo de nūero libroꝝ. xx. milia adeſſe rn̄dit: ſed paulopoſt tpe vſq̄ ad. l. milia poſ-

Nota antiq̄rū ſtudia. ſe puenire dixit. Et nūtiatū ſibi dixit apō iudeos eē legē ore ipſi⁹ dei editā ⁊ digito ipſi⁹ ſcriptā p̄ qua ſummope laborādū eē dicebat vt in grecū ꝯuerſa eloquiū i archiuis regalib⁹ haberetur. Hec eñ erat

Nota dignitatē legis noſtre. lex dei quē philoſophi zena dicūt id eſt viuentē: zeni enim viuere vł vitam ſonat: quē vulgus appellationem. Et ad oſtendendaꝫ legis eius ſanctitatē addidit: q̄ nō niſi a dei viuētis cultoribus trāſferri potuiſſet. Naꝫ ⁊ theopompus cū hiſtorijs q̄s ſcribebat eā voluiſſet interferere verſus eſt in amentiā p̄ dies. xxx. Theodectus quoq̄ pro eā eadē fact⁹ eſt cecus: ⁊ penitētes ſanati ſunt. Et ſuggeſſit regi vt ſcriberet pōtifici iudeoꝝ: vt iudeos hebrce ⁊ grece lĩgue peritos ad ipm̄ dirigeret cū lege dei q̄ ad eā trāſferēdā ſufficerēt. ¶ Ut īpetraret muñera cū epiſtolis mittēda cēſuit. Aderat ibi ariſteus: q̄ longo tēpore iudeoꝝ calamitati cōpatiēs opportunitate liberādi eos inuēta ait. Quō qd̄ poſtulas obtinebis tot iudeis i regno tuo ſeruiētibus. Solue itaq̄ eos ⁊ nihil grati⁹ erit pōtifici iudeoꝝ. Nec ob hoc qd̄ dico me iudeoꝝ affinē eſtimes ſed q̄ ſcio tua iter eſſe ſi factorē oīm deū honoraueris. Et liberauit rex de iudeis. c. xx. milia dās dn̄is eoꝝ pro capite c. xx. drachmas argenti. Cūq̄ dixiſſet rex hoc magnū eē: dixerūt. Magnū quidē eſt ſed nō regi munifico.

Epiſtola ptholomei ad eleazarum. ¶ Tūc ſcripſit rex eleazaro in hūc modū. Scētuā q̄ ſecus nos erat libertate dōaui arbitrās hoc deo eſſe iocūdū: quoꝝ quoſdā militie aſſignaui: alios quorū fidē approbauerā ꝯſtitui in palatio. Leges vr̄as in nr̄a bibliotheca reponere decreui. Eñ h̄ facies mittēdo nob̄ viros ſeniores q̄ valeāt interpretationē eaꝝ caute nobis relinquere. Trāſmiſi mō argenti. c. talenta pro imolationibus faciendis ⁊ ſeparaui. l. talēta auri ad cratercs ⁊ libatoria faciēda: ⁊ gēmas ſine nūero ad artificū optionē. Tu manda nobis q̄ ex his volueris fieri qd̄ grati⁹ amplectemur.

Ruffo. Tūc mittēs ad eū eleazar⁹: qd̄ poſtulabat reſcripſit ita. Ad interpretādā legē quā poſtulas miſi viros ſeniores d̄ vnaquaq̄ tribu. vi. legē ferētes. Tue auteꝫ pietatis erit vel iuſtitie ad nos eam caute remittere. Hi ſunt. lxx. interp̄tes: q̄ licet. lxxij.

Additio. Quia etſi decē trib⁹ capte fuerāt multi tñ latuerant q̄ fugerant in hierlm q̄dā etiā ad fa-

De. 70 interp̄tibus.

fuerint more ſa creſcriptur. lxx. dicitur que mo dicū numerū ſi ſuꝑ aliquā ſummā ſuperexcreſcit ſepe ſubtra- cet. Qui cū veniſſent ad regē benigne ab eo collecti ſunt non tñ ad regē intromiſſi vſqꝫ in diē quintū. Imminebat enī a die ſolēnitas triūphalis ꝓ triūpho.ſ. quodā: quē maiores ſui eadē die habuerāt. Ea igit̃ die ſuſcepit eos quos corā vniuerſitate ṕncipū decreuerat honorare: poſt ſuſceptionē vero duodecim diebꝰ fuerūt cū rege: ⁊ ſciſcitatꝰ eſt ab eis q̄ in corde ſuo diſpoſuerat: ⁊ ṕcipue de duobꝰ: ꝺ cognitiōe dei: ⁊ gubernatiōe regni. Cūqꝫ īſtruxiſſent eū de regni adminiſtratiōe: plenius diſputauerūt de vno deo colēdo ⁊ ꝙ nulla creatura deꝰ eſſet. Inde eſt ꝙ vbicunqꝫ occurrit eis de trinitate: vel ſub ſilentio trāſierunt vel in enigmate trāſtulerunt ne tres deos colendos tradidiſſe viderent̃. S: lr̃a

B
Eſa.6. de incarnatiōe ꝟbi faciētes: vt in eſaia. Qui cū dixiſſet puerū nobꝫ naſcitur ⁊ addidiſſet. vj. eiꝰ nōia q̄ꝝ vnū eſt deus: ꝑ illis ſex nōibus trāſtulerunt magni ꝯſilij angelꝰ: ne viderent̃ tradidiſſe holēz deificatū. Tūc oſtenderūt regni rotulū quē attulerant. Nec ſufficiebat admirari rex chartarū tenuitatē ⁊ ꝯpaginationē: q̄ oculis deprehēdi nō poſſet cōpages litere auree in cādore chartarū adeo legibiles apparerēt. Introducti autē ſunt ī domū regis ſecꝰ mare ſecretā q̄ erat ad negocioꝝ deliberatiōnē: ⁊ date ſunt eis celle ſingule vt quicq̄d viſū eſt eis opportunū ⁊ cōmodū ad īterꝑtādū: diluculo egrediebant̃ ad optādū regi bona ⁊ policronitudinē. Tūc lauabāt ſe ad mare ſcḋm purificationē iudeorū: poſtea interꝑtabant̃ vſqꝫ ad horaꝫ nonā. Inde trāſibāt ad cibū ⁊ requiē ⁊ ꝯſum mauerunt opꝰ lxx. duobꝰ diebꝰ vñ quibuſdā viſū eſt ꝙ nō trāſtulerunt tūc niſi pentateuchū. Poſtea vero vel poſtq̄ redirēt. vel poſt aliq̄ ex eis ad regem redeūtes trāſtulerūt pſalmos ⁊ ꝓphetas. Verūtñ ſi miraculoſe factū eſt vt dicit auguſtinꝰ ꝙ vna et eadē ſine diſſonātia inuēta ſit editio vniuſcuiuſqꝫ coꝝ minꝰ miraculoſe fieri potuit: vt ī tot diebꝰ īterpretati ſint legē pſalmos ⁊ ꝓphetas. Hiero. tñ videt̃ velle ꝙ interpretatiōes .vj. dieꝝ ī ſabbato cōferrāt ex oībꝰ ꝯflātes vnā. Nec mirā dū eē hoc aſſerit cū eſdras legeꝫ quā ꝑ ſpiritū reparauerat poſtea cū veteri ſcriptura q̄ apud ſamaritanos erat correxit. Oꝑe cōpleto cōuocauit demetriꝰ q̄ ſuꝑ libros magiſter erat oēs iudeos q̄ erāt ī alexādria: ⁊ de ꝓuīcia peritiores. Et lecta eſt corā oībꝰ trāſlatio eoꝝ: ⁊ approbata poſtea ꝺlata eſt ad regē ⁊ corā eo r̄plicata. Cūqꝫ peterēt interꝑtes a rege dari autoritateꝫ vt imobilis ꝑſeueraret: hec ſe facturum

Auguſtinus.

Hieronymus

Additio.

maritanos propter quā cōmixtionē ſamaritani dixerunt ſe eſſe hebreos: vt ſupra / capi.iiij. ꝑ idez tempus.

Additio.

Vñ ī eſaia: ⁊ vocabit̃ nomē eiꝰ admirabilis cōſiliariꝰ deꝰ fortꝫ pr̄ futuri ſeculi. princeps pacis. Pro his oībꝰ trāſtulerūt magni cōſilij angelꝰ: q̄ trāſlatiōe vſus eſt gregoriꝰ qui eccl'iaſticū officiū ordinauit q̄ ra trāſlatiōe vtitur vbicūqꝫ vel poſteri vel alterius autoritatē inducit cū tñ eccleſia trāſlatiōe hie. vel vulgari vtat̃ ī his oībꝰ.

Additio.

Policronitudo ꝺr oro q̄ fit ab eccl'ia pro regibus / pōtificibꝰ / ṕncipibus terre ⁊ optat eis bōa ſpūalia: ⁊ tēporalia ⁊ eterna ⁊ tēpis lōgitudinē. Polis eñ grece pluralitas latine chronos tēꝑs. Adhuc apꝺ grecos talis cōſuetudo eſt vt cum ſurgūt mane tēplum reſpicientes clamāt policronitudo baſileos. i. multū tēporis viuat rex.

cturũ laudauit ſi demum ita caute
corrigerēt cã vt qđ ſemel iudicatũ
foret non cogerent irritare. Et re=
Nota. miſit eos muneribus honoratos.
Eleazaro quoq; ſummo ſacerdoti
trãſmiſit munera. In tẽplũ ꝯo mi
ſit ꝑter vaſa menſaʒ aureã gẽmis
impreciabilibus inſignitam cuius
craſſitudo cũ eſſet dimidiũ cubiti:
tamẽ materiam ſuperabat opus.

Incidentia.

Eo tẽpore ſoſtrat⁹ pharũ in ale
xandria cõſtruxit. Aratus claruit:
argẽteus num⁹
pũm⁹ in vrbe fi
Nota mirabile. gura romanos
carthaginiẽſes
nauali prelio vi
cerunt metello
conſule fugato.

Additio.

Hoc fuit vnũ de
mirabilib⁹ mun
di vt dicit pliui⁹
Phar⁹ eñi erat
turris altiſſima
ĩ littore maris ſi
ta nõ ĩ terra fun
data ſʒ ſup cãcros .iiij. vitreos po
ſita tante magnitudinis q̄ ignis
in ſummo poſitus in nocte totũ fe
relitt⁹ irradiabat. Sepulchrũ ara
ti admiratione ĩ cilicia eſt dignum
nam in id ſaxa iactata reſiliunt.

De euergete. Ca. viij.

POſt philadelphũ regnauit
frater ei⁹ phtolome⁹ euerge
tes q̄ ab egyptijs auergetes dict⁹
eſt. qđ refectionẽ ſonat. qꝛ poſt va=
ſtatã ſyriã & ciliciã & ptes aſie iter
innumera ſpolia q̄ cepit etiã deos
eoꝝ quos cãbiſes ĩ pſas trãſuexe
rat reuexit. Iu=
deorũ pontifex
onias ſimonis
iuſti fili⁹: cui ſuc
ceſſit ſimon fili⁹
eius ſub quo ie
ſus fili⁹ ſyrach
librũ ſapiẽtie q̄
eccliaſticus dici
tur ꝯpoſuit: quẽ
greci pẽnarare
thõ vocãt. Et p̄
dicti ſimonis in
eo facit mentio=
nẽ. Porro onias
cũ tributa negaſ
ſet euergeti zelo
legis vl' poti⁹ ex
auaritia: vt dicit
ioſeph⁹ qui cum
in honorẽ fuiſſe
teſtatur: compu=
lit regem in irã.
Et miſſus eſt le=
gatus a iudeis
etiã inuito onia
ad regem. Ioſe=
phus vir nobi=
lis thobie fili⁹ &
ſororis onie hic
habuit filiũ hir=
canũ cuius dum
puer eẽt ꝓbauit
pr̄ prudẽtiã tra=
dẽs ei .ccc. iuga=
bouʒ ſine loris.
Qui non ſolum
pacem reforma
uit: ſʒ remiſſus
ẽ a rege dux iu=
dee: & finitima=
rum regionum
Interfecit bo=
ues & comedit carnes: & de corijs fe
cit lora: & ſeminauit terram.

Additio.

Apan qđ eſt to=
tum et arethon
qđ eſt ꝟt⁹ quaſi
tot⁹ virtuoſus.

Additio.

Tres libros ſa
lomõ fecit. eccle
ſiaſtẽ q̄ ſic icipit
Uanitas vanita
tũ. parabolas ſi
ue ꝓuerbia q̄ he
braice maſlot di
cunt. Cãtica cã
ticoꝝ. Eſt & quar
tus cuius dubi=
tatur autor qui
ꝓprie dicitur li=
ber ſapientie: et
incipit. Diligite
iuſticiam. Eſt
quintus qui ec=
cleſiaſticus dici=
tur quem cõpo=
ſuit ieſus fili⁹ ſy
rach. Quilibet
iſtorum dr̄ liber
ſapientie quod
in epiſtolis no=
tari põt ab his
libris ſumptis.
Ideo autẽ hãc
appellationem
ſortiti ſunt: quia
in quolibet iſto
rum ſapiẽtia in
troducit loquẽs
vel quia mores
in formã vel qꝛ
đ ſalute ſalomo
nis propter ido
latriam dubitat

Incidentia.

Eo tẽpore ennius tarentinus a
Catone queſtore romã tranſlatus
eſt parco ſumptu cõtentus: & vni⁹
ancille miniſterio. Quadraginta
ferme milia gal
lorũ a romanis
ceſa ſunt. Apud
rhodũ colloſus
magn⁹ terremo
tu corruit.

Additio.

Imago maxia
erat mire ma=
gnitudinis vt ſa
gitta ad ſummũ
dirigi non vale=
ret: & caput ei⁹ tãte magnitudinis
q̄ capere poterat .xxx. choros gra
ni: & in inferiori parte in pedibus
apertura erat vnde poterat homo
intrare & aſcendere in caput.

De ptholomeo philopre. ca. ix.

POſt euergetẽ regnauit fili⁹ Nota
ei⁹ Ptholome⁹ philopater. mirabile.
Poſt quẽ Ptholome⁹ epiphages:
Poſt quẽ ptholomeus philome=
tor quem vicit rex ſyrie antiochus
magnus & iudeaʒ ſibi ſubiugauit.

põtifex iudeoꝝ fuit onias magn⁹
ſimonis fili⁹.ad quẽ ad reparãdũ
fedus qḋ legit fuiſſe inter abraã ⁊
maiores ſuos: lacedemonioꝝ rex
arius legatos miſit. Porro antio-
chus rex tributa.vij.anni ⁊ mini-
ſtroꝝ tẽpli q̃ philadelpho rela-
xauerat a iudeis reuocauit. Qui
dũ finitimas regiones ſupra mo-
dũ infeſtaret. delata eſt res ad ro-
manos. Et miſſi ſũt ad eũ Scipio
naſica: ⁊ Scipio africanus: ⁊ ab in
feſtatione ſub religione iuriſiuran
di amonerũt eũ. Inſup tulerũt ab
eo obſidẽ filiũ eius ſeleucũ primo
genitũ quẽ volens recipere ab eis
tradidit ꝓ eo filiũ minorẽ natu an
tiochũ epiphanẽ ita ꝙ eſſet obſes
perpetuus id eſt nõ redderetur: pp
eiuſdẽ antiochi ſeuiciã. Deſcẽdit
onias in egyptũ ad ptholomeum
epiphanẽ ſicut ſupra dictuꝫ eſt et
occiſus eſt in perſide antiochus i
phano nanee: ⁊ mẽbratim eiectus
a ſacerdotibus. Qui in dolo pro-
miſerãt ei theſauros: ⁊ cũ paucis
induxerunt eum in adytum.

De Seleuco. Capitulum.x.

Poſt antiochũ magnũ regna
uit in ſyria fili⁹ eius maior
ſeleucus peſſim⁹: ſꝫ iners.
Pontifex iudeoꝝ fuit onias. Nam
onia trãſeũte in egyptũ fili⁹ ei⁹ ſi-
mõ ſedit ꝓ eo. Cui ſucceſſit fili⁹ ei⁹
onias. Sub hoc miſit ſeleucus nũ
ciũ heliodorũ in hieruſalẽ ad ſpo
liandũ cõe erariũ tẽpli. Quo igreſ
ſo i templũ ſur-
rexerũt duo iu-
uenes de lati-
bulis ⁊ occide-
runt eum. Vide
tur tamen ioſe-
phus velle angelos fuiſſe in ſimilitu
dine hoim. In ſcḋo machabeoꝝ
libro legit: qꝛ apparuit terribilis
ſeſſor equi ⁊ conculcabat eũ ⁊ con
fract⁹ eſt. ⁊ mutus factus ſed non
mortu⁹. ⁊ duo iuuenes decori fla-
gellabant eum. Timenſq; onias
indignationem ſeleuci orabat ad
dñꝫ pro defũcto ⁊ reſurrexit. Qui

Additio.
Non vaſa ſꝫ do
naria in vſus tẽ
pli.

rediẽs ad regem ait. Si habuerit
dñs me⁹ aliquos quoꝝ ſitiat ſan-
guine: mittat eos in hierl'm vt ſpo
lient templum.

Incidentia.

Eo tpe Ariſtobolus natiõe iude⁹
peripateticus philoſoph⁹ ſcripſit
cõmẽtarios explanationũ in moy
ſen ptholomeo philometori.

De antiocho epiphane. ca.xi.

Audiens aũt antiochus epi
phanes q̃ rome obſes erat 1. mac. 1. ⁊ alibi
pro patre patrẽ mortuuꝫ ſciuſq;
fratris inertiã. de regno ſyrie ha-
bẽdo preſumẽs: clam romã egreſ
ſus eſt. Lꝫ quidã tradũt eũ ſub cõ
niuẽtia ſenatoꝝ rediiſſe. Reuerſuſ
q; in ſyriã benignũ ſe olbus et mu
nificũ expoſuit. Strenuus erat in
agẽdis ⁊ acer i hoſtes. Vñ ⁊ a po-
pulo cognominat⁹ eſt epiphanes
qḋ ſonat illuſtris. Et mortuo frẽ
regnauit ꝓ eo. Tũc iniquitateꝫ ſi-
bi inſitã aperuit quã ꝓ regno ob- B C
tinẽdo palliauerat. Tũc ſurrexe- 2. Mac
runt in hieruſalẽ filij belial. intro- ca. 4.
ducẽtes ritũ gentiũ: ⁊ petierũt ab
antiocho vt faceret in hieruſalem
ephebiã. i. lupanar epheboꝝ: ⁊ ꝙ
hieroſolymite ſcriberentur antio-
cheni ⁊ gymnaſia in quib⁹ dogma
tizabãt de ritu gẽtilitatis. Et fece-
rũt ſibi ꝑputia. i. nõ circũcidebant
paruulos ſuos: vl' qꝛ ritu ꝑputia-
toꝝ viuebãt. q̃dã tñ volũt ꝙ q̃dã
velamia fecerit circũciſiõi ſue vt in
denudatiõe grecis appareret diſſi
miles. Cauſa ỽo hui⁹ flagitij hec
fuit. Onias ſine liberis duos ha-
buit fratres. ieſum vel oniã ⁊ ioã-
nẽ: q̃ contendebant de põtificatu
⁊ vt placerent antiocho declinaue
runt ad ritus gentiũ: adeo vt etiã
nomina gentiuꝫ ſibi imponerent.
Et ieſus dict⁹ eſt iaſon vel onias:
ioãnes vero menelaus. Cũq; plu-
res eſſent cum iaſone / ſupplicauit
antiocho de faciendo gymnaſio i
hieruſalem. Et audierũt eum viri
peſſimi culpabiles in cibo ⁊ viola
tione ſabbati ⁊ huiuſmodi. Po-
ſtea antiochus amouit iaſonem et
eleuauit

Joā. 12 rant ad diē feſtū nō ꝓpter ieſum tm̄: ſed vt lazarum ſuſcitatū vide rent. Cogitauerunt ergo ꝑncipes ſacerdotū: vt lazaꝝ interficerent. Fecerūt aūt ei cenā ⁊ martha mi niſtrabat: ⁊ lazarus vnꝰ erat diſcū bentium. Qui vt ait Auguſtinꝰ de verbis dñi conuiuis interroganti bus loca penarum ⁊ ſedes inferni diligenti narratione indicauit. Et ita inferni lōgis temporibus igno rati: tandem inuenerunt proditoꝛ rem. Maria ergo habebat alaba ſtrum vnguenti nardi. i. pyxidē de alabaſtro plenam vnguēto nardi. Sicut cū dicimus cyphum vini cy phum lactis ⁊ hmōi ſic dr̄ hec hīs alabaſtrum vnguēti. Et eſt genus marmoris cādidi ⁊ plucidi varijs coloꝛibꝰ intertincti. qđ incorrupta ſeruat vnguenta. Nardus aūt eſt frutex aromatica craſſa radice ſʒ breui nigra ⁊ fragili cypſſini odo ris: folio perparuo: denſoq; cuius cacumina in ariſtas ſe ſpargunt. Pigmentarij ſpicas et folia nardi celebrāt vnde ad cōmendationē vnguēti ait marcus ſpicati p̄cioſi. Erat enī de nardo indica. Alia enī genera nardi vilia ſunt. Joannes qualitatem expreſſit dicens. Li bram vnguenti nardi piſtici. i. fide lis. piſteuo enim credo: ⁊ piſtis fi des dr̄. nulla ſcʒ adulterina admi xtione corrupta. Quidā tamen pi ſticum dictum a loco putāt. Fre git autem vel a peruit maria a labaſtrum ⁊ ef fudit vnguētum ſuper caput Je ſu. ⁊ etiam vnxit pedes eius ⁊ ex terſit capillis ſuis ⁊ domus imple ta eſt ex odore vnguenti. Et q̄ eadē die maria fo uit pedes dñi vnguento in memo riam huius rei eodē ſabbato dñs papa dicitur multis erogare pau peribus. Hi cū pedes dñi ſeden tis i celo adhuc ſunt ābulātes i terra. Cuiꝰ lar gitiōis occupa tione

Additio. Vł piſtici. i. mix ti de ſpicis et fo lijs cōfectum: qđ eſt p̄cioſius vt dicit beda ſup marcū. Et forte pixis mixturam ſonat et inde pi xis pixidis.

Additio. Legitur tm̄ in q̄ buſdā ſacramē tarijs: ſtatio ad ſanctum petrū.

tione ea die nō egredit̄ ad ali quam eccleſiā cū ceter̄ dieb⁹ quadrageſime ſtationē faciat ad celebrandā

Et pōt dici vacans: q2 non habet ꝓpriam antiphonā ad introitū ſed ꝑdiana reperitur.

miſſam. Inde eſt ꝙ in antiq̄s gradualibus legitur in rubrica. Sabbatū vacat. q2 dn̄s paga elemoſynā dat. Et i romāo capitulari euāgelioꝝ. fer. vj. datur fermētatū ꝑſ ſtorio laterāneſi. Nec moueat te: ſi ob aliā cauſā inueneris dictas dn̄icas vacātes. Indignabat̄ aūt iudas ſcariohes ꝗſi deperdito vnguēto cū poſſet vēdi trecētis denariis τ dari egenis. Erāt τ alij indigne ferētes τ dicētes. vt q̄d perditio hec vnguēti facta eſt. Iſti q̄dē ꝓpter pauperes indignabātur. q̄bus forte ꝓ̄bis inde pſuaſū erat. Iudas ꝟo ꝓpter lucrū q2 fur erat et loculos dn̄i hn̄s q̄ mittebantur portabat. i. n̄ ſolū ferebat ſ3 aſportabat. Habebat em̄ vxorē τ filios. ſicut ſcriptū eſt de eo. Fiāt filij ei⁹ orphani: τ vxor ei⁹ vidua τc. Uxori ergo τ filijs dabat q̄ furabatur. Et ait illis ieſ⁹. Quid moleſti eſtiſ huic mulieri. Bonū op⁹ opata eſt in me: ad ſepeliēdū me fecit. q. d. Nō eſt ꝑditio: ſed officiū ſepulture. Ioānes ait. Sine illā vt in diē ſepulture mee ſeruet illō. Marc⁹ ꝗſi exponēs hoc ait. Qō habuit. i. quod potuit hoc fecit. ꝓuenit em̄ vngere corp⁹ meū in ſepulturam. ſubaudi ponēdū. q. d. Sine vt faciat viuo dū3 poteſt qō volet facere mortuo: ſed non poterit. Et forte a ſpūſancto l3 neſciēs ſic ꝓoccupauit vnctionē ſepulture mulier. Tūc dixit ieſus opus hoc memorandū vbicūq3 ꝑdicaretur euāgeliū hoc τ bene dixit euāgeliū hoc. Nōdū em̄ ſcripta erāt euāgelia..

A mar. 21 ¶ De maledictione ficus: τ ſeſſione ſuper aſellum. Capit. cxvij.

B mat. 11 Mane autē facto aſcēdebat ieſus hieroſolymā τ diſcipuli eius cum eo. Et cum veniſſet bethphage q̄ erat vicul⁹ ſacerdotum. τ in latere montis oliueti: miſit duos de diſcipulis in caſtellu3 qō cōtra eos erat. i. in hieruſalem vt adducerēt ei aſinā τ pullu3 ei⁹ q̄ erāt allegati i biuio. Et ſi q̄s cōtradiceret: dicerēt dn̄m his opus habere. Aſina hec dicit̄ fuiſſe cōis pauperib⁹. q̄ ꝓpria iumēta nō habebāt. Cū q3 quis in ea opatus fuerat pabulū dabat ei τ pullo q̄ pariter ad opera cōia nutriebantur. Nōdum em̄ q̄ſq̄ aſcenderat eam τ ob ei⁹ ita cōmune obſequiū quidā eā dictā ſubiugalem putāt ꝗſi olim dn̄o expoſitā. Sed grecū nomē ē ſubiugalis. Aſina ei latī egrece dr̄ ſubiugalis. Et vtrū q3 nomen ob eandē cauſam īſtitutū eſt. Hoc em̄ iumentum primū inſedit hō τ a ſedēdo aſinū latinus dixit: τ grecus ſubiugale3. Hi autē duo miſſi fuiſſe credūtur petr⁹ τ philippus ad ſignificādū q2 ipſi pmū adduxerunt gentes ad ieſum: petr⁹ cornelium τ domū eius: philippus ſamariā in hoc itinere dū aſcenderet hieruſalē putam⁹ eū eſuriſſe et acceſſiſſe ad ficum: τ cū non inueniſſet i ea niſi folia τ nō

F Lu. 19 Joā. 12

Pt3 de philip po. act viij. et de pet. act. x.

Additio. Tū in actibus apoſtoloꝝ legitur philipp⁹ diaconus couertiſſe ſamariam: petrus cornelium τ domum eius.

fructū: ait. Nū q̄ amplius ex te exeat fructus et ſtatim aruit. Quod tantum in ſignū ſynagoge maledicte τ arefacte pucrſe ſcilicet mēdacitatis fecit ieſus. Non em̄ querebat fructus ex ea cū nōdu3 tempus ficuum erat quod licet apud mattheum legatur frequēti die factū. Marcus quoq3 dicat alia die cū exiret a bethania eſuriit: putamus recapitulādo dictu3 eē. Marcus em̄ narrat hoc factū eſſe ante eiectionē vēdentiū de templo quā conſtat die dominico factam. Nec ob aliud tamē hunc ordinem marci ſeq̄mur niſi quia poſt mattheū ſcripſit. Siue aūt mattheus ſecunda feria

A mar. 12

da feria dicat fctm̄ recapitulādo
ſine marc⁹ añ electionē ꝑoccupan
do qꝛ de facto nō ē q̄ſtio de die ar
bitrio legētis relinq̄m⁹. Eūtes āt
C diſcipuli fecerūt ſicut ꝑcepit illis
Ioā.12 ieſus. Et ponētes veſtimēta ſua ſu
al'. aſel per pullū: eū deſup ſedere fecerūt
lum. Marcus lucas ⁊ ioannes non di-
B cunt eū sediſſe niſi ſup pullum za
zach.9 charias q̄ȝ ꝓpheta dixit ſedēs ſu
p pullū aſine. matthe⁹ dicit eū ſe-
diſſe ſuper aſinā ⁊ pullū. Qđ licet
B breuis eſſet via fieri tñ potuit vt
mat.21 ꝑmo inſediſſet pullo: ⁊ forte qꝛ nō
C dū domit⁹ ⁊ laſciu⁹ erat deſcendit
Ioā.12 ⁊ inſedit aſine ꝙ ſi ſup pullū tātū
Mattheus tñ ſup vtrūqꝫ poſuit.
qꝛ vtrūqꝫ fieri potuit in myſterio.
¶ Qđ autē hoc prophetatum fue
rat per zachariam de ieſu non co
A gnouerunt diſcipuli donec glorifi
mat.21 catus fuit ieſus.
A ¶ Qđ glorioſe ſuſceptus dñs, fle
mar.11 uit ſuper ciuitatem. Cap. cxviij.

F AT cū appropiquaſſet ieſ⁹
Lu.16 ad deſcēſum mōtis oliueti:
B multi deſcendētiū cū eo: ſubſterne
Ioā.12 bant veſtimenta ſua in via. alij ce
debāt ramos de arborib⁹ ⁊ ſterne
bant in via. Turba aūt multa que
conuenerat ad diē feſtū ⁊ pueri et
plebecula hieroſolymorum tollē
tes ramos oliuarum proceſſerūt
ei obuiā. Et q̄ ꝑcedebāt ⁊ q̄ ſeque
bant clamabant. Oſanna filio da
uid. Et eſt oſanna verbū hebreuȝ.
compoſitum ex corrupto et inte-
gro. Oſi enim ſonat ſalua vł ſalui
fica. Anna eſt interiectio obſecrā-
tis ſicut pape admirātis. Que qꝛ
in latino eloquio nō habetur pro
ea poſuit hieronym⁹ noſter obſe-
cro. Eſt ergo oſanna quaſi oſi an
na ſalua obſecro. Et eſt vna dictio
vt diximus. Uel due per elipſim
id eſt per eliſioneȝ: vel per ſubtra
ctionem vnius litere que eſt, i, ꝓ-
late. Uel eſt vna dictio: et conſtrui
tur ita dicentes filio dauid oſan-
ſa: id eſt ſalua obſecro. Uel ſunt
due dictiones et tunc legitur ita
dicentes oſanna o fili dauid. Et

poſt conuertendo ſermonem in-
ter ſe dicebāt. Benedictus qui ve
nit rex in nomine domini: ſubau-
di ſit, vel eſt: et benedictum quod
venit regnuȝ patris noſtri dauid
q. d. hic eſt de quo dictum eſt. Da
bit illi domin⁹ ſedē dauid patris
eius. Et iterum conuertentes ver
ba ad ipm̄ dicebāt. Oſanna in ex
celſis qꝛ licet forte petebant ſubli
mitateȝ regni terreni: tñ ꝓphetice
neſcientes eum regē celi ⁊ angelo C
rum ꝑdicabant. ¶ Et q̄daȝ phari Luc.1.
ſeorum de turba dicebāt ei vt icre F
paret diſcipulos. Quib⁹ reſpōdit. Lu.19
Hi ſi tacuerint lapides clamabūt
qꝛ in paſſione his tacentibus pre
timore petre sciſſe clamauerūt eū
dñm mundi. ¶ Et vt appropin-
quauit hieruſalē fleuit ſuper ciui
tatem dicēs. Quia ſi cognouiſſes
et tu ſubaudi fleres: quia circūda
būt te inimici tui vallo. ⁊ non relin
quent in te lapideȝ ſup lapidē. q.
d. Si cognoſceres ruinam tuaȝ fu A
turam: ⁊ cauſam eius que abſcō- mat.21
dita ſunt tibi in hac die que ad pa
cem tibi eſt fleres. Qđ aūt illa hie
ruſalē prior fundit⁹ euerſa ſit ap
paret: qꝛ loc⁹ caluarie q̄ tunc erat
extra eā ⁊ ſepulchrū: mō ſunt i ea.
Helius em̄ adrianus eaȝ penitus
euerſam reparauit mutauitqꝫ lo-
cum ⁊ nomē: vocans eam heliam.
Merito autē eam perituram dixit
dñs: qꝛ cū miluus ⁊ hirundo cogno
ſcant tēpus ſuum: ipa non cogno
uit tempus viſitationis ſue. ¶ Et B
cum intraſſet vrbem commota eſt mat.21
vniuerſa ciuitas dicens. Quis eſt
hic. Turbe autem dicebant eſſe ie
ſuȝ prophetā a nazareth. Memo
riam huius ꝓceſſionis dominice
ſemel quotannis recolit eccleſia.
Egrediuntur enim fideles cum ra
mis quaſi obuiā domino extra mu
ros ciuitatis ⁊ vadunt vſqꝫ ad cru
cem aliquam in qua ramos quos
geſtant affigētes deponunt quaſi
diceret eccleſia. Mihi autem abſit
gl'iari niſi i cruce dñi nr̄i ieſu xp̄i.
Iō aūt orādo eūt vſqꝫ ad crucē qꝛ

ſic oſtēdit eis nō eē ſplēdū l quālibet gloria mūdi qz extrema gaudij luct⁹ occupat. Pro eadē ſignificatiōe in illa die: gaudio pceſſionis ſubdit euangeliuum dñice paſſionis. Forte qz ⁊ dñs exultationi inſeruit lamentum ſuuz ⁊ nos proceſſioni paſſionē: quia paſſio fuit cauſa euerſionis p qua fleuit. Eccleſie qdē ille q̄ eadē die dñicalem pceſſionē iſti ōmittūt recti⁹ faciūt qz nō p iſta illa ē dimittēda. Similiter ille q̄ pōtifici ſuo extra vrbez poſito in pdicto loco crucifē ei occurrūt ⁊ ipo ppl'm precedēte l ciuitatē regrediunt ordinati⁹ faciunt.

¶ De ſecunda eiectione emētium ⁊ vēdētium de tēplo. Capit. cxix.

G Lu. 19 ET intrauit ieſus in templū.
B ¶ Deinde oſtendit ruinam
mar. 11 vrbis pro qua fleuerat maxime ex
A ſacerdotum culpa proceſſurā. Sa
Matt. cerdotes enim auaritie ſue conſu
24. lentes: in porticibus tēpli hoſtias
vendebant cuiuſq₃ generis: ne venientes de longinquo nil offerrēt ſi hoſtias pſto non inuenirent. Et ne etiam pauperes qui nihil ſecū attulerant excuſationem pretēderent pecunie non habite poſuerūt ibidem numularios qui mutuam ſub cautione darent pecunias. Sz quia lex non patiebatur vt a fratribus ſuis vſuras acciperent excogitauerūt vt collibiſtas facerēt Collibia enim apud eos dicuntur vilia munuſcula vt ciceris et vue
paſſe. ⁊ pomorum diuerſi generis
C quaſi quod in numo nō licebat in
eze. 22 talibus liceret. Qd prohibuit eze
chiel dicēs. Uſurā et oēm ſupabū
C dātiā nō accipietz. Sic ⁊ hodie q̄
Joā. 2. dā ſub noie charitatis vſuras pal
liāt. ¶ Et fctō flagello de funicul'.
E eijciebat vendētes ⁊ emētes cū ho
eſa. 56 ſtijs ſuis de tēplo: ⁊ mēſas trapezi
C tarū euertit ⁊ dixit ne domū pris
mar. 11 ſui q̄ erat dom⁹ orōnis facerēt ſpeluncā latronū. ¶ Nec ſinebat vas aliquod niſi deo dicatum transferri per templum. Et tradūt quidā. quia qdā fulgur radioſus egrediebatur ex oculis ipſi⁹: q'uo territi ſacerdotes ⁊ leuite nō poterāt ei reſiſtere. Scdm hoc recte faciūt qui cereas faculas l eccl'ijs vēdi nō pmittūt: niſi forte qz maxime p myſterio fecit hoc dñs. ¶ Et acceſſerūt ad eū ceci et claudi in templo: et ſanauit eos.

Additio.

De laudib⁹ ⁊ q̄ſi orōne exhibita die dñica oēs euāgeliſte ꝯſentiunt eiectionez vero eadem die factaz matthe⁹ ⁊ lucas tradūt. Marc⁹ vero ſequenti die factā tradit. Forte illis duob⁹ dieb⁹ iterato facta eſt. Similiter forte eccleſie laudes ſequēti die iterate: qz gloſa ſup exoduz dici ſequēti die facias ſup illuz locū vbi agit de agno decima die tollēdo. et ita inde nō eſt obiectio ſm bedā de maledictiōe ficulnee quā dicit marcus factam ante eiectionem vendentium. Nam et eiectio ſecunda die facta eſt: vt hz ſeries marci. Et ſic l'qnit oia plana ſunt.

¶ De excitatione tēpli in triduo.

Capitulum. cxx.

ET admirantes pncipes ſa
cerdotū ⁊ ſcribe dixerūt ei. D
Qd ſignū oſtēdis nobis: qz hec fa Joā. 2.
cis. q. d. Significās ne aliqd hoc ope inuſitato. Uel poti⁹. Nō credim⁹. tibi hoc licere ergo oſtēde nobis ſignū quo credam⁹ tibi hoc licere. Et reſpondit. Soluite tēpluz hoc ⁊ in trib⁹ dieb⁹ excitabo illud. Illi autē dixerunt. Quadraginta ſex annis edificatuz eſt tēplū hoc et in trib⁹ dieb⁹ excitabis illud. Ille aūt dicebat de tēplo corpis ſui. Salomonicū templum. vij. annis completū eſt. Secundum aūt templum ſub cyro. xxx. annis edificatum eſt: ſed non ſuper terram: niſi quantum ſacerdotes poterant vſq₃ ad medietatem dorſi ſuperinniti. Finitime enim gentes edificationem impediebant. Poſt intermiſſum eſt opus ad imperiū cambiſe. vij. annis. ⁊ poſt vno āno ſub duobus magis iterū vno āno ſub

dario

dario filio indaſpis. Secūdo aūt anno regni ei⁹ recepta licētia ab eo. in. vj. annis ꝯſummatū eſt op⁹. Qđ legitur hunc numerum dierū formationi dñici corpis cōgruiſſe q̃tum ad diſtinctionē membrorum: nō ad formationē dictū eſt. Ab hora enim cōceptionis ſimul formata fuerunt oīa membra: nō per interualla ſicut hoīs puri: ſ; forte etiam ſi vederentur: non ita poſſent diſtigui vſq; ad tantum tēpus. Hoc autem nō dixit ieſus imperando vel conſulendo vel hortādo: ſ; predicēdo: ⁊ eſt Solutē. i. ſoluetis.

Additio. Tēpluȝ dñi qđ modo eſt et bethel dicit: quis edificauerit neſcitur. Quidam autē dicunt edificatum ab helena poſt crucis inuentionē. Quidam ab eraclio: cū de perſida triūphans crucē retulit. Quidā a iuſtiniano auguſto. Quidam a quodam rege egypti nomine allachi bis: id eſt ſummi dei.

¶ De duobus minutis vidue.
Capitulum. cxxj.

D mar. 12 A Lu. 21 ET reſpiciebat diuites qui mittebāt munera ſua in gazophylatiū. Phylaxe grece latine ſeruare dicit gaza lingua perſica opes. Erat autē arca de ſuper foramen habens poſita ad dexteram ingredientium circa altare: in qua mittebatur pecunia offerentium ad ſartatecta templi reſtauranda et ſeruabatur. Tamen erat ibi quedam ſpecialis arca i qua ſoli ſacerdotes mittebāt donaria ſua que vocabat corbanam. Et erat ibi tertia in qua rex vel princeps tributum mittebant que dicebatur muſac. Tamē quidam aliter diſtinguūt quia quandoq; legitur muſac ſabbati. Et dicūt in illa arca tm̄ reponi oblatiões ſolēnū dierū: ⁊ qz corbanvotū ſonat: dicūt in corbanam repon votiua. In gazophylatio aliorū dicȝ munera ⁊ ſpōtanea. Th q̃ libet eaȝ generali noīe gazophylatium dicebatur: ⁊ etiā locus in quo erant poſite. Unde habetur. Hec locutus eſt ieſus i gazophylatio. C Jo. 8.
In ezechiele quoq; thalami ſacerdotum dicuntur gazophylatia. E Eze. 44.
Uidit autem ⁊ quandā viduā pauperculā mittētē era minuta duo: qđ eſt quadrās. i. duos ereos aūnūmulos valēteſ q̃rtā ptē ſicli. ſ. obolos q̃nq;: ⁊ dixit eā miſiſſe plus q̄ oēs: qz totū victū miſerat: alij vero ex ſupabūdanti ſibi.

¶ De phariſeo et publicano.
Capitulum. cxxij.

DIxit autem ad quoſdā qui in ſe confidebāt tāq̄ iuſti p operibus ſuis exterioribus ⁊ aſpernabāt ceteros parabolam de phariſeo ⁊ publicano. Et itulit qz omnis q̄ ſe exaltat humiliabit et qui ſe humiliat exaltabitur. B Lu. 18

¶ Quod dominus pernoctauit in bethania. Capitulum. cxxiij.

ET cū veſperaſ a eēt hora recdit i bethaniā ⁊ ibi māſit. B Lu. 21.
Erat eñ dieb⁹ docēs in tēplo noctibus: exiens morabatur in bethania. Et omnis populus manicabat: id eſt mane properabat ad euȝ in templo audire eum. Et multi ſequebantur cū ꝯcurrebat eos

Additio. Quia cum dñs tota die laboraſſet p̄dicādo eis nō inuenit qui eū nocte reciperet hoſpitio.

Un̄ ⁊ ioānes ait. Cū eēt hieroſolymis i paſcha i die feſto mlti crediderūt i noīe eius vidētes ſigna q̄ faciebat. C Joā. 15. mat. 21
Simile curationē refert mattheus canone. c. ⁊ marcus i illi⁹ ꝯcanonico.

Additio. Ideo tota illa ſeptimana penoſa dr̄: qz p totaȝ illam laborauit dominus recreādo ſicut per primā mundi hebdomadam omnia creando. B mar. 11

¶ De voce pr̄is ad ieſū: quā q̄dā putauerūt toniruū. Capi. cxxiiij.

C Venerant aũt q̃dam
Joã.12 gẽtiles vt adorarẽt
in die feſto et dixe=
rũt philippo. Dñe
volumus videre ie=
ſum. Qui aſſumpto
andrea dixit hoc ieſu. Et rñdit ie
ſus. Uenit hora vt clarificet̃ filius
hoīs. q.d. Plenitudo gentiũ cre=
ditura eſt: qḋ tñ poſt paſſionẽ fu=
turũ inſinuauit dicẽs. Niſi granũ
frumẽti cadẽs ĩ terrã mortuũ fue
rit: ipſuz ſolũ manet. Si aũt mor=
tuũ fuerit multum fructuz affert.
Et q2 grano frumẽti ſe cõparauit
xp̃s: mos eſt eccłie de hoc grano
tm̃ cõficere corpus ieſu. Et addi=
D dit. Qui odit aīaz ſuã.i. vitã ĩ hoc
mat.16 mũdo: in vitã eternã cuſtodit eaz
D i. viuet eternaliter. Si q̃s mihi mi
mar.8. niſtrat me ſequat̃ ⁊ ĩ eternũ mecũ
C erit. Nũc aĩa mea turbata ẽ: ⁊ q̃d
Luc.9. dicam. Pater ſaluifica me ex hac
⁊.17.B hora. Pater clarifica filium tuũ.
D ¶ Et venit vox de celo. Et clari=
Joã.12 ficaui ⁊ iterũ clarificabo .i. claruz
E genui nec deſiſtam. Uel ſm̃ homi
Joã.12 nẽ clarificaui in baptiſmo in trãſ
figuratiõe: clarificabo in reſurre=
ctione et aſcẽſione ⁊ iudicio. Et di
cebãt quidã tonitruũ factuz. Alĳ
ꝙ angel9 locut9 eſt ei. Et ait ieſus.
Propter vos hec vox facta ẽ: nũc
pinceps huius mũdi eĳcietur fo=
ras .i. princeps amatoꝝ mũdi ꝑ=
det poteſtatem
poſt ſe trahẽdi.
Et ego ſi exalta
tus fuero a ter=
ra oĩa trahã ad
meipſuz .i. ex oĩ
bus ptib9 mun
di. Et cũ intelle
xiſſẽt crucifixio
nẽ q̃ forte vſua=
liter ab eis dice
batur exaltatio
a terra q̃ſi op=
poſuerat ei ꝙ ſi
exaltaretur nõ
eẽt xp̃s. Audie=
rant enim ex lege: q2 chriſtus ma

Additio.

Q2 cũ diabolus
habuiſſet manũ
trahẽtẽ ⁊ impel
lentem: trahẽtẽ
amiſit impellẽ=
tem habet hoc
ſignificatur per
draconẽ: q̃ cum
alĳs tribus die
bus in aſcẽſiõe
portat̃ ante p=
ceſſionẽ: in ſecũ
do die ſequitur.

net ĩ eternũ: qḋ nõ determinãs di
xit q2 modicum lumẽ in eis erat.
¶ De filio qui ſe negauit ituꝝ in
vineam ⁊ iuit. Capitulum. cxxv.

Et cum veſpera fa=
cta eſſet redibat in C
bethaniã: et iterum mat.21
rediẽs diluculo ter A.
tĳ ſabbati in tẽplũ Lu.20.
docebat populum. B
Et acceſſerunt ad eum principes Mar.11
ſacerdotum dicentes In qua po
teſtate hoc facis? q.d. Quid eſt qḋ
eĳcis de templo quid vis: cuz ſis
oſtiarius: et doces nobis incõſul=
tis. Jeſus autem oppoſitionẽ tra
didit oppoſitioni: nõ ſolutionem.
Interrogo ⁊ ego vos. Baptiſmus
Joannis ex deo erat an ex homi=
nibus? q.d. Quia certum eſt ꝙ ex
deo debetis credere. Joãni de po
teſtate mea. Quod quia dixerunt
ſe neſcire quod tamẽ ſciebant: no
luit eis aperire de ſe veritatem.
¶ Quod autem aperiẽda erat ve
ritas alĳs et nõ ipſis ⁊ quare in= D
dicauit per parabolam duoruz fi mat.21
liorum: quorum vni dixit pater va
de in vineam: et reſpondit: nolo:
tñ poſt iuit. Dixitq3 alĳ pater: va
de in videã: q̃ ait: vado ⁊ nõ iuit.
Et cum queſiſſet ieſus: quis eorũ
fecerit voluntatẽ patris dixerũt.
Nouiſſimus tergiuerſando: no=
lentes dicere veritatem. Ueteres
codices habent. Primus intelli=
gentes pro ipſis dictũ. Unde ie=
ſus ſubdit. Publicani et meretri=
ces precedent vos in regno dei.
¶ De cultoribus vinee ſanguina
rĳs Capitulum. cxxvi. D
Iterum ꝑpoſuit eis pa= mat.21
rabolam de patrefami= A
lias qui plantauit vineã: mar.12
et locauit eam agricolis. D
Qui miſſos ſeruos ad recipiẽdũ Lu.20
fructus occiderunt: ſicut Eſaiam
ſerrauerunt: ezechielem tractum
per aſpera excerebrauerunt mul
tos lapidauerunt. Et mittens pa
ter filium ait forſitan verebun=
tur filium meuz. Dicamus arrio
et ennomio.

ꝛ eunomio, Ec-
ce pr̄ dicit̄ igno-
rare: ꝛ q̄cq̄d pro
patre rn̄derunt.
hoc intelligāt ꝑ
filio. qui ſe dicit
ignorare cōſum
mationis diem.
Quē cum vidiſ-
ſent agricole di-
xerūt. Hic eſt heres qꝛ ſacerdotes
ſciuerunt illum veniſſe. Cui pater
dixit. Dabo tibi gentes heredita-
teꝫ tuā: ꝛ app̄henſuꝫ filiū eiecerūt.
Quid ergo illis faciet dn̄s vinee.
Et dixerūt ſm̄ lucā. Abſit. Intelli-
gētes ꝙ meſſiam occiderent. Mat
theꝰ dicit eos dixiſſe. Malos male
perdet ꝛ vineam ſuā locabit alijs
agricol̄. Hoc aūt nō dixerūt voce ſꝫ
in cōſcientia. Qđ aūt iudei hoc fa-
cturi erāt ꝓbauit dn̄s: qꝛ ſic ꝓphe
tatū erat ibi. Lapidē quē reproba
uerunt edificantes ꝛc.

Additio.
Uidetur pater
ignorar̄ rei euē-
tum. Forte dicit̄
pater ignorare
quod facit uos
ignorare: ꝛ face
re qđ facit nos
facere.

E
ps.,118 ¶ De lapide angulari. ca.cxxvij.
AD literaꝫ traditur fuiſſe pa
ratus lapis ad templi edifi
cium: nec tamen congrue in eo po-
ni potuit donec ꝯſummato ope in
angulo ſurſum poſitus eſt ita con
grue ꝙ mirarent̄ oēs: nec preter ſi
gnificationē factum intelligerent.
Hic eſt xp̄s qui fundamentum eſt
ita ꝙ ſtructure ſupueniet.
Ut ſu- ¶ Quod cū audiſſent ſacerdotes
pra q̄ ꝛ phariſei voluerūt eū tenere: ſed
ſtatio. timuerunt turbas.
¶ De inuitatis ad nuptias: ꝛ non
A habēte veſtē nuptialē. Ca.cxxviij.
Mat. ET dixit eis iterum in para-
22. bolis. Simile factum eſt re-
gnum celorum regi qui fecit nu-
ptias filio ſuo qui cū iterato miſiſ
ſet ad inuitatos vt venirēt/ꝛ excu
ſantes ſe noluiſſent venire: miſit
ſeruos ſuos vt vndecūꝗ vocarēt
cōuiuas. Et induxerunt bonos et
malos: debiles ꝛ claudos. Debili
tas enim corporis neminem exclu
dit a regno: imo ſepe quaſi ꝯpellit.
Et intrauit rex vt videret diſcūbē-
tes qđ erit cū venerit ad iudiciuꝫ.

¶ Tota em̄ trinitas iudicabit idꝫ ē
reddet ꝑ meritis. Et q̄ inuenient̄ in
eccl̄ia ſine veſte nuptiali. i. charita
te mittet̄ in tenebras exteriores. i.
localiter extra ip̄m poſitas qꝛ ha-
buit in ſeip̄o interiores. Pōt etiam
dici de tenebris mētis: quas q̄daꝫ
habent interiores idest in eccleſia.
Alij exteriores extra eccl̄iam. ſ. vt
infideles ꝛ heretici. Tūc ergo exte
rius ꝓijcientur mali eccleſiaſtici vt
habeāt partem cum infidelibus..
¶ De herodianis et tributo red-
dendo. Cap̄.cxxix. B C
TUnc inierūt phariſei Mat.
ꝯcilium vt caperēt ieſuꝫ 22.
in ſermone: ꝛ miſerūt B
diſcip̄los ſuos cū he Mar.
rodianis: venerat em̄ 12.
herodes tatrarcha ad E
diē feſtū ꝛ gētiles milites ſecū ad- Lu.20
duxerat. Uel q̄ antiq̄s militibꝰ he-
rodis aſcalōite adhuc ſuperāt iſti
q̄ veniētes ad ieſuꝫ dixerūt. Lꝫ da
ri cēſum ceſari an nō? Iā em̄ dubi
tatio erat inter iudeos de tributo
reddēdo: ꝑ quo ēt poſt romani in
ſurrexerunt in eos. Et ait ieſus.
Quid me tētatꝭ o hypocrite. Oñdi
te mihi numiſma cēſus. Numiſma
ē iſcriptio i numo: q̄ ēt moneta: dr
ꝑ quā numi diſcernunt̄. Hic aūt ꝑ
ip̄o numo ponit̄. Et ē. Oñdite mihi
numū q̄ ꝑ cēſu capitꝭ dat̄. Dūꝗ q̄
ſiſſet de imagīe cuiꝰ eēt: ꝛ dixiſſent
ceſaris tyberij ſcꝫ. Intulit. Reddi
te ergo q̄ ſunt ceſaris ceſari: tribu
ta ſcꝫ ꝯmunia: ꝛ q̄ ſunt dei deo: ſcꝫ
p̄mitias decimas: ꝛ oblationes.
¶ De ſeptemuira muliere.
Capitulum.cxxx. D
IN illa die acceſſerunt ſadu- Mat.
cei, qui reſurrectionem non 22.
credentes ſuggillabāt phariſeos C
querentes de ſeptemuira muliere Mar.
cuius eſſet in iudicio. Quod vel 12.
ipſi confinxerant quia erat poſſi- E
bile vel in re forte euenerat. Qui Lu.20
cum eandem queſtionem propo-
ſuiſſent ieſu reſpondit. In reſurre
ctione non nubent mulieres nec
nubentur viri ab eis id eſt non du

cent quia homines immortales nō egebunt ꝓpagatione ⁊ eſt greco idiomate dictum nubentur. Futuram autem reſurrectionem probauit ex verbis domini que dixit
B moyſi i rubo. Ego ſum de⁹ abraā:
Exo.3. et deus iſaac: et deus iacob quia iſti prophetas non recipiebāt: euidentibus eorum teſtimonijs non potuit vti contra eos. Eſt autem probatio talis. Ipſi putabant animas interire cū corporibus. Hac autem auctoritate probatur animas viuere poſt corpa. Alioquin ſi homo moriens penitus in nihilum redigitur: tunc dixit deus ſe deum eſſe nihili. Manentibus ergo animabus poſt mortem recolligi poteſt: quia corpora reſurgent: vt cum eis recipiāt anime qđ cum eis meruerunt. Alioquin fruſtra incorporātur.

¶ De mandato primo et ſecundo in lege: ⁊ ſauciato a latronibus.
Capitulum.cxxxj.

D Mat.22. C mar.12 Phariſei autem videntes quia ſilentium impoſuiſſet ſaduceis conuenerūt in vnum. Et acceſſit vn⁹ legiſdoctor tentans eum ⁊ dicens. Magiſter quod eſt mandatū magnum in lege. Et ait ieſus.
B Deu.6 Audi iſrael dominus deus tuus vnus eſt. Hoc non eſt de mandato: ſed preoſtendit de quo datū eſt quod tale eſt. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et ex tota
C Lu.19 anima tua: ⁊ ex tota mēte tua. Secūdum autem ſimile eſt huic. Diliges primum tuū ſicut teipſm. De
C mar.12 te ſimili deo: hoc ſecundū eſt mandatum. Homo enī imago dei eſt.
¶ Et reſpondit ſcriba. In veritate dixiſti: ⁊ hoc eſt maius omnibus holocauſtomatibus. Patet inter phariſeos ⁊ ſcribas fuiſſe queſtionē. Quidā enī opera legis preferebant dilectioni. Alij econtra: eo ꝙ ante legē plures placuerunt deo ꝑ dilectionē ſine omni ſacrificio. Primum autem ⁊ ſm mandatū dicit. Q̄tum ad ea de quibus mādatur.

Cui ieſus ait. Hoc fac et viues. Ille volens iuſtificare ſeipm ait ad ieſum. Et quis eſt me⁹ proximus? Cui ieſus oſtēdit: oēm miſericordē fa cientē eſſe primū ⁊ ſpecialiter ipſ dei filiū ꝑponens parabolam ſauciati: qui incidit in latrones. Nec diſtabat hec parabola multū a re facta: qꝛ in illo deſerto ſepe latrones ſanguinem fundebant. Vñ et domini qđ ⁊ ſanguinem ſonat vocabatur. D Lu.19 ¶ Erat autem oīs populus ſuſpenſus ⁊ audiens ieſum.

¶ De confutatione phariſeorum per auctoritatē dauid. Cap.cxxxij.

Congregatis phariſeis interrogauit eos ieſus. D Mat.22. Quid vobis videt de xpo cuius filius eſt. D mar.12 Dicunt ei dauid. Et ait illis. Quō ergo dauid vocat eū dñm ſuum dicens. B Lu.20 Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. Ps.109 Si dauid vocat eū dñm quō filius eius eſt. q.d. Vos putatis xpm futurum purū hoiē ergo qñ erat dauid: nondum erat xps: nec ergo erat dñs dauid. Mētitus eſt ergo dauid ⁊ ꝑperā locutus eſt. Poti⁹ enī pres ſunt ⁊ dicūtur dñi filiorū ꝙ filij parentū. Iudei ſomniāt hunc pſalmū ſcriptū in perſona eliezer qui poſt cedem quinqꝫ regum ait. Dixit dñs domino meo: ſede a dextris meis: ſed ſequentia pſalmi non concurrunt.

¶ De doctoribus phariſaicis audiendis non imitandis. c.cxxxiij.

B Mat.23. Tunc locut⁹ eſt ieſus ad turbas et diſcipulos. Super cathedrā moyſi ſederunt ſcribe ⁊ phariſei. Que dicūt facite: q̄ faciūt nolite facere. Nō ſctificat locus hoiem: ſꝫ hō locū. Nō oīs ſacerdos ſctūs ſꝫ oīs ſanctus ſacerdos. Doctrinā accipiamus nō mores. apib⁹ herbe neceſſarie nō ſunt. ſed flores. Et addidit. Dilatant philateria ſua: ⁊ magnificant fimbrias quibus appendebant ſpinas quarū punctione: legis

legis iugiter recordarentur. qđ ſupra expoſitū ē: ⁊ amāt vocari rabbi. Uos autē nolite vocari rabbi. Unus eſt eīm magr̄ veſter. Et patrem nolite vocare vobis ſup terram. Unus eſt eīm pater veſter qui in celis eſt. Nō ꝓhibet dñs doctrinā ſuper cathedrā: nec ſalutatiōes ī foro: nec nomīa magiſtri vł patris: ſꝫ ambitionē ⁊ vanaꝫ gloriam.

Additio.

A phylaxe qđ ē ſeruare: ⁊ torac qđ eſt lex. Rotuluꝫ eīm habebāt appendentē collo vł brachio in quo ſcripta erāt .x. precepta legis: vel phylateria dicunt a phylaxe a terio qđ eſt rotundum et appellantur phylateria pixides in quibus reponebātur extremitates reliquiarum vt digiti vel aliud.

❡ Quibus debetur ve eternum. Capitulū. cxxxiiij.

D Matth 23. F Luc. 11

AD oſtēdendū autē q̄ ī phariſeis vocat cauenda ſubdit. Ue vobis q̄ diligitis ꝓmas cathedras. Ue vobis phariſei hypocrite: q̄ fertis clauē ſciētie: ⁊ claudit[is] regnū celorum aū̄ holes. Ue vobis q̄ deuoratis domos viduaꝝ: ve vobis qui circumitis mare ⁊ aridam vt faciatis vnū ꝓſelitū .i. aliquē gētilē aduenā trahatꝫ ad iudaiſmū et facitis eū gehenne filiuꝫ duplo q̄ vos: quia rediens ad vomitum prior eſt q̄ ante quia preuaricator. ve vobis qui dicitis qui iurat per tēpluꝫ nihil eſt: q̄ aūt in auro templi dꝫ. Qui ꝑ altare nihil eſt q̄ in re oblata ſuper illud dꝫ. Sacerdotes vt inuitarēt pplm̄ ad imolandū dicebāt data ſibi ⁊ oblata ſanctiora eſſe ipſo tēplo ⁊ altari. Dñs dixit ecōtra: qꝛ tēplū ⁊ altare ſanctificabāt in eis oblata qꝛ deodicata erant oblata vero nequaq̄ ſanctificabāt illa. Adhuc multi eodē vitio laborant qui putāt maius eſſe iurare ꝑ euangeliū q̄ ꝑ deū. Ue vobis qui decimatis omne olus ⁊ relinquitis miſericordiam et iudicium. Hoc verbum decimatis dubiū eſt. Nam ⁊ qui accipit ⁊ qui dat decimare dicitur. Phariſei autem ideo olerum decimas dabant vt diceretur: quomodo al's nō dant q̄ has dare non negligūt. Leuite autem adeo exigebant decimas ꝙ etiam olerum. Item ve vobis duces ceci qui colentes culicem: tranſgluttitis camelum. Per ſimilitudineꝫ lactis quod colatur dictuꝫ eſt. Et poteſt referri ad predicta ſic. Minima ſicut culicem diligenter inquiritis vt decimas: maiora ſcilicet miſericordiam et iudicium abſconditis: vt quod glutitur abſcōditur. Uel ad id quod dictum eſt: duces ceci/ trahitur: ita. Minora peccata ſubditorum diligenter arguitis proiicitis grauiora et diſſimulando tranſitis. Item ve vobis q̄ ſimiles eſtis ſepulchris dealbatiſque plena ſunt omni ſpurcicia. Item. Ue vobis qui edificatis ſepulchra prophetaruꝫ ⁊ damnatis patres veſtros qui eos occiderūt. Genimina viperarum: vos implete menſurā patrū veſtrorū. Unde dicit ad vos ſapientia dei. Mittaꝫ ad vos ſapientes et ſcribas et ex illis occidetis et crucifigetis ⁊ flagellabitis in ſynagogis veſtris. Hic patet hereticum mentiri qui dicit alium deum eſſe prophetarū ⁊ alium noui teſtamenti. Ut veniat ſuper vos .i. ſuper eccleſiam malignantium ols ſanguis iuſtus .i. vł tic iuſtoꝝ a ſanguine abel iuſti vſq̄ ad ſanguinem Zacharie filij barachie: quem occidiſtis inter templum ⁊ altare.

Additio.

Proſelit[us] ꝓprie dr̄ q̄ de gētili factuꝫ eſt iudeus. Quāuis quidā dicant ꝙ ꝓſelitus a ꝓſiliendo de gētilitate ad iudaiſmū ⁊ ecōtrario dicatur.

Additio.

Hoc altare inuſtatū fuit a ſaracenis in horologiū: ⁊ adhuc videri poteſt.

¶ De zacharia filio barachie.
Capitulum.cxxxv.

SI autem de vndecimo pro-phetarum: vel de patre ioannis baptiſte dicatur q̄ fuerit occiſus in templo: non legitur. Poteſt ergo dici de filio ioiade ſacerdotis quē ioas occidit: vt legit̄ in li-
4.re. 12. bro regum. Et forte pater eius cognominatus eſt barachias: vel p̄ nominis interpretatione poſitum eſt. Barachias em̄ benedictus domini interpretatur. Et eſt filiꝰ barachie: id eſt benedicti domini. In euangelio nazareoꝝ legitur ioiade. Paſtorē aūt oviū ⁊ ſacerdotez tm̄ cōmemora-
De nazareis. uit ieſus vt duo hoīm gn̄a notaret: ſubditos ⁊ p̄latos. Nulli em̄ gn̄i parcit praua generatio.

Additio.
Nazareꝰ ſonat ſctūs vel florēs vel germinās: ⁊ dicebant nazarei q̄ ex voto obligabant ſe ſanctimōie vſq ad certū tp̄s: vel iugiter vt ſamuel: et nouacula nō tranſibat ſup caput eoꝝ. Unde xp̄s ⁊ apoſtoli depigūtur criniti: nō in re ſed in ſanctitate. Chriſtus tm̄ dicebat nazareus a nazareth: ⁊ nazareus nō a loco ſed a ſanctitate. Primi itaq diſcipuli xp̄i nazarei dicebant q̄ euangelium ſcripſerunt: ſed eccl̄ia quatuor tm̄ recipit. Cumq ita primo vocarentur Nazarei poſtea vocati ſunt ſequentes xp̄m Diſcipuli: poſtea inſtituente petro a Chriſto chriſtiani

¶ De comminatione euerſionis hieruſalem. Capi.cxxxvi.

D mar.13 ET cōuertēs ſermonē ad hieruſalem ait. Quoties volui cōgregare filios tuos ⁊ noluiſti.i. quoties filios tuos voluntate mea congregaui te nolente et ingrato feci. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico enim vobis. nō videbitis me amodo donec dicatis. Bn̄dictus q̄ venit in nōie dn̄i.i. ab hoc tp̄e paſſionis nō videbitis filiū hoīs donec ad iudiciū: vbi videbitis me veniē-tē in gloria dn̄antie: ⁊ fideles magnificabitis me. Etiā cecitatē eorū vſq tunc duraturā predixit.

¶ De ſignis euerſionis et aduentus ſui. Ca.cxxxvii.

HEc locutus abiit: et abſcondit ſe ab eis ⁊ multi ex prin- F Joā.12
cipibus crediderūt in eum: ſed p̄pter phariſeos non cōfitebantur. A
¶ Cumq egrederetur de templo Matth
acceſſerunt ad eum diſcipuli eius 24.
oſtēdentes edificationes templi.
Audierant ab eo de euerſione vr- mar.13
bis volebant etiam audire de tem- D
pli euerſione: q2 videbatur eis q̄ Lu.19
nec capi nec euerti poſſet. Et ait il- et.21.
lis. Uenient dies in quibus nō re- B
linquetur hic lapis ſuper lapidez matth.
qui non deſtruatur. ¶ Et cum ſe- 24.
deret in monte oliueti cōtra tēplum acceſſerūt diſcipuli ſecreto: ⁊ q̄rebant ab eo ſigna euerſiōis hierl'z ⁊ ſigna ſui aduētꝰ: et dixit eis q̄daz p̄pa aduētꝰ ſui: q̄dā p̄pria euerſionis: q̄dā cōia vtriq. Premuniuit autē fideles ne ſeducant cū audirēt multos dicentes ſe eſſe xp̄os. Non em̄ vētur⁹ eſt niſi p̄cedāt ſigna q̄ p̄dixit. Premiſit aūt cōia.ſ. p̄lia ⁊ ſeditiones gentis ꝯ gentem: regni contra regnū peſtilentias: fames terremotus p̄ loca terroreſq de celo pſecutiōes ſanctoꝝ. Ante nāq euerſionem iudee clemēta ſuum vindicabūt auctorem. Poſtea poſuit proprium ſignū deſtructionis.

Additio.
Ex ſplēdore auri qd̄ erat in tēplo ex repcuſſione ſolis p̄s q̄dā mōtis oliueti in oppoſito directo ſemp lucida reſplēdebat vbi poſtea ſalomon edificauit tēplū mulierculꝫ ſuis.

Additio.
In accubitu mōtis oliueti eſt mōs oſtēſionis dictꝰ ſic: q2 ibi ſalomō poſuit idolum moloch.

¶ Proprium ſignum euerſionis:
Capitu.cxxxviii.

CUm videritis abominatio- B matth.
nem deſolationis que dicta 24.

eſt a

est a daniele: stantē in loco sancto
B id est imaginē abominabilē: que
Dan.9 signum erit desolationis positam
in tēplo. De imagine tyberij quā
pilatus posuit i templo quidam hoc exponūt: sꝫ hoc iā factū fuerat. Si dicat de imagine gaij de q̄ post dicimus hoc de vicino futurū erat: infra scꝫ annos decē et.xxxij.ānis ante euersionē hierusalem. Nō ergo ꝯgrue dictū esset ꝓ signo ei⁹ Sed euersa hierusalē ꝑ Titū

Additio. Legit de pilato ꝙ hierl'm veniēs statuam cesaris ignorātibus iudeis in templo posuit. Tandē videns constantiam iudeorum cōiter de hoc dolentiꝫ eā amouit. De ea ergo non diceret dominus ꝙ esset signū euersionis cū iā euenerat:

Adrianus statuam suā posuit vbi
arca steterat: qꝛ vestigia ciuitatis
adhuc quedā manebāt: ⁊ iudei q̄
latētes vndecūꝗ remāserāt: qñꝗ
ad locū sctm̄ redibāt: ⁊ iterū mul
plicitati amouerunt statuam. Ob
hoc adrianus apposuit manū ex
tremam ⁊ funditus euertit vrbē ⁊
edixit ne quis iudeorū remaneret
E i terra illa. Et de hac vltima euer
Luc.21 sione videtur subdere Lucas di-
cens. Et captiui ducentur in oēs
gentes.

¶De impedimento fuge.
Capitulū.cxxxix.

D matth. 24. D Lu.21. Cum autem videritis ab exercitu circundari hierusalem: tunc qui in iudea sunt fugiāt in mōtes. Ecclesiastica historia narrat.
B mar.13 Fideles qui erant in iudea aduenietibus romanis: fugit
se in pellam ciuitatem admonitio
Mat.⁊ ne angeli. ¶Orate autem ne fiat
Marci. fuga vestra in hyeme vel sabbato:
vbi.s. hoc ad literam non vꝫ dictū de
hyeme. Terra eīm illa accōmoda-
tior videt fuge in hyeme q̄ in fer-
uore estatis. De sabbato stare po
test: qꝛ fm legē vltra mille passus
non licebat eis progredi in sabba
to. Sed qꝛ Jesus iam terminaue-
rat obseruātiā sabbati: forte vtrū
ꝙ in mysterio dixit. Nisi hyemē ꝑ
qualibet aeris asperitate dicam⁹:
qꝛ hyemis nomē asperitatē sonat.

¶Propria signa aduentus iudicis. Capitu.cxl.

C mat.14 Ultimo posuit ie⁹ signa aduētus sui dicens. Erit tunc
B tribulatio magna qualis non fuit
mar.1 ab initio mūdi: ⁊ tūc erūt signa in
E sole ⁊ luna ⁊ stellis ⁊ in terris ꝑssu
Luc.21 ra gentiū: pre ꝯfusiōe sonit⁹ maris
⁊ fluctuū arescētib⁹ hoībus pre timore ⁊ nisi breuiati fuissent .i. ꝑsciti adeo breues dies illi: nō fieret salua ois caro .i. raruš aut nullus posset sustinere ꝑssuras et per patientiam saluari.

Additio. Mare eīm ⁊ fluct⁹ terribilē sonitū: dabunt ita ꝙ hoies fugiēt ab aqs et alter alterū non audiet.

Et nota breuiter dominum quedam signa iudicij tetigisse

¶De signis quindecim dierū an iudicium. Capitulum.cxli.

Jeronym⁹ aūt in annalib⁹ hebreoꝝ inuenit signa.xv.dierꝫ an diē iudicij: sꝫ vtrum continui futuri sint dies illi an interpollatim: nō expssit. Apocrypha sūt
Prima die eriget
se mare .xl. cubitis super altitudi-
nem montium stans in loco suo
quasi murus. Secunda tantū de-
scendet vt vix possit videri. Tertia
marine belue apparentes super
mare dabūt rugitus vsꝗ ad celū.
Quarta ardebit mare ⁊ aq̄. Quin
ta herbe ⁊ arbores dabunt rorem
sanguineum. Sexta ruēt edificia.
Septima petre adinuicē colliden
tur. Octaua fiet generalis terre-
motus. Nona equabitur terra.
Decima exibūt homies de cauer
nis ⁊ ibunt velut amentes nec po
terūt mutuo loqui. Undecima sur
gent ossa mortuoꝝ: ⁊ stabunt sup
sepulchra duodecima cadēt stel-

 le. Tre

le. Tredecima morientur viuentes:
vt cum mortuis reſurgāt. Quarta
decima ardebit celū ⁊ terra. Quin
C ta decima fiet celum nouum ⁊ ter
matth. ra noua: ⁊ reſurgēt omnes. ❡ Et
24. addidit Jeſus. Sicut fulgur exit
ab oriente ⁊ paret vſqꝫ in occiden
C tem: ſic erit aduentus filij hominis
Lu. 17. ſubitaneꝰ. ſ. ⁊ coruſcus ⁊ tunc appa-
rebit ſignum filij hominis in celo
id eſt in aere ſupra locū vnde aſcē
dit: ⁊ ante eum erunt inſtrumēta
mortis ſue quaſi vexilla triumphi
crux/claui/ lancea: ⁊ in carne eius
videbūtur cica-
B trices: vt videāt
Apo. 1. in quem pupu-
gerunt: ⁊ in val
le ioſaphat iu-
dicabit oīs hō
C angelis congre
mar. 13 gātibus eos.

Additio.
Nota ꝙ dicitur
iudiciū futurū i
valle ioſaphat.
Sed nota ꝙ tūc
non erit vallis:
quia quartode
cimo die equa-
bitur terra: ſed contra illum locū
erit. Uel forte propter interpreta
tionem huius nominis ioſaphat
interpretatur cum iudicium. Val-
lis ergo ioſaphat humilitatem iu
dicij ſonat.

❡ Quod ſolus pater nouit diem
iudicij: ⁊ de vno aſſumpto ⁊ alte-
ro relicto. Capitulum. cxlij.

TUnc ſubdit ieſus generalē
B admonitionē. Attēdite ne
Lu. 17. grauentur corda veſtra curis hu-
ius ſeculi ne ſuperueniat in vos
dies illa repentina: ſicut in diebꝰ
noe et loth repentinus interitus
E tulit neſcientes. ❡ De die autem
Lu. 17. illa et hora nemo ſcit: neqꝫ filius
D neqꝫ angelus niſi ſolus pater. Hic
Marci exclamat arrius. Non ſunt equa-
24. les qui nouit ⁊ qui ignorat. Hiero
D nymus reſpondit in minori bre-
mar. 13. uiario ſuper pſalmos. Humani-
tas filij dicit ſe ignorare finē mū-
di. Qđ gregorius i regiſtro qua-
ſi exponēs ait. Nouit vnigenitus
dei horam iudicij: ſed nō ex natu-
ra humanitatis. Tamen etiaꝫ ſic
exponitur. Nō nouit ſubaudi no
bis quibus expedit incertos eſſe
vt ſic viuamus quaſi in ꝓximo iu-
dicandi. Uel filius hic dr̄ adoptio
ne. ❡ Tūc duo erunt in agro. i. ꝑ D
latoꝝ quidā boni quidam mali. Matt.
Unus aſſumet. i. vt rapiet obuiā 24.
xp̄o in aera: ⁊ alter relinquet. i. nō B
aſſumet. Due molentes in vnum Lu. 17
vna aſſumet: ⁊ altera relinquetur.
Quod de coniugatis dictum eſt
qui ſunt in rota huiꝰ mundi. Duo
in lecto: vnus aſſumet/ ⁊ alter re-
linquet. Qđ de cōtemplatiuis ſi-
ue ſpeculatiuis intelligit. Et dixe
rūt ei. Ubi dn̄e. ſ. aſſumentur. Et rn̄-
dit. Ubicūqꝫ fuerit corpꝰ illuc cō-
gregabunt ⁊ aquile. i. vbi erit do-
minus in corpe ꝯgregabunt aqui
le. i. ſancti reſurgendo innouati.

❡ De vigilia ianitoris et decem
virginibus. Cap. cxliij.

INterim aūt erit filiꝰ B
hoīs ſicut hō qui per Marc.
egre ꝓfectꝰ reliquit 28.
domū ſuā: ⁊ dās cui- D
qꝫ ſeruorum ſuorum mar. 13
opus ſuum ianitori
precepit vt vigilet. ❡ Uigilare er-
go aplīs ⁊ apoſtolicis viris incum E
bit. Uigilare ſuper ſe ⁊ ſuper gre- Lu. 21
gem etiam cuiqꝫ fideli pro modu- B
lo ſuo. ❡ Tunc ſimile erit regnuꝫ mat. 25
celoꝝ decē virginibus. i. tunc ſepa
rabunt fatui a prudentibus. Me
dia aūt nocte clamor factus eſt:
ecce ſponſus venit exite obuiā ei.
Traditio hebreoꝝ hꝫ chriſtū me
dia nocte venturū ad modū egy-
pti qñ paſcha celebratū eſt. Qui
etiā ſanctoꝝ hoc ipſum opinātur
qꝛ ſicut nocte natus eſt in mundū
⁊ nocte venit ab inferis: ita ⁊ no-
cte veniet ad iudiciū. Uñ quidā di
cūt fuiſſe aploꝝ traditionē in vi-
gilia paſche: nō dimitti populum
ab eccleſia ante ꝓfundā noctē vt
quaſi expectent aduentū dñi: ⁊ di
cunt horā illā noctis qñqꝫ: imo ſe
pius diem dici ꝑ coruſcatione ve-
nientis: vel typice: ꝑ manifeſtatiōe
cordiū. Alij autē qđ dubium dicit
dn̄s nō diffiniētes exponunt. Me-
dia nocte. i. nullo ſciente.

❡ De

¶De commendatione talentorū et decem mnis. Ca.cxliiij.

B Mat. 25. Item addidit parabolam pficiſcētis q̄ dedit ſeruis ſuis talēta alij q̄nq̄/alij duo/alij vnū. Et cōmendatis his q̄ duplicauerunt talenta: reprobato viro pigro qui abſcōdit ſuum ait. Omni habēti dabitur. Non habēti autē quod videtur habere auferet ab eo id eſt habēti eo modo quod debet habere: vt ſcilicet eo bene vtatur. De eodem quoq; addidit parabolā de rege qui abijt in regionem longinquam accipere ſibi regnū ⁊ reuerti: ⁊ dedit ſeruis ſuis decem mnas et ait. Negotiamini dum venio. Mna ſm grecos .xl. cētum drachmis appenditur. In reditu eius acceſſit primus: et ait. Domine mna tua .x. mnas adquiſiuit. Cui dominus.

Eris poteſtatē habēs ſuper .x. ciuitates. q. d. Pro paruis meritis recipi. tis inſperata.

Additio. Uocatio ſerui ē canonica electio eꝑi: mna datur ei q̄n q̄ impoſuit ei manus: dat ei textum euangelij ⁊ dicit. Uade predica: ⁊ ipſe cū primo ingreditur ciuitatem ſuam euangeliū prefert in pectore quaſi negotiator mnam ſuam oſtendēs. In quibuſdam eccleſijs cum dat ei archiepiſcopus virgam dicit. Uade predica: et ille ſtatim benedicit populum. in quo ſignatur q̄ moyſes cū virga miſſus eſt in egyptum.

¶De ventilatione aree. Capitulum. cxlv.

C D Mat. 25. Cum autem venerit filius hominis in maieſtate ſua: ⁊ omnes āgeli cū eo teſtes futuri actuū humanorum: tunc ſeparabuntur boni a malis: ⁊ ſtatuentur boni ad dexteram id eſt ponentur in eternitatem: mali ad ſiniſtram: id eſt recipient que meruerunt eligēdo ſiniſtram. Et tunc commemorabit iudex ſcȝ opera miſericordie: que ſunt paſcere eſurientem potare ſitientem: colligere hoſpitem: veſtire nudum: viſitare infirmum: conſolari vinculatum. Septimum: legitur in Tobia: ſepelire mortuū. A Tob. 1. ⁊ .12. Et nō aliud erit hec cōmemoratio C niſi quia omnes ſcient merita ſua pro quibus ſaluabuntur aut damnabuntur. Et ibunt hi in ſupplicium eternum: illi autem in vitam eternam.

¶Opiniones de igne eterno. Capitulum. cxlvi.

De igne eterno dicit Auguſtinus cuiuſmodi ſit ⁊ ī qua mundi parte futurus ſit neminem ſcire arbitror: niſi per reuelationē q. d. Unus eſt gehēne ignis ſed non vno modo oēs crucians. Sicut ardorem ſolis nō oēs equaliter ſentiunt: ſic cū ille ignis equaliter ardeat. nō equaliter ſentiet. Gregorius in Job. Miro modo gehenne ignis corporeus eſt nec lignis nutritur: nec ſuccēſione indiget: et eſt inextinguibilis a deo creatus ab origine mūdi. Idē Ultrix flamma vitiorū cremationē habet: lumen non habet/ad conſolationem non lucet: vt enim magis torqueat ad aliquid lucet. Nam reprobi ſe viſuri ſunt in iferno: vt magis doleant q ⁊ diues lazaꝝ vidit. In libro tū prenoſticorum de verbis Auguſtini ſic legit. Eſt vt ait Auguſtinus inferoꝝ ſubſtantia incorporalis. Et ideo merito querit: vnde ſub terris dicant eſſe inferi: ſi corporalia loca non ſunt. ⁊ vñ dicantur inferi ſi ſub terris nō ſunt. Sed idem doctor dicit. Ideo ſub terris dicūtur inferi: q cōgruenter in ſpū corporaliū rerū ſīlitudines ſic monſtrantur: vt q defunctorū aie corporis amore peccauerūt: ad illas corporaliū rerū ſīlitudines exhibeātur quibus carne mortui ſolent ſub terra cōdi. Nonnulli ex hac ſententia Auguſtini ſentiunt q̄ vbicūq; peccator fuerit ibi elemēta cruciabūt eū ⁊ in corpore ſuo ⁊ ex locis adiacentibus. Eſt enim ꝓbabile vt aīa q̄ ſua ſponte ſumit a carne fomentū

peccandi

peccandi: nolēs ab eadē. recipiat
fomentū cruciatus. Qui merito in-
fernalis ⁊ ſub terra eſſe dicitur: qꝛ
anime ꝑ lapſum terrene volupta-
tis eū incurrent: Augu. de ciuitate
dei. Cur non dicam⁹ incorporeos
ſpūs poſſe pena corporalis ignis
affligi. Idē. Ignis corpalis de mo-
nes cruciabit ⁊ hoīes. Hierony. in
epl'a ad ephesios. Infernū ſub ter-
ra eſſe nemo ambigat.

¶ De paſcha ⁊ diuerſis acceptiōi-
bus huius nominis. Capi. cxlvij.

A Mat. 26. Et cū cōſummaſſet ieſus
ſermones hos ait: diſcipl'is
ſuis. Scitis qꝛ poſt biduū
paſcha fiet: ⁊ filius hoīs tradet' vt
crucifigat'. Hec eis tertia feria dixe-
rat: ⁊ in quīta feria ad veſperā pa-
ſcha imminebat: quartadecima lu-
na poſt vernale equinoctiū. ¶ Am-
broſi⁹ dicit hoc nomē paſcha gre-
cū eſſe: ⁊ ſonare paſſionē. Nomen
vo hebreū phaſe ſonare trāſitū.
¶ Auguſtinus vo dicit hebreum
eſſe nō grecū: ⁊ ſonare tranſitum.
opportune tamē cōcurrere in hoc
nomine congruentiam vtriuſqꝫ lin-
gue. Qui enim patitur: grece pa-
ſcin dr: vñ paſcha paſſio putat': ſꝫ
in ſyra lingua trāſitū ſonat. Qua-
re autē trāſitus dicat' hora illa: ſu-
per exodū eſt. Declinatur autem
paſcha paſche. vel paſcha paſcha-
tis: ⁊ eſt equocū ad tria. Ueſpera
eīn qua immolabat' agn⁹ diceba-
tur paſcha: ſicut hic. Poſt biduum
paſcha fiet. Et tota dies precedēs
horam illam nec paſcha dicebat'
nec ſolemnis erat. Dicitur etiam
B paſcha agn⁹: vt ibi. Ubi vis pare-
Mat. m⁹ tibi comedere paſcha. Et apo-
26. ſtolus. Chriſtus immolatus eſt pa-
i. co. v. c. ſcha noſtrum. Sequebantur ſeptē
dies azymorum: quorum primus
⁊ vltimus ſolennes erāt medij nō
adeo: ſed hi ſeptē quandoqꝫ voca-
bantur paſcha vt ibi. Non introie-
runt pretorium ne contaminaren-
tur ſꝫ comederēt paſcha. i. mundi
comederēt l paſcha: vel azyma vo-
cat paſcha: qꝛ his dieb⁹ vſus erat
eorum. Nec mirum ſi dies azymo-
rum dicebātur paſcha cum et pa-
ſcha dicatur dies azymorū: vt ibi.
Feſtus dies azymoꝝ q̄ dr paſcha.

¶ Qua die ⁊ quō iudas vendidit
dominum. Cap. cxlviij.

Et tūc ſcꝫ quarta feria prin- A Mat. 26.
cipes ſacerdotum vidēs ie-
ſum abijſſe ⁊ dixiſſe: non videbitis B
me amodo: cōgregati ſunt cum ſe- Lu. 22
niorib⁹ popli in atrium cayphe:
⁊ querebant eū vt tenerent ⁊ occi- A
derent: non tamen in die feſto: ne Mar. 14.
forte tumult⁹ fieret in populo. Au-
diens autem eos iudas congrega-
tos: abijt et pepigit cum eis de ie-
ſu tradēdo: p. xxx. argēteis. Forte
qꝛ cū audierat dñm tertia die mo-
riturū ⁊ putauit eū l morte detine-
ri: mortē imminētē ſibi lucratiuā
fieri voluit. ⁊ exi-
de querebat op-
portunitatē tra-
dēdi eū ſine tur-
bis. Illi trigita
denarij valebāt
trecentos vſua-
les: et ita vole-
bat iudas recō-
penſare vnguē-
ti perditionem.

Additio.

Qđ aūt quarta
feria āte paſſio-
nē vēditus fuit
dñs: oſtendit ea
die eccl'ia lectio-
nē eſaie premit-
tēs epl'e in qua
legit'. Ecce mer-
ces ei⁹ cū eo. In
memoriam etiā
hui⁹ venditionis per totū annum
in ieiunijs penitentialibus hec fe-
ria ſcōm locū habet poſt ſextā fe-
riam: ꝓpriū euāgeliū ⁊ ꝓpriā epi-
ſtolam ſepe hꝫ cum iterari debeat
dñica per totā hebdomadam. De
miſſa eīn crucis feria ſexta inuen-
tum eſt. Similiter de miſſa angelo-
rum feria ſecunda.

¶ De cena dñi. Cap. cxlix. A

Prima aūt die azymorum. i. Mat.
ea die in cui⁹ veſpera agn⁹ 26.
erat immolandus ⁊ edēdus cum A
azymis: dixerunt diſcipuli ad ie- Mar.
ſum. Ubi vis paremus tibi come- 14.
dere paſcha. Et reſpōdit. Ite in ci- Lu. 22
uitatem et occurret vobis homo
amphoram aque portans. Quo-
cumqꝫ introierit: querite a domino
domus locum ad preparādum: et
oſtendet

oſtendet vobis cenaculum grãde et ibi parate. In ſupiori parte do mus faciebãt paleſtini cenacula: inferi⁹ aũt cubicula. Qđ Marcus
A Joã. 13. dicit lagenã. Lucas amphorã. vnus expſſit gen⁹ vaſis: alter mo
B Lu. 22. dũ. ¶ Ante diẽ ergo feſtũ paſche veſpere facto venit ieſus et diſcu buit cũ .xij. diſcipulis ſuis. ¶ Et ait. Deſiderio deſideraui hoc pa ſcha mãducare vobiſcũ anteꝗ̃ pa tiar. Uerba Joãnis miniſtrauerũt grecis fomitem erroris. Dicunt enim in paraſceue lunam fuiſſe quartãdecimã et ita in veſpera ipſi⁹ fuit paſcha. Dñs aũt ſciens ſe paſſuꝝ eadẽ in veſpera ante cedẽti anticipa uit cõedere paſcha. Et qꝛ ea nocte licite potuit comedi fermẽtatũ: de fermentato cõficiunt corpus dñi. Quod ſi verum eſt: credibile eſt dñm comediſſe agnũ: vt ꝓceptũ erat in lege ⁊ azyma comediſſe. Et ſic etiã ſi cõſtet qđ dicũt: errãt conſecrã do fermentatũ. Qđ autẽ domi nus ꝓuenit paſcha: ꝓbatur ex verbis Joãnis qui dicit domi num manducaſſe ante diẽ feſtũ paſche: ꝛ paraſceue iudei nõ intraſſe ꝓtoriũ: ne cõtaminarẽtur: ſed comederent paſcha. Et ẽt ſacerdotes h̃ diſpoſuerãt: ne occiderent eum in die feſto: id
Difficultas eno daꝛ grecorum.
eſt prio die azymorum. Etiam euangelium vocat ſabbatũ poſt crucem domini magnum diẽ ſab

Additio. Cũ in veritate fuerit q̃ntadecima. Quinꝗ̃ autẽ ponit rõnes opinionis eoꝝ.

Additio. Ad hoc loco ponit ratiões eoꝝ ꝓrimã inde ſumũt qđ Joãnes dicit. Scdam inde ſumũt quod dt Lucas. Tertiã inde ſumũt quod dicũt alij. Quartam inde ſumunt: qꝛ euãgeliũ vocat ſabbatum poſt crucem magnũ ſabbatum. Quintã inde ſumunt: ꝙ mulieres in paraſceue parauerunt vnguenta.

qui manus imponūt et frōtem li=
niunt in confirmatione vbi datus
ſpirituſſanctus ad robur. Si enī
philippus iſte apoſtolus eſſet: ſta
deſimo tim baptizatis manus iponeret:
nigar= nec ad hoc alios expectaret. ¶ Cū
rogan= autem ſimon vidiſſet ꝙ per impo
tis. ſitionem manus apoſtolorum da
retur ſpūſſanctus: putans ex qua
dam induſtria hoc ab eis fieri: et
hanc poſſe ab eis precio compa=
rari obtulit eis pecuniam/dicens.
Date mihi hāc poteſtatem: vt cui
cūꝗ manus impoſuero accipiat
ſpiritum ſanctū: ⁊ ſic voluit emere
hanc poteſtatem ad lucrum. Ad
quē petrus. Pecuniā tua tecuz ſic
Petri in perditionē. Quod ſic. poteſt di
ꝯtra eū ſtingui ne videatur imprecari pe=
ſnia. cunie. Pecunia tua tecum ſit: ſup=
ple ducens te in perditionez. Uel
imprecando ait. In perditione pe
cunia tua tecum ſit. id eſt pecuniā
tuam habeas: ⁊ pro ea penā eter
nam luas. Sancti enim cum ſen=
tentiam maledictionis proferunt
non ex voto vltiōis ſed intuitu iu=
ſtitie in eam prorumpunt. Non eſt
tibi pars in ſermone iſto vt ad ma
nuum tuarum impoſitionē detur
ſpirituſſanctus. Cor enim tuū non
eſt rectum coram domino. Penitē
tiam itaꝗ age ꝓ hac nequitia tua
⁊ roga deum vt ſi forte remittatur
tibi hec cogitatio cordis tui. In
felle enim amaritudinis et obli=
gatione iniquitatis video te eſſe.
Sciebat eū petrus in ſpū penitē=
tiam non acturum: ſed ad hoc eū
exhortari erat eius officium. Si=
mon aūt ſciens ſe indignuz a deo
exaudiri noluit orare ſed ait apo=
ſtolis. Precamini ꝓ me vt nihil ve
niat ſuper me horuz que dixiſtis.
Petrus vero ⁊ ioannes redibant
hieroſolymā ⁊ multis ciuitatibus
ſamaritanoꝝ euangelizabant.

¶ De eunucho baptizato a phi=
lippo. Capitulum. xlv.

Angelus autem domini lo= C
cutus eſt ad philippum di= Actu. 8
cens. Surge et vade contra meri=
dianum ad viam que deſcendit a
hieruſalem in gazam. i. in africaz
quaſi dicat. Uade ad viā per quā
a hieruſalem per gazā deſcendiẗ
in africa. Hec ſcilicet gaza deſtru=
cta eſt. Uetus enī gaza que olim
erat terminus chananeorū iuxta
egyptū deſtructa erat et loco eius
edificata eſt alia. Et ſurgēs abijt.
Et ecce vir ethiops eunuchus po
tens in domo candacis regine qui
erat ſup omnes gazas eius. Erat
enim conſuetudo eunuchorū cu=
ſtodire theſauros potentum: ve
nerat adorare in hieruſalem. Et
vt traditur in alijs hiſtorijs p euz
miſerat multa dona tēplo in hie
ruſalem cādacis regina ethiopū.
Et vide quia omnes regine ethio
pum dicebantur regine candaces
ſicut romani imperatores dicebā
tur ceſares: nec habebat regimen
regio illa niſi a feminis. Cumꝗ re
uerteretur ethiops ille ſedens ſu
per currum: ⁊ legens eſaiam pro=
phetam: dixit ſpiritus philippo.
Accede ⁊ adiunge te currui. Acce
dens autem Philippus: audiuit
eum legentem eſaiam ⁊ dixit. Pu=
tas ne intelligis q̄ legis. Qui ait.
Et quomodo poſſuz: ſi nō aliquis
oſtenderit mihi. Et rogauit phi=
lippum vt aſcenderet currum ⁊ ſe
deret ſecum. Erat autez hic locus
ſcripture quam legebat qui domi
no procurante ſic legēdus occur=
rerat. Tāꝗ ouis ad occiſionē du=
ctus eſt: ⁊ ſicut agnus corā tondē
te ſe ſine voce: ſic non aperuit os C
ſuum. Reſpondens autem eunu= Eſa. 53
chus Philippo dixit. Obſecro te
domin

domine vt dicas de quo ꝓpheta
hec dicit. de ſe an de alio aliquo?
Aperiẽs autem philippus os ſuũ
⁊ incipiẽs a ſcriptura hac de qua
ſcȝ querebat euangelizauit illi ie
ſum. Et dum irent per viam per
uenerunt ad quandam aquã. Et
ait eunuchus. Ecce aqua: quis ꝓ=
hibet me baptizari? Ad quẽ phi=
lippus. Si credis ex toto corde: lȝ
tibi baptizari. Ad quem ille. Cre=
do dei filium eſſe ieſuȝ. Et vide qꝛ
cum in ſpũ videret philippus eu
nuchi fidem: voluit tamen ab eo
extorquere confeſſionem manife
ſtam nolens eum ſubito baptiza=
re vt daretur exemplum baptizan
tibus ⁊ baptizandis interrogãdi
⁊ confitendi. Unde hodie cũ qua=
dam dilatione ⁊ ꝓtelatione ſcruti
nioꝝ celebratur ſolẽne baptiſma
Eze.36 in ſabbato paſcali: qꝛ icipiũt ſcru
tinia in media quadrageſima ab
ea die qua cantaꝫ. Dum ſanctifi=
catus fuero. Et iuſſit ſtare currũ:
⁊ deſcenderunt ambo de curru: et
baptizauit philippus eunuchum.
Et cum aſcendiſſet de aqua: ſpũs
dñi rapuit philippum: ⁊ amplius
non vidit eum eunuchus: ſed ibat
per viã ſuã gaudens. Philippus
autẽ inuentus eſt in azoto: et per=
tranſiens euãgelizabat cũctis ci=
uitatibus donec veniret ceſareaȝ.
¶ In qua legitur domũ habuiſſe
cuius vſqȝ hodie apparẽt veſtigia
necnon ⁊ cubiculum quatuor filia
rum eius virginum ꝓphetiſſarũ.
Nũc redit hiſtoria ad ordinẽ ſuuȝ
ꝓſequens de paulo: et cõtinuaꝫ ei
qd ſupra dictũ eſt. Saulus deua=
B ſtabat eccleſiã. Qd enim dictũ eſt
Actu.8 de philippo: ⁊ ↄuerſione eunuchi
quaſi incidens fuit.

¶ De excecatiõe ſauli. Cap. xlvi.

SAulus adhuc ſpirãs minaꝝ
B et cedis in diſcipulos domi=
Actu.9 ni: id eſt adhuc comminãs eis: et
in eos conſpirans: et ad cedẽ eo=
rum aſpirãs acceſſit ad principeȝ
ſacerdotum zelo furoris eum con=
citante: ⁊ petijt ab eo literas ad ſy
nagogas ſingulas iudeoruȝ que
erant damaſci: vt eius autoritate
ſi quos inueniret damaſci huius
vie viros ⁊ mulieres vinctos ꝑdu
ceret in hierl'm. Et cũ iter faceret
cõtigit vt appropinquaret dama
ſco: ⁊ ſubito circũfulſit eũ lux de ce
lo: ⁊ cadens in terrem audiuit vo=
cem dicentẽ ſibi. Saule ſaule quid
me ꝑſequeris? i. in membris meis.
Qui ait. Quis es dñe? An deus es
vel angelꝰ? Ego inquit ſum ieſus
quẽ tu ꝑſequeris. Durũ eſt tibi ↄ
ſtimulũ calcitrare. i. potentiori re=
bellare. Et tremens ac ſtupens di
xit. Dñe quid me vis facere. Acſi
diceret voluntatem tuam indica=
mihi: qꝛ ꝑ̄ſto ſum tibi obedire. Ad
quem dñs. Surge ⁊ ingredere ci=
uitateȝ ⁊ diceꝫ tibi q̃d te oporteat
facere. Uiri aũt qui comitabãtur
eũ ſtabãt ſtupefacti: audiẽtes qui
dem vocẽ ipſius pauli: non eius q̃
loquebaꝫ cũ eo neminem autẽ vi=
dentes iuxta ꝙ ipſe paulus infra
dicit. Qui mecũ erant lumen qui=
dem viderunt: vocem autem eius
non audierũt qui loquebatur me
cum. Et ſurrexit de terra: et aper=
tis oculis nihil videbat. Factus
eſt cecus corpore qui prius fuerat
cecus mente. Ad manus autem il
lum trahẽtes: manibꝰ ſcilicet ſuis
manus eius tenẽtes et quaſi cecũ
ducentes introduxerunt eum da=
maſcũ. Et erat ibi tribus diebus
non videns neqȝ manducãs neqȝ
bibens. In quo triduo creditur a
ſpirituſancto didiciſſe euangeliũ.
Unde gloriatur in epiſtola ad ga B
lathas ſe non habuiſſe hominem Gal.1.
magiſtrum dicẽs. Neqȝ ab homi=
ne accepi illud/ neqȝ didiſci: ſȝ per
reuelationẽ ieſu chriſti. Impone=
batur enĩ ei a pſeudo ꝙ edoctus
eſſet ab anania non a ſpirituſan=
cto: vnde vocabant eum apoſtolũ
ananie. Nec te moueat ſi quando
ꝙ legatur cõuerſio eius facta pri
mo anno dominice paſſionis: quã
doqȝ ſecundo: alterũ de anno vſua
li: alterum de anno emergenti di=

citur. Si enim computes primum annum dominice paſſionis a kal. ianuarij qui eſt ann⁹ vſualis: tūc ſecundo anno conuerſus eſt paulus. Si aūt computes ab ipſo die paſſionis vſq; in ſequētē diē paſſionis anno reuoluto qui ē ann⁹ emergēs in primo anno dñice paſſionis conuerſus eſt.

¶ Quō ex mādato dñi Ananias
B viſitauit Paulum. Capit. xlvij.

Actu. 9 Erat autem damaſci diſcipulus quidam (id eſt chriſtianus) nomine ananias. Et dixit dominus ad illum in viſu .i. in viſione noctis Anania. At ille ait. Ecce dñe ego paratus ſum tibi obedire. ad quē dñs. Surge ⁊ vade i vicū q̄ vocat̄ rectus: ⁊ quere in domo iude ſaulum nomine tharcenſem. Ecce eīm orat. Forſan iudas erat ꝓprium nomē hoſpitis ſui vel forſan erat de tribu iude vt ſit ſenſus. In domo iude .i. inter iudeos qui ibi erāt de illa tribu: vel in domo iude .i. in vico iudeoꝝ. Uicus autem dicitur a vicinia ciuitatis vt dicit Rabanus: vt proprie dicātur vici viciniora rura ciuitatis. Hoc tamē ⁊ ſepe alibi aliter accipitur. Ne timeret ananias venire ad ſaulū quē nouerat acerrimū ꝑſecutorem xp̄ianoꝝ: addidit dñs. Ecce eīm orat: quaſi diceret. Non eſt timēdus q2 factus eſt de ſaulo paulus ⁊ de lupo agnus. Et ego etiā reuelaui ei aduentū tuū. Jam eīm vidit in ſpiritu te introeuntem ad ſe: ⁊ imponētem ei man⁹ vt viſum recipiat. Tūc ananias. Dñe audiui a multis de viro hoc quāta mala fecerit ſanctis tuis in hieruſalem ⁊ h3 poteſtatē a principibus ſacerdotū alligādi omnes q̄ inuocāt nomē tuum. Ad quem dominus. Uade quoniam vas electionis eſt mihi iſte .i. eſt vas electum: ⁊ in fornace tribulationis ꝓbatum: vt portet nomē meū coram regibus ⁊ gentibus ⁊ filijs iſrael. Et tu quidem baptizabis eum ſ3 non docebis eum: ego enim ſolus docebo eum: ⁊ oſtēdam ei quanta oporteat eum pati ꝓ nomine meo: vt per multas tribulationes probetur vas electum ⁊ mala que intulit ſanctis patiat̄ cum ſanctis. Abijt ananias ⁊ veniēs ad hoſpitiū pauli intrauit ad eū: ⁊ imponēs manū dixit. Saule frater: dñs ieſus q̄ apparuit tibi in via qua veniebas miſit me ad te: vt videas interiori ⁊ exteriori oculo: ⁊ iplearis ſpiritusancto .i. ſpiritūſanctum plenius accipias poſtea in baptiſmo. Et ꝯfeſtim ceciderunt ab oculis eius tanq̄ ſquame: ⁊ viſum recepit: ⁊ ſurgens baptizatus eſt: et cum accepiſſet cibū cōfortatus eſt. Et fuit cū diſcipulis q̄ erāt damaſci ꝑ dies aliquot: ⁊ ꝯtinuo ingreſſus ſynagogas p̄dicabat dñm ieſum: qm̄ hic eſt fili⁹ dei. Stupebāt aūt oēs qui audiebāt: ⁊ dicebāt. Nōne hic eſt q̄ expugnabat i hieruſalē eos qui inuocabāt nomen iſtud: ⁊ ad hoc huc venerat vt vinctos eos duceret ad principes ſacerdotum? Saulus aūt magis cōualeſcebat in xp̄o: ⁊ confundebat iudeos q̄ erāt damaſci: affirmans quia hic eſt chriſtus.

¶ De inuidia iudeorum in Paulum. Capitulum. xlviij. C

Act. 9. Cum autem implerent̄ dies multi a baptiſmo pauli cōſilium fecerūt iudei vt eū interficerent. Ex eo quod dictum eſt. Cū implerent̄ dies multi: poteſt videri hoc non fuiſſe factū in hoc primo aduentu damaſci: ſed in ſecūdo: quia forte trāſijt in ſyriam ⁊ ciliciam: ⁊ ibi predicauit ⁊ multos conuertit. Poſtea cum iterum venit damaſcum: quia magis ſuſcitauerat inuidiam iudeorum in ſecundo aduentu damaſci ſtatuerunt concilium vt eum occiderent ſ3 notificate ſunt ei inſidie iudeorum ⁊ cuſtodiebant portas ciuitatis die ac nocte vt eū dolo interficerēt: nō iudei: ſed ciues damaſci ⁊ prepoſitus gentis Arethe regis ad petitionē iudeoꝝ ſicut ipſe apoſtolus

ſtolus in epl'a ſcda ad Corinth.re
B fert dicens. Damaſci prepoſitus
2.co.11 gentis. Arethe regis cuſtodiebat
ciuitatem damaſcenorum: vt me
comprehenderet. Diſcipuli autē
eius nocte dimiſerūt eum in ſpor=
ta per murum. Et vide ꝙ in greco
additum non eſt eius: ſed dictum
eſt ſimpliciter diſcipuli: qꝛ non ha
bebat paulus diſcipulos: ſed oēs
xp̄iani tunc dicebant diſcipuli: qꝛ
nōdū inuētū erat hoc nomē xp̄ia=
nus. Elapſus paul9 a manib9 da=
maſcenoꝝ venit i hierl'm: et volēs
ſe iungere diſcipulis dn̄i ſcꝫ apl'is
ſed oēs timebāt eū nō credētes ꝙ
eſſet diſcipul9. Tūc barnabas cy=
pri9 leuites gn̄e: q̄ vt ſupra dictū
eſt pretiū agri vēditi poſuit ad pe
des apl'oꝝ dn̄i: apphēſum illū du
xit ad apl'os narrauitꝙ quō i via
vidiſſet dn̄m: ⁊ qꝛ locutus eſt ei: et
quō in damaſco fiducialiter ege=
rit in noīe ieſu. Quos aūt apl'orū
inuenerit in hierl'm in epl'a ad ga
latas oſtendit ſcꝫ petrū ⁊ iacobū
ep̄m hieroſolymoꝝ cū quib9 man
ſit .xv. dieb9 ſicut ipſe in epl'a oſtē=
dit dicēs. Deinde poſt annos tres
ſcꝫ a conuerſione mea veni in hie=
ruſalē videre petrū ⁊ mā ſi apd̄ eū
xv. dieb9: aliū aūt apl'oꝝ vidi nemi
ni niſi iacobū fratrem dn̄i. Et erat
cū illis ſcꝫ petro ⁊ iacobo: ⁊ alijs
diſcipulis qui erant in hierl'm in=
trans ⁊ exiens p. xv. dies. Deinde
venit in partes ſyrie ⁊ cilicie: ⁊ ibi
loquebat̄ gētibus ⁊ diſputabat cū
grecis. i. iudeis inter grecos diſp=
ſis. Hec autem hiſtoria pre nimia
ſui breuitate rei veritatē cōfundit
quaſi totū in hieruſalē factum ſit.
Ita em̄ procedit ſeries hiſtorie. Et
erat cū eis intrans ⁊ exiens i hie=
ruſalē. fiducialiter agens in noīe
dn̄i. Loquebat̄ aūt gentibus et di
ſputabat cū grecis. Illi aūt ſcꝫ iu=
dei ꝯuerſantes īter grecos cū q̄b9
diſputabāt: voluerūt eū occidere.
Qđ cū cognouiſſent fratres dedu
xerūt eū ceſareā: que ciuitas ē pa=
leſtine: ⁊ inde dimiſerunt eū thar=
ſum q̄ eſt ciuitas cilicie: vnde ipſe
oriundus fuit. Poſtea redit hiſto=
ria ad petrū de actib9 apoſtolorū
agens quaſi modo interſcalari.

¶ De curatione enee.

Capitulum .xlix.

Factum eſt autem vt petrus
dum p̄dicando diſcurreret: F
venit liddam. Inuenit aūt ibi ho= Act. 9.
minē quendā eneam noīe: paraly
ticū ab annis .viij. in grabbato ia=
centem. Et ait illi petrus. Enea ſa
net te dn̄s meus ieſus chriſt9: ſur=
ge et ſterne tibi lectum: qui prius
nec etiam poterat de lecto ſurge=
re. Et continuo ſurrexit. Et vide=
runt illū omnes qui habitabant
lidde ⁊ ſarone: ⁊ conuerſi ſunt ad
dn̄m. Erat autē in ioppē diſcipula
quedam chriſtiana que hebraice
dicit̄ Tabita: grece dorcas: latine
autem damula vel caprea. Super
Marcum tn̄ habem9: quia tabita
interpretatū eſt puella. Unde tabi
tacumi interpretatum eſt: puella
ſurge: ⁊ ſm̄ hoc ſunt diuerſe inter
pretationes huius nominis. Hec
aūt erat plena operibus bonis ⁊
eleemoſynis quas faciebat ⁊ p̄ci=
pue in cōſuendis veſtibus paupe=
rum multū laboris impendebat.
Factum eſt autē in diebus illis in
quibus petrus venerat liddam vt G
infirmata moreretur. Cumꝙ la= Act. 9.
uiſſent corpus poſuerūt in ſupe=
riori cenaculo. Et cū lidda prope
eſſet ioppen: diſcipuli audientes
quia prope eſſet petrus lidde: mi=
ſerunt ad eū duos viros dicentes.
Ne pigriteris venire vſꝙ ad nos
⁊ non aperuerūt ei cauſam. Exur=
gens autem petrus venit cum il=
lis. Et cū adueniſſent duxerūt eū
in cenaculum vbi iacebat mortua
Tabita. Et circunſteterunt eum
omnes vidue flentes et oſtenden=
tes ei veſtes quas faciebat illis
dorcas vt operibus miſericordie
ipſam operā dediſſe oſtēderent: ⁊
ſic petrū ad ꝯpaſſionē cō mouerēt.
Tunc petrus omnes eiecit non
tanꝙ perperā aliq̄d facturus: qđ
vellet

tibus ſm aliam literam: vt iā poſſent videri de hoſpitio: petri. ſcilicet de domo ſimonis coriarij aſcēdit petrus in ſuperius cenaculū hoſpitij ſui circa horam ſextā vt in ſecreto oraret: & poſt orationē comederet: quia tempus erat comedēdi: & ipſe patiebatur eſuriē. Et parantibus prādiū miniſtris cum ipſe eſſet in oratione: cecidit ſuper eum extaſis: quia dño operante paſſus eſt alienationē mentis ita vt nō vteretur ſenſibus humanis. Et in huiuſmodi extaſi vidit celum apertum: id eſt aerem & de aere apto deſcēdēs vas quoddam velut linteū magnū de celo ſummitti in terrā quatuor linteis vel litijs vel initijs que litera verior eſt. Dicuntur autem initie funiculi molles quibus circunligantur pueri in cunabulis: facti de ſtupea materia vel de ſerico ad opus nobilium. Uidebatur ergo ei vas illud quaſi linteū quatuor initijs quatuor cornibus alligatis: in aere appenſum & ita demitti in terram: & in eo eiſe omnia genera animaliū quadrupedia ſerpentia terre. Et cū eſuriret: facta eſt vox ad eum dicens. Surge petre macta & manduca. Acſi diceretur ei in ſpiritu. Tranſi ad gētes et occide in eis vitia: & ſic eccleſie incorpora. Abſit inquit domine: quia nūquam manducaui cōmune. i. immūdū. Et eſt idioma hebreorū reputātium cibos imūdos quibus cōmuniter vtebantur gentes. Unde vocabant cōmunes quaſi immūdos. Abhorruit ergo petrus quod dictum eſt ei manduca: quia oſtenſa ei fuerant quadrupedia: & ſerpentia ſecundū legem immūda: quia graue videbatur ei vti cibis in lege phibitis: & maxime timebat reprehenſionem iudeorum ſi vteretur cibis gentilium. Et ideo cum ita cūcta abhorreret facta eſt vox ſcdo ad eum dicens. Quod deus purificauit commune ne dixeris. Quod conſtat ei ſpiritualiter dictum fuiſſe de gētibus: iam in dei preſcientia per fidem purificatis. De quarū purificatione inſtruxerat petrū vox prima facta ad eū dicens: occide & manduca. Cum autem oſtenſa fuiſſent ei ſerpētia terre: cōſtat ea nō fuiſſe a deo purificata: nec alicui ſiue iudeo ſiue gentili ad comedendum munda. Hoc autē factū eſt ei ter. ſcilicet vas ſemel iterato & tertio in terra demiſſum: & vox ter audita eſt pro cōmēdanda veritate viſionis vel fide trinitatis. Nā vt dicit Ambro. In cathecismo fit trina interrogatio: ſcilicet credis in deum: abrenunctias ſathane: vis baptizari. Similiter trina vnctio: in vertice ſiue fronte in ſcapulis & pectore. In baptiſmo quoque fit trina imerſio. Poſt trinam vaſis oſtenſionem: receptum eſt vas in celum. Et dū intra ſe cogitaret petrus quid ſibi vellet hec viſio. Ecce tres viri qui miſſi fuerant a cornelio inquirentes domū ſimonis coriarij ſteterūt ad ianuā: qrētes ſi ſimon qui agnominatur petrus illic haberet hoſpitium. Et cogitante petro de viſione: dixit ei ſpiritus. Ecce tres viri querunt te. Cauſā tamē cur eum quererent ei ſubticuit: quam ipſe poſtea ab eis didicit. Quia ad conſeruandam humilitatē aliquando prophetice ſpiritus ex parte animū tangit & ex parte non tangit. ¶ Surge inquit et deſcēde: & vade cum eis nil heſitans: quia ego miſi illos. Deſcendens autem petrus ad eos dixit. Ecce ego ſum quē queritis: que cauſa eſt pro qua veniſtis? Ad quem illi. Cornelius centurio vir religioſus ac timens deum: et teſtimonium habens ab vniuerſa gente iudeorum reſponſum accepit a ſpirituſſancto vt acceſſirēt te in domum ſuam: & audiret verba a te. Et introduxit eos in hoſpitium ſuum: & fuerunt cum eo nocte illa. Sequenti autem die profectus eſt cum illis et quibuſdam fratribus qui eum comitati ſunt

Ambroſius.

ſunt a ioppe vt ei teſtes eſſent.

¶ Qd petrus venit ad cornelium vocatus. Capitulum. liij.

D Act. 10. Altera autem die ſecūda ab egreſſu de ioppe itroiuit ceſaream. Cornelius vero expectabat illos ꝯuocatis cognatis ſuis ⁊ amicis neceſſariꝭ. Amici neceſſariꝭ dicunt qui non deſerunt homines in articulo neceſſitatis. Et cū itroiſſet petrus: obuius occurrit ei cornelius ⁊ ꝓcidens ad pedes eius adorauit cū ipſo geſtu corporis exprimens deuotionem mētis. Petrus vero eleuauit eū dicens. Surge quia ego homo ſum vt tu. Et cū multi adeſſent cognati ſcʒ ⁊ amici cōuocati: locutus eſt eis petrꝰ dicēs. Uos ſcitis ꝙ abominabile ſit viro iudeo accedere ad alienigenā. Sed oſtēdit mihi deus nullū hoīem immundū eſſe propter quod ſine dubitatiōe veni accerſitꝰ. Interrogo ergo quā ob cauſam accerſiſtis me. Ad quē cornelius. A nudiꝰquarta die orabam hora nona in domo mea acſi diceret. Quarta die ab hac hora ſecundum innouationem dierum. Prima enim die vidit angelum ⁊ miſit nuntios: ſecunda venerunt nuntij in ioppen tertia profectus eſt petrus cum eis: ⁊ illa nocte remanſerunt in via quarta venerūt ceſaream: ⁊ ecce vir ſtetit ante me in veſte cādida: et ait. Cornelī exaudita eſt oratio tua: et eleemoſyne tue a deo accepte mitte in ioppen: ⁊ accerſi ſimonem qui cognominatur petrus: ⁊ ſtatim miſi ad te ⁊ tu bene feciſti veniendo Nūc ergo omnes nos aſſumus in conſpectu tuo prompti obedire tibi i omnibus quecūqʒ precepta ſunt tibi a domino. Tunc petrus aperiens os ſuum dixit. ¶ Nunc in veritate comperi: quoniam nō eſt perſonarū acceptor deus: nec diſcernit inter iudeos et gētes: ſed in omni gente qui timet deum et operatur iuſtitiā: acceptus eſt illi. Uos ſcitis ꝙ ioannes predicauit ieſum a nazareth: ſcitis etiā ꝙ factū ē verbū. i. ꝑdicatio euāgelij ꝑ vniuerſam iudeam: incipiens a baptiſmo Ioānis quo baptizatꝰ eſt ieſus: poſtea proſequens quomodo vnxit eum deus ſpū ſancto et virtute qui pertranſijt benefaciēdo ⁊ ſanando omnes a diabolo oppreſſos. Et nos teſtes ſumꝰ omnium que fecit in regione iudeorum: et ꝙ eum ſuſpenderunt in ligno: et tertia die ſuſcitatum a deo. Cuius nos teſtes ſumus ꝗ manducauimus et bibimus cum illo poſtꝗ̄ reſurrexit a mortuis: quibus precepit predicare populo et teſtificari: quia ipſe eſt qui cōſtitutꝰ eſt a deo patre iudex viuorum ⁊ mortuorum: quia pater dedit illi omne iudiciū. Nec nos ſolum: ſed etiam omnes prophete illi teſtimonium perhibent: quia omnes per nomen eius remiſſionem peccatorum accipiunt ꝗ credunt in eum.

Nota. nō ēē ꝑſone acceptio nē apd deum.

¶ Quod baptizauit cornelium ⁊ eos qui cum eo erant. Capitulum. liiij.

G Act. 10. Adhuc loquēte petro verba hec: cecidit ſpiritusſanctus: ⁊ deſcendit repēte ſuper oēs qui audiebant verbū. Utrum autem in igneis linguis vel in alia ſpecie viſibili deſcēderit incertum eſt. Et obſtupuerūt ꝗ erant cū petro fideles de circūciſione: qꝛ etiam in nationes. i. in gētiles grā ſpūſſctī effuſſa eſt audiebāt eni eos loquētes linguis ⁊ magnificātes deum. Tūc rñdit petrus. Nunquid aquā quis ꝓhibere poteſt vt nō baptizētur hi qui ſpiritū ſanctū acceperūt ſicut ⁊ nos: quod maius eſt ꝗ̄ baptizari. Et iuſſit eos baptizari in noīe chriſti: ſubticens formam baptiſmi a domino traditā ꝑ dilatiōe nominis chriſti. In quo nomine intelligit ipe qui vnctus eſt ⁊ pater a quo vnctꝰ ⁊ ſpiritusſanctus quo vnctus eſt. Tūc rogauerunt eū. Et māſit rogatus cū eis aliquot diebꝰ: in quibus ꝑmo creditur

A diſur vſus fuiſſe cibis gentiuz. vn
Act. 11. de poſtea redargutus eſt. ¶ Dila
tatumq; eſt vbiq; et delatum vſq;
ad fratres qui erãt in iudea quis
gẽtes receperãt verbũ dei. Et hic
fuit primus trãſitus particularis
apoſtolorum ad gentes in quo ↄuer
ſus eſt cornelius cum familia ſua.

¶ Quomodo redargutus eſt pe-
trus a chriſtianis: Cap. liiij.

A
Act. 11. Cum autẽ aſcendiſſet petrꝰ
hieroſolymã: diſceptabant
aduerſus eum fideles de circunci
ſione dicẽtes. Quare introiſti ad
viros ꝑputiũ habẽtes ⁊ manduca
ſti cũ illis. quaſi diceret. In duobꝰ
contra legem feciſti: quia intraſti
ad eos: ⁊ quia cibis eorum cõſus
es. Tunc incipiens petrus expo-
ſuit eis per ordinẽ oſtenſam adeo
ſibi viſionẽ ⁊ quõ apparuerat an-
gelus cornelio. Et in tota ꝓſecu-
tione non addidit niſi vnũ verbũ
quod dictum eſt cornelio. Mitte ⁊
accerſi ſymonẽ q̃ cognominatꝰ pe-
trus vbi addidit q̃ loquet̃ tibi ver
ba in qbꝰ ſaluus eris tu et vniuer
ſa domꝰ tua. Et ex eo qꝺ ſtatim ſub
didit cecidit ſpiritusſanctꝰ ſup eos
ſicut ⁊ ſuper nos ab initio: ꝓſumit̃
ꝙ ſuper corneliuz ⁊ familiã ſuã de
ſcenderit ſpiritusſanctꝰ in linguis
igneis ſicut dſcẽderat ſup apoſto
los die pẽthecoſtes. Et tũc inquit
recordatus ſum verbi dñi qꝺ no-
B bis dixit. Joannes quidẽ baptiza
Joan. 1 uit aqua: vos autẽ baptizabimini
ſpũſctõ. Uidẽs hoc ĩpletũ in corne
lio et in familia ſua. Audita petri
excuſatione multiplici deſtiterunt
D ab increpatiõe eiꝰ et gratias ege-
Iob. 37 rũt ſaluatori ⁊ ita ĩpleta eſt ꝓphe
tia iob. Ab aqlone veniet aurũ: et
ad deũ formidoloſa laudatio. Id
eſt ꝑ cõgelatiõe infidelitatis gẽti
les cõparabiles aquiloni q̃ in te-
nebris erãt. i. in cecitate animi per
cipient lucẽ fidei ꝑ quaruz illumi
natiõe dirigitur ad deũ formido-
loſa laudatio qr pro inopinata et
repẽtina gẽtiũ cõuerſione fideles
de iudeis timẽtes glificauerũt deũ.

¶ De cõtinuatiõe hiſtorie. cap. lv.
Hunc redit hiſtoria
ad ordinez ſuũ. Qꝺ
enim interſertũ eſt
de philippo petro ⁊
ioãne. et paulo poſt
ꝙ ſupradictũ eſt igi
tur qui diſperſi erant pertrãſibãt
euangelizantes verbuz dei: quaſi
incidens fuit. Proſequitur ergo i
hunc modum. Et illi qui diſperſi
erãt a tribulatione que inceperat
a morte ſtephani perãbulauerũt
vſq; ad phenicẽ prouinciã ſyrie oc
cidẽtalem ⁊ cyprũ nemini loquen
tes verbũ niſi ſolis iudeis. Erant
autẽ quidam cũ eis de cypro ⁊ cy
rene. Qui cũ introiſſent antiochiaz
loquebant̃ ad grecos ãnũciãtes
dominũ ieſum et erat manus dñi
cum eis. Et multꝰ numerus credẽ
tiũ ↄuerſus eſt ad dominũ. Super
hunc locuz dicit Beda. quia poſt
reuelationẽ ſyndonis cepit eccle- Beda.
ſia creſcere. Uñ cõiicitur ꝙ ſpeciẽ
ſyndonis vel lintei vidit petrus i
viſione: cũ alibi dicatur vas fuiſſe
alibi diſcus. Delatũ eſt autem ad
aures eccleſie que erat hieroſoly
mis de cõuerſione antiochenoruz
⁊ volentes plene certificari: miſe-
runt barnabã in ãtiochiã. Qui cũ
veniſſet ⁊ videret grãm dñi gaui-
ſus eſt ⁊ exhortatꝰ eſt oẽs vt in ꝓ
poſito cordis manerent in dño:
qui erat vir bonus plenꝰ ſpũſctõ
et fide. Et dicit ſuper hunc locum
rabanus barnabã ideo multiplici Rabanus.
ter cõmẽdatuz ne putetur ꝑ indi
gnatione ſua amiſiſſe apoſtolatũ.
Et erat rabanus in ea opinione
ſm quã dicitur barnabas ille ſup
quem proiecta eſt ſors cum mat-
thia poſtea tñ cũ paulo in apoſto
latũ electꝰ eſt. Nos aliã ſequimur
opinionem. Uidẽs aũt barnabas
ꝙ non ſufficeret ad erudiendã tã
tam multitudinem. venit tharſuz
vt quereret ſaulum ⁊ inuentũ per
duxit antiochiam: et per annũ cõ
uerſati ſunt ibi ⁊ docuerunt turbã
multam. Et tunc primo ſequaces

chriſtiane religionis a xp̄o capite
denominati ſunt xp̄iani: qui prius
dicebantur diſcipuli. & fuit inſtitu
tio gētiliū ſatis elegās. Uiſum eſt
em̄ incongruū & indecēs gentilibꝰ
ad fidem cōuerſis ſequaces chri-
ſtiane religionis cōmuni noīe cēſe
ri. Sed potiꝰ denominādos eſſe a
noīe magiſtri: ſicut i ſectis philo-
ſophorū ſequaces denominabant
D a nominibus magiſtrorū vt ab epi
Act. 11 curo epicuri. ¶ In his autē diebꝰ
ſuperuenerūt ꝓphete a hieroſoly
mis antiochiā. Et ſurgens ex eis
vnus nomine agabus ꝓphetauit
per ſpūm ſanctum famem futuraz
in vniuerſo orbe terrarum. & maxi
me in iudea que facta eſt ſub clau
dio. ſ. quarto anno claudij.

¶ De collecta paupibꝰ facta. lvj.

D Tunc propoſuerūt diſcipuli
Act. 11. facere collectā vt daret vnuſ
quiſq; ꝑ modulo ſue facultatis: &
mitterent aliquid pauperibus qui
erāt in hierl'm qui vēditis oībus
poſuerāt precia ad pedes apoſto
lorum vt premunirent eos contra
famē. Et tunc primuz facta eſt col
lecta in vſus pauperum que miſſa
eſt ꝑ barnabā et paulū in hierl'm.

¶ De morte iacobi mioris. c. lvij.

A Eo tēpore miſit herodes rex
Act. 12 manus vt affligeret quoſdā
de eccleſia. Occidit autem iacobū
fratrem ioannis gladio. Ut autē
intelligatur locus iſte de quo ſcz
herode ſit accipiendū: expedit ad
tempus pretermittere hiſtoriam
actuum apoſtolorum: et proſequi
hiſtoriam romanorum imperato
rum. Non eſt putādū hunc fuiſſe
herodē tetrarcham qui cognomi
natꝰ eſt ātipas ſed herodē agrip
pam. ille em̄ nō fuit rex ſed tetrar
cha ille ſcz filius magni herodis:
qui conſenſit pilato de nece dn̄i: q̄
remiſit eū ad pilatum: indutum ve
ſte alba: qui iam deportatus fue-
rat in exiliū viennā: et ibi mortuꝰ
eſt. Pilatus ergo mortuus iā erat
qui vt a principio huius hiſtorie
pretaxatum eſt anno. xix. imperij

tyberij ceſaris erat procurator iu
dee vitellio preſide ſyrie. & accuſa
tus eſt in multis apud tyberium.
Accuſatꝰ eſt a iudeis de violēta in
nocentum interfectione. Accuſa-
tus eſt etiam q̄ iudeis reclamanti
bus ponebat imagines gentiliuz Ex hi
in templo. Accuſatus eſt etiaz: q2 ſtorijs
pecuniam repoſitam in corbanaz ioſephi
redegerat in vſus ſuos: īde faciēs & alijs.
aqueductū in domum ſuam. Et ꝑ
his omnibus deportatꝰ eſt in exi-
lium lugduni vnde oriundus erat
vt ibi i opprobriū generis ſui mo
reretur. Uide quia muſac erat ar-
ca in qua reponebantur donaria
regum vel principum. Corbonam
in quo reponebantur donaria ſa-
cerdotuz ad reficienda ſartatecta
templi. Gazophilatium in quo re
ponebātur donaria tranſeūtium.

¶ Quis fuerit ſubſtitutus ꝓcura- Incidē
tor mortuo pilato. Capit. lviij. tia ſunt

Mortuo pilato ſubſtituit & de hi
vitellius fratrem ſuum ſtorijs
ꝓcuratorē iudee. Et vo ſūpta.
lēs placere iudeis ſatiſ
fecit voluntati eorū in quibuſdā.
ſcilicet de amotione cayphe & pro
motione filij āne: quia ad petitio
nem eorum amouit caypham a ſa
cerdotio: et ſubſtituit filium anne
qui iam mortuus erat reddiditq;
ei ſtolam ſcilicet illam ſolemnem
& antiquā quā debebat habere ſa
cerdos in poteſtate ſua: vt ea vte-
retur in feſtiuis diebus. Pilatus
vero tranſtulerat eam in domum
ſuam et cum in feſtiuis diebus ne
ceſſaria erat ſacerdoti nō poterat
eā habere niſi precio ꝓcedēte. Tē
pore tyberij mortuꝰ eſt philippꝰ
tetrarcha ituree & traconidis re
giōis fratē herodis tetrarche mor
tuus eſt etiam liſanias tetrarcha
abiline. Et ita vocabāt due tetrar
chie et aſpirabat herodes agrip- Incidē
pa ad alterum earum. tia ſūt

¶ De propoſito herodis non de
agrippe. Cap̄. lix. textu bi

Erat autem herodes agrip- blie.
pa vir magnanimus & belli
coſus ſed

ceſus ſed pauperib⁹ nepos hero
dis tetrarche ⁊ frater vxoris eius
herodiadis. Fuit eni filius ariſtobo
li filij magni herodis et ipſa filia
eiuſdē. Diſpoſuit ergo venire ro
mam ſi forte poſſet impetrare a ti
berio alteram tetrarchiam vacan
tium. Cumq͂ veniſſet romam vi
densq͂ eum tyberius militē ſtrenuiſ
ſimum retinuit eum ſecum. fecitq͂
adherere filio ſuo druſo: cui iā in
vita ſua ꝯſiderat imperium. Nec
eſt iſte druſus ille q̄ dormit mogū
tie. Erat autem herodes agrippa
vir magne liberalitatꝪ ⁊ vt ſibi cō
ciliaret animos romanorū multa
expendebat et multis debitis ſe
obligauerat ⁊ vt tradit ioſephus:
non fuit homo i quo mutabilitas
fortune adeo poſſet deprehendi.
Primo in hoc male ei contigit: qꝛ
mortuus eſt druſus filius tyberij.
de cui⁹ morte adeo inconſolabili
ter doluit tyberius: vt oēs a pſen
tia ſua amoueret qui familiariter
adheſerant druſo: ne reducerēt ei
ad memoriam mortē eius. Et con
pulſ⁹ eſt herodes agrippa redire
in iudeam ⁊ deſperans pre nimia
pauptate intrauit turrim: vt ibi af
ficeret ſe fame: et ita moreref. Qđ
ſignificauit vxor ſua ſorori ei⁹ he
rodiani vxori herodis tetrarche.
q̄ ſupplicauit viro ſuo vt reuoca-
retꝫ a turri: ⁊ daret ei neceſſaria.
Et addenit ei: ⁊ ſtatuit eū in tybe
riade ⁊ ibi aſſignauit ei domum ⁊
dedit ei neceſſaria vite. Et quadā (et ebrietate)
die cū eēt herodes tetrarcha i ty (ola ma)
beriade, et epularef. fact⁹ hilarior (la ꝯtin)
ſolito qꝛ incaluerat mero cepit im (gunt.)
properare herodi agrippe q̄ epula
batur cū eo beneficia que contule
rat ei. ſcilicetq͂ liberauerat eum a
peſte famis. Et doluit inde agrip
pa vltra modū ⁊ diſpoſuit iterum
redire ad tyberiū: ſi forte inueni
ret animū ei⁹ immutatū. Et in re-
ditu ei⁹ inuenit eū petronius vel
tyberi⁹ ⁊ honorifice recept⁹ eſt ab
eo ⁊ venit cum eo romam. Et cum
haberet tyberi⁹ duos nepotes al

hiſtoria

terū de filio druſo .i. tyberium. al
terū de fratre germanico ſcꝫ gaiū
volebat ſibi ſubſtituere filium filij
quia magis diligebat eum.

¶ De cauſa inuidie tyberij et he
rodis agrippe. Cap. lx.

Herodes autē agrippa ma (Incidē
gis diligebat gaium ⁊ fami tia.)
liarius adherebat ei: vñ ſibi ſuſci
tauit indignationem tyberij latē
tem quā nondum ei indicabat: ſꝫ
latens odiū in corde reſeruabat.
¶ Quadā autem die cum ſederet
agrippa in curru ſuo cum gaio le
uatis manibus in celum dicebat.
Utinā viderē mortē importuni ſe
nis et te dominum totius orbis q̄
idone⁹ es imperare vniuerſo orbi.
Hoc audiuit q̄ſpiā ſcꝫ auriga ipi⁹
agrippe qui poſt aliquot dies cū
dāno rerū agrippe aufugiens ca
ptus eſt ⁊ vinculatus. Et dum tra
heretur ad carcerē: petijt duci ad
imperatorem: dicens quia in aure
loquereſ ei quod eſſet ad eius vti
litatem. Et pſentatus eſt impera-
tori: ⁊ dixit ei conſulto qꝛ ſic opta
uerat agrippa mortē eius ⁊ domi
num gaij. Tiberius autē non mul
tum curabat verba vinculatorū ⁊
detruſus eſt ille in carcerē. Et cū
ſepe iſtaret agrippa vt indicaref
et occideretur reſpondit tiberius.
Frater ſufficit tibi q͂ vinculatus
eſt. ⁊ ita differebat. oīa vt refert (Joſephus.)
ioſeph⁹ in oib⁹ negotijs ſuis mo
roſus erat. Unde cum ſtatueret ꝓ
curatores in prouincijs vix aut nū
q͂ mutabat eos. Et cū ſepius que
ſitū eſſet ab eo quare ſcꝫ non mu
taret procuratores reſpondit ſe i (Nota
hoc pcere plebecule. Scienteseni miſeria
procuratores: ſe ad modicū habe huius
re ꝓcurationē: emūgūt vſq͂ ad ſan mūdi.)
guinem. et tāto dominanf graui⁹
quāto breuius: ⁊ q̄ recentes ſuper
ueniunt diſſipāt quicq̄d inueniūt.
Quod oſtendit eis exemplo cuiuſ
dam vulnerati: qui cū iaceret i via
⁊ non amoueret multitudinē mu
ſcarum a vulnere ſuo: venienſq͂ alter
putauit: q͂ hoc omitteret ex imbe

Scolaſtica. h cilitate

ciuitate? abegit muſcaſq̄ operue-
rant oculꝰ. Ad quem ille. Male fe
ciſti mihi quia muſce quas amoui
ſti iā plene erāt ſanguine ⁊ parciꝰ
moleſtabant me que autē recētes
ſupuenīēt acriꝰ pūgēt me. Sic ꝑ-
curatores vł officiales recēter ſub
ſtituti acriꝰ deſeuiūt in ſubditos.

¶ In q̄ herodes offendit tiberiū.
Capitulum. lxi.

Incidē tia ſūt. Cum quadā die more ſolito
citaret agrippa tiberiū vt
traheret auriga eiꝰ de carcere. Re
ſpōdit tiberiꝰ: idipſm ei nō expedi
re cū in preſentia ipſius vellet eū
vinculatus accuſare. Et cū in nul
lo ſibi conſciꝰ eſſet agrippa teſta-
tus eſt ſe velle vt extraheretur et
accuſaret euz. Eductus ille de car
cere arguit eū de crimine leſe ma-
ieſtatis quia orauerat mortem im
peratoris. Tunc ait tiberius car-
cerario. Liga hunc. Intellexit car
cerarius hoc preceptuz eſſe de eo
qui eductus fuerat ⁊ ligatū retru
ſit in carcerem. Quadam autē die
cum deambularet tiberius in hip
podromo id eſt in circo equoruz:
⁊ teneret agrippam per manū vo
cato carcerario dixit ei. Liga hūc.
Et miratus eſt ille ⁊ vniuerſi ꝙ ꝓ
ciperet agrippam ligari: cum pur
puratꝰ incederet ⁊ quia erat de re
gio ſemine. Cuz autem duceretur
Fortuͤe rota h̄ eſt. agrippa ad carcerem: patiebatur
ſitim intollerabilem quia ſplendi
de comederat et forte occurrit ei
portitor aque ⁊ dedit ei bibere. Et
poſtq̄ refocillatus eſt ꝓmiſit ei ꝙ
in proximo remuneraret euz in re
gno gaij: ꝯfidēs ꝙ in ꝓximo gaiꝰ
eſſet regnaturus. et poſitus eſt in
carcerem. Et dum quadam die in
carcere manens ſtaret innixus ar
bori: cuiꝰ frōdibꝰ iſidebat bubo ac
ceſſit ad eūvnꝰ de cōcaptiuis: ⁊ lo
cutꝰ ē ei. Noli inq̄t eſtimare ꝙ adu
lando loquar tibi: cū ſis concapti
uus meꝰ. Uolo enim indicare tibi
quod indicauerunt mihi dij. Erat
Mira ʒ certe. autem peritus in augurijs. Cito
inquit liberaberis a carcere ⁊ intā
tum ſublimaberis vt etiam inui-
deant tibi omnes amici tui et noti
⁊ in hac proſperitate morieris: re
linquēs bona tua filijs tuis. Quā
cito autem huius generis alitem
videris amplius ſuper te ſcio q̄
quinta die morieris.

¶ Quomodo liberatus eſt hero-
des in morte tyberij. Cap. lxij. Incidē tia ſunt ⁊ nō de biblia.

Cum autem eſſet he
rodes i carcere: de-
ferebat ei honorem
dominꝰ carceris ſci
ens eum eſſe virum
nobilem et familia-
rem gaij et ſuſtinebat tanq̄ igno
rans multas commoditates ſibi
fieri in carcere ab amicis ſuis: et
fuit in carcere per ſex mēſes. Poſt Tiberiꝰ moritꝫ pmiſſo ſub-ſtituto gaio ſi lio in regnū.
ea cum eſſet tyberius apud cam-
pas cepit infirmari infirmitate
qua poſtea mortuus eſt. Et ſi in
chronicis alibi legatur mortuus.
nō eſt curandum vbi mortuus ſit.
Uidens autem ſe moriturum: con
uocatis nobilibus imperij ſui et
duobus nepotibus gaio ⁊ tiberio
ſtatuit vt in craſtino ſubſtitueret
ſibi ſucceſſorem. Sed prius voluit
conſulere mentem deorum ⁊ ora-
uit deos ſuos vt intimarent ei quē
nepotum ſuorum vellent ei ſubſti
tui in imperio. Et ſtatuit apud ſe
vt illum qui prius veniret ad eum
in craſtino conſtitueret imperato
rem vt ita quaſi per ſortē eligeret
⁊ tū ſignificauit tiberio vt prior ve
niret. Qui mane noluit venire niſi
pranſus. Et cuz mitteret tiberius
nuncios ad nepotes ſuos non in
uenerunt niſi gaium. Et venit ga-
ius prior ad tiberium. Quem vi-
dēs tiberius fleuit amare: dolens
quia alter non venerat quem vo-
lebat ſubſtituere: q̄ tenerius euz
diligebat: ſed diſſimulabat. Et lo
cutus eſt ad eum tiberius. Fili tu
ſuccedes mihi i imperio: quod po
tius debebatur tiberio: quaſi iure
hereditario tanq̄ filio filij. Sed
ego video te vtilem imperio: ⁊ ꝯno
ui mentes deorum. Caue ergo ne
moleſtes

moleſtes eum:ſʒ ſemper habeas
eum tanꝙ fratrem. Satage vt ne
gocia imperij ſapiēter diſponas
ꝛ exequias funeris mei imperiali
honore perficias. Et conuocatis
nobilibus:denuntiauit euʒ impe=
ratorem:ꝛ mortuus eſt. Et ſtatim
aliquantulū inſonuit fama in ci=
uitate romana de morte tiberij: ꝛ
venit quidaʒ hebreus amicus he
rodis agrippe ad carcerem: ꝛ he
braice dixit ei. Mortuus eſt leo.
¶ Et cepit agrippa mirabiliter
gratulari:adeo vt quereret ab eo
dn̄s carceris q̄ eēt cauſa tāte exul
tationis. Et cōfeſſus eſt:quia ille
ſignificauerat ei hebraice morteʒ
tiberij. Et ſtatim dn̄s carceris li=
berauit eū:ꝛ ſtatuit ſibi collatera
lem in mēſa. In craſtino inſonue=
rūt alij rumores:ſcilicet ꝙ tiberi⁹
conualuerat: ꝛ tertia die romam
vēturus erat. Tūc arguit eū dn̄s
carceris quia deceperat eū timēs
ne in caput eius redundaret ꝙ li
berauit eū:ꝛ mirabiliter verbera
uit eum:ꝛ retruſit eum in carcerē.
Poſtea increbruerunt certi rumo
res de morte tiberij ꝛ ſubſtitutio
ne gaij. Et venit gaius romam: ꝛ
ſepeliuit tiberium honorifice ꝛ ip
ſa die voluit liberare agrippā ſʒ
diſſuaſum eſt ei:ne videretur fa=
cta tiberij ſubito in irritum velle
reuocare. Poſtea per aliquotdies
liberauit eum ꝛ ſublimauit eum
et dedit ei duas tetrarchias.ſ.te=
trarchiā philippi qui erat tetrar=
cha ituree ꝛ traconitidis regiōis:
ꝛ tetrarchiā liſanie q̄ erat tetrar=
cha abiline:ꝛ impoſuit ei diade=
ma:ꝛ ſublimatum in regem remi
ſit in iudeam ꝛ inuiderunt ei oēs
propinq̄ ei⁹:ꝛetiā ſoror eius hero=
dias. q̄ miſerata fuit infelici/ mō
Sub lis mis ſui diā ſemper paſcitur. — inuidit felici:ꝓcipue qꝛ habebat
nomē regis:qꝛ vir ſuus erat ma=
ior nati filius magni herodis: et
nunꝙ meruit rex appellari:ſed te
trarcha. Perſuadebat itaꝙ viro
ſuo de die in diē vt iret romā:ꝛ ſa
tageret oībus modis vt ſibi cōpa
raret nomē regis. At ille malebat
eē in ocio:quia opulētus erat va=
de ſepe vxor exaſperata dicebat.
Pereāt opes tue:quia magis dili
gis opes ꝙ honores. Tandem vi
ctus inſtātia vxoris iuit ad gaiuʒ
cum magno apparatu:ꝛ ipſa cuʒ
eo:ꝛ inuenerunt gaium baiis. He=
rodes auteʒ agrippa qui preſens
erat ꝙ non pro bono ſuo iſſent:di
ſpoſuit ire poſt eos:ſed ꝓmiſit nū
tium quendā familiarem ſuum ꝛ
amiciſſimum gaio:per quem dire
xit epiſtolam gaio:in qua ꝯtineba
tur:quia herodes tetrarcha etiaʒ
viuente tiberio firmauerat amici
tiam cum rege parthorū:vt eſſet
rebellis romano imperio ꝛ in ar=
gumentum huius rei ſignificauit
ei:quia in ciuitatib⁹ ſuis habebat
arma que ſufficerēt ſeptuaginta
milibus armatorum.
¶ Qd̄ gaius mandauit ſtatuam
ſuam erigi in templo. Capi. lxiij.
Umꝙ veniſſet hero= Incidē
des tetrarcha ꝛ he= tia nō ē
rodias vxor ſua ad biblia.
gaiuʒ:ꝛ ſatis hono=
rifice accepiſſet eos
ſuperuenit nuntius
herodis agrippe:ꝛ porrexit epi=
ſtolā gaio ex ꝑte herodis agrip=
pe. Perlecta epiſtola:gaius quaſi
aliunde recipiens cepit inquirere
de ſtatu herodis tetrarche:et in=
ter cetera queſiuit ab eo vtrum in
ciuitatibus ſuis tanta copia eſſet
armorūʒ quantam ipſe audierat:
ꝛ nō negauit. Et tūc credēs gai⁹
verū eſſe quod ſignificauerat ei
herodes agrippa:relegauit eū in
exiliuʒ:vxori autem ſue quia erat
ſoror herodis agrippe quā maxi
me diligebat:dedit libertatem re
deūdi vt haberet terram ſuam.
Ipſa autem comitata eſt virū in
exilium dicens:quia non dimitte Uerus
ret eum in aduerſis:cui cōmuni= amicus
cauerat in proſperis:ꝛ deportati ſemper
ſunt in exiliū lugdunū:vbi poſtea diligit.
miſerabiliter mortui ſunt. Et de=
dit gaius gallileaʒ quā habuerat

herodes tetrarcha herodi agrip
De mo pe:⁊ ita habuit tres tetrachias.
ribus ¶ Fuit autẽ gaius in initio impe-
gaij. rij ſui p biennuū ſatis manſuetus
poſtea euanuit cor ei⁹ in elationẽ
⁊ in tantā prorupit veſaniā: vt ab
vniuerſis hominibus imperij ſui
vellet coli tanq̈ deus:⁊ dicebat ſe
fratrẽ eſſe iouis. Uñ etiā filiā vni
cā quā habuit ponebat inter ge-
nua iouis: vt ita quaſi xdis vtriq̈
videret: poſtq̈ egreſſa fuerat de
genib⁹ iouis. Miſit ergo imaginẽ
ſuā p vniuerſum imperium ſub vt
oẽs adorarent eum:⁊ ſic fecerunt
oẽs exceptis iudeis. Uñ cū in ale-
xandria ciuitate orta eſſet ſeditio
inter iudeos ⁊ gentiles:⁊ veniſſet
vtraq̈ pars añ gaiū vt diſcuteret
controuerſia: inter ceteras allega
tiones quas habuerunt gentiles
contra iudeos obiecerunt eis: q̈
deū ſuū quẽ cõmuniter oẽs genti
les receperant ipſi inhonorabant
q: imaginẽ gaij nolebãt adorare.
Et tūc primo ſciuit gai⁹: q: iudei
non adorabant imagnẽ ſuā. Si-
gnificauit aūt petronio preſidi ſy
rie: vt ſtatuā ſuā poneret in tẽplo
in hieruſalẽ vt faciliꝰ reciperent
eā in circūſtantib⁹ ciuitatib⁹. Qꝺ
ſi forte iudei reclamarẽt: collectis
romanis legionib⁹ ītraret iudeā
⁊ nemini parceret man⁹ ei⁹. Colle
Conſtā cto ergo exercitu ītrauit petroni⁹
tia iu- iudeā ⁊ venerūt ad eū iudei ꝺ hie
deoꝝ. ruſalẽ cū amicꝭ herodis agrippe
q̄ erãt ꝑcordiales gaio:⁊ ſupplica
uerūt ei: ne ad hoc eos artaret q:
prius permitterent ſe occidi:⁊ pa
rabãt iugulos:⁊ dicebãt: q: nūq̈
ampli⁹ colerẽt terrā: vt ſic inedia
affecti morerent. Et rñdit petro-
nius: nõ de cõſilio ſuo hoc proceſ
ſiſſe: ſꝫ nõ audebat reſiſtere mãda
to impatoris. Uidẽs tñ q: grauẽ
iacturā incurreret gaius ſi amit-
teret tributa toti⁹ iudee ꝓmiſit q:
opponeret ſe gaio pro eis: ⁊ miſit
epiſtolā ſuā gaio p viros honora
tos vt deſiſteret ab hoc mãdato.
Qui cū veniſſent ad gaiū nõ auſi

ſūt pñtare ſe cõſpectui ei⁹: ſꝫ acceſ
ſerūt ad herodẽ agrippam vt ſub
ueniret iudeis: quia vna de tetrar
chijs ſuis: ſcꝫ galilea ꝯ iudea erat.
¶ De morte gaij īpatoris. c. lxiiij.
Tunc herodes inuitauit gaiū Profe-
in craſtino vt comederet cū cutio
eo. Et cū in craſtino eſſet in cõui- hiſtorie
uio admiratus eſt delitias conui-
uij. Et cepit memorari gaius quā-
ta fuerat paſſus pro eo herodes:
ſcꝫ vincula tyberij:⁊ alia multa:⁊
precepit ei vt peteret q̈cq̈d vellet.
At ille rñdit ei ſufficere ſibi grām
ſuā. Et cū ille iſtaret vt aliq̈d pe-
teret petijt ne poneret ſtatuā ſuā
in tẽplo: in hieruſalẽ. Et irat⁹ eſt
gaius: tñ cõſiderauit animoſitatẽ
agrippe: q: noluerat petere opes
vel honores: acquieuit ei: et ſcri-
pſit petronio in hūc modū. Si nõ
dū poſita eſt ſtatua ī tẽplo nõ eſt Dolus
neceſſe vt ponat. Et ſic nõ eſt poſi gaij.
ta eius ſtatua in tẽplo. ¶ Poſtea
reſipiſcens gaius reſcripſit petro
nio in hunc modū. Quia cõtẽpſi-
ſti mandatū imperatoris: ⁊ poti⁹
dilexiſti munera iudeorū: elige ti-
bi genus mortis qꝺ vis vt diſcãt
oẽs nõ eſſe tutū obuiare mãdato
imperatoris. Sed deo ꝓcurante Mors
ita factū eſt vt pri⁹ audiret famã gaij.
mortis ei⁹ q̈ videret nūtios hui⁹
legatiõis. Cū em̄ eſſet rome ⁊ re
diret a ludis circẽſibus: cõſilio ſe
natorū interfect⁹ eſt a ducibus:⁊
orta eſt in ciuitate diſſentio inter
curiā ⁊ milites et pplm. Curia di
cebant ſenatores ⁊ viri cõſulares
id eſt: q̄ de genere ꝯſulū: vel digni
vt fierẽt ꝯſules. Q: ergo viderunt
ſenatores ſeuiciā īpatoris ⁊ in-
cõmoda q̄ ide cõtigerãt reipubli
ce: voluerūt penit⁹ extirpare im-
periū īpatoris ab vrbe ⁊ volue
rūt eā redigere ad antiquū ſtatū:
in quo erat añ iuliū ceſarẽ vt eẽt
regimen ciuitatis in arbitrio ꝯſu
lū ⁊ ſenatoꝝ. E cõtra milites ⁊ ppl's
timẽtes auaritiā ſenatoꝝ: ⁊ amã
tes donatiua imperatorū: conſti
tuerūt imperatorẽ claudiū auūcu

lum

lū gaū virum manſuetū ⁊ pium.

¶ De eodem. Cap. lxv.

Tunc venit herodes agrippa ad ſenatores duces ſecū de nobilioribus qui erāt in curia: ſimulās ſe fauere parti eorū: cū haberet eos exoſos propter mortem gaij. Cōſuluit ergo eis vt ſignificarent claudio ne moueret ſciſma in ciuitate: ſꝫ deſiſteret ab hoc incepto. Et ſenatores rogauerūt herodē vt pgeret cū eis ad claudiū. Et pfeſſus eſt ſe libēter fungi hac legatiōe. Et miſſus eſt ad claudiū cū alijs. Et eis audiētib⁹ dixit ei qđ dixerat corā ſenatorib⁹: ꝙ vellet claudi⁹ deſiſtere ab īcepto. In aure aūt dixit claudio vt nō deſiſteret ab incepto: qꝛ ipſe ſatageret vt maior pars nobiliū faueret pti eius: ⁊ renūtiauit ſenatorib⁹ ꝙ nollet claudi⁹ deſiſtere ab incepto: et cepit eis pſuadere ne cōtra irēt: qꝛ nō poſſent īpedire. Et allexit quoſdā: ⁊ tandē oēs ⁊ ita ſine contradictione fact⁹ eſt claudi⁹ imperator. Et ad pſuaſionē herodis agrippe oēs occiſi ſunt q̄ cōſenſerāt ī mortem gaij. Et petijt ab eo herodes agrippa: vt decretū gaij de ſtatua ſua adorāda reuocaret ī irritū. qꝛ impiū erat. Et adquieuit ei ⁊ pcepit ei vt ep̄le reuocatiōis p ſingulas ciuitates iudee ponerent ī loco eminēti vt viderent ab oibus.

Nota dolum herodꝫ agrippe ſed bonuz.

¶ Quō occiſo iacobo voluit apphendere petrum. Cap. lxvi.

Poſtea voluit herodes accipere licentiā a claudio ⁊ redire ad ppria: ⁊ tunc claudi⁹ dedit ei quartā tetrarchiam: ſcilicet iudeā: et ita ſublimatus rediit ad propria. Et venit primo in iudeā ⁊ honorifice ſuſcept⁹ eſt a iudeis qꝛ in multis iuuerat eos. Et cū ppe eſſent dies azymorum venit in hieruſalē añ diē feſtū vt purificaret ⁊ mundus intereſſet diei feſto. Et añ dies azymoꝝ occidit iacobū fratrē ioānis poſtea in diebus azymoꝝ vidēsqꝫ placeret iudeis appoſuit vt appꝛehenderet ⁊ petrum.

A Act. 12

¶ De iacobo aūt refert clemēs alexandrin⁹: qꝛ cū detruſus eſſet in carcerē: nocte cōuertit ad fidē cuſtodē ſuū: ⁊ in craſtino confeſſus eſt ſe eſſe chriſtianū. Et cuꝫ ambo traherent ad martyriū dixit iacobo. Pater da mihi remiſſionem. At ille parū deliberans ait. Pax tibi. Et oſculatus eſt eum: et ſimul ambo capite truncati ſunt. Petrū aūt apphēſum miſit herodes in carcerē: qꝛ ī dieb⁹ azymorū nō licebat aliquē occidere ⁊ preter cuſtodes carceris tradidit cuꝫ cuſtodiendū quatuor quaternionib⁹ militū volēs poſt paſcha pducere eū populo: vt ipſe popul⁹ occideret eū: nō ipſe herodes vt iacobū: qꝛ magis videbat eis glioſum ſi ipſi occiderēt eū: quia erat princeps apoſtolorum.

Nota Jacobo more.

¶ Quō liberatus eſt petr⁹ de manu herodis. Cap. lxvij.

A Act. xij

Cum aūt in craſtino pducturus eū eēt herodes populo ipſa nocte erat petrus dormiēs inter duos milites vinct⁹ catenis duab⁹ q̄ adhuc rome eē dicūtur ⁊ cuſtodes iacētes añ oſtiū cuſtodiebant carcerē. Et ecce angel⁹ dñi aſtitit: ⁊ lumen refulgit in habitaculo carceris: ⁊ miraculoſe factū eſt vt ſolus petrus videret lumē: percuſſoqꝫ latere petri excitauit eū dicens. Surge velociter. Et ſtatim ceciderunt catene due de manib⁹ ei⁹: q̄ adhuc rome eſſe phibent. Et dixit angelus ad eū. Precingere ⁊ calcia te caligis tuis. Depoſuerat eñ cingulū pꝑter moleſtiam carceris vt tunica circa pedes demiſſa temperaret frig⁹ noctis. In quo datū eſt exēplū ſcti⁹ viris: q ī anguſtijs lꝫ aliqđ relaxare de rigore ordis. ¶ Legim⁹ eñ apoſtolos ⁊ pphetas duris cingulis vſos pꝑter afflictionē carnis et petrū ad tps depoſuiſſe cingulū p moleſtiis carceris. Et fecit petrus iuxta mādatū angeli: ⁊ addidit angel⁹. Circūda tibi veſtimētū tuum et ſequere me. Et exiens ſe-

quedaſ eum: ⁊ neſciebat: qꝛ verū eſt qḋ fiebat per angelū. id eſt nō putabat hoc in rei veritate fieri: ſꝫ imaginaria viſione oſtendi. Unde ſequiť. Exiſtimabat viſum videre ⁊ hoc ſibi oſtenſum imaginaria viſione. Trāſeuntes aūt primā cuſtodiā id eſt cuſtodes carceris cuſtodie deputatos ⁊ ſecundā. id eſt duos quaterniones. Uel primā cuſtodiā id eſt primū quaternionem cū ſuis: venerunt ad portā ferreā q̄ ducit ad ciuitatē: q̄ putať fuiſſe in atrio carceris. Carcer eñ habebat atriū: ⁊ erat in exteriori parte ciuitatis ſiue extra ciuitatē: ⁊ vltro apta eſt eis. Et exeūtes ꝓceſſerūt in vicū vnum ⁊ cōtinuo diſceſſit angelus ab eo vt ſciret ſe in rei veritate de carcere eductū: q̄ putabat ſibi hoc imaginarie oſtenſum. Et tūc ad ſe reuerſus: id eſt ad mētē ſuā: qꝛ fuerat in maximo ſtupore: dixit. Nunc ſcio vere qꝛ miſit dñs angelū ſuū ⁊ eripuit me de manu herodis et de omni expectatione plebis iudeorum. Et conſiderans vbi eſſet venit ad domū marie matris ioannis qui cognominabatur marcus non euangeliſta: vbi erāt multi congregati cauſa orationis vt orarēt pro petro. Et cum pulſaret petrus ad ianuam: egreſſa eſt puella ad vidēdum nomine rode. Et vt cognouit vocem petri pre gaudio non aperuit ianuā: ſed recurrens nunciauit petrū ſtare ad ianuā. Et dixerunt illam inſanire ſcientes petrum incarceratū eſſe. Illa autem affirmabat rem ſe ſic habere. Alij autem ex eis dicebāt angelus petri eſt. Super quem locum dicit hieronymus. Tantā dignitatem eſſe animarum: vt vnaqueq; ab ortu natiuitatis ſue habeat angelū ſibi in cuſtodiam deputatum. Petrus autem perſeuerāter pulſabat. Et cū aperuiſſent viderūt eū ⁊ obſtupuerūt. Et innuit eis manu vt tacerēt vt ſub ſilētio miraculū viderēt vel audirēt. Uel forte ſcꝫ: ne clamore gaudētiū aduētus eiꝰ in ciuitatē ꝑpalareť. Et narrauit quō eduxit eū dñs de carcere: ⁊ ait. Nunciate hoc iacobo et fratribꝰ: ſcꝫ iacobo alphei epiſcopo hieroſolymoꝝ: qꝛ alter iā fuerat decollatꝰ ab herode. Et egreſſus eadē illa nocte abijt in aliū locum timore herodis ⁊ iudeorum.

¶ De morte herodis. Cap. lxviij.

Craſtina autem die poſt eductionē petri de carcere erat non parua perturbatio inter milites ⁊ cuſtodes quidnā eſſet factū de petro. C Act. 12
Ubi apparet: qꝛ clauſum reliquerat carcerē alioquin nō eēt ambiguū eū euaſiſſe. Herodes autē cū requiſiſſet eū ⁊ nō inueniſſet: diligenter inquirens de cuſtodibus vtrū noſſent quidnā factū eſſet de eo iuſſit eos adduci ad ſe vt vindicaret in eos. nō tñ vindicauit dño ꝓcurante: vt ſolutio petri nulli noceret. Imminente eñ negotio: herodes deſcēdit a iudea in ceſareā paleſtine propinquā tyro et ſidoni: vt noceret tyrijs ⁊ ſidonijs qbꝰ iratus erat. Quod audiētes tyrij ⁊ ſydonij: venerūt ad blaſtū q̄ erat cubicularius herodis ⁊ cuſtos theſauroꝝ eiꝰ: qꝛ erat amicꝰ eoꝝ ⁊ patronus. ⁊ eo interprete recōciliati ſunt herodi. Non enim poterant ſuſtinere inimicitias regis tam vicini. Sequēti autem die herodes veſtitus veſte regali ſedebat pro tribunali apud eos: ⁊ cōcionabatur ad eos blandiens eis. Populus autem acclamabat dei voces ⁊ non hominis: id eſt exhibebant ei laudes deo debitas et non homini. Et dum adulatorijs fauoribus demulcereť: ⁊ oblatos ſibi diuinos honores non reſpueret: reſpiciens ſupra ſe vidit imminentem ⁊ inſiſtentem capiti ſuo in funiculo angelum. i. bubonem mortem eius prime nuncium: et tunc vt tradit ioſephus inclinauit ſe ad eos qui ſibi applaudebāt: ⁊ dixit eis. En ego deus veſter morior. Sciebat enim iuxta quod dixerat ei augur: cū trahereť ad carcerem

Herodes. Agrippa moritur.

ſe inſtra

ſe infra q̄nq; dies poſt viſionē bu
D don's mortuū. Et cōfeſtī vt ha
Act. 12 betur in hiſtoria pcuſſit eū angelus
dñi.i.facta eſt ſup eū vindicta dei
qꝛ per quinq; dies ventris dolore
cruciatus eſt ⁊ corrodebāt vermes
viſcera eius: et ita paulatim con
ſumptus a vermibus expirauit.
¶ De agripha. Capi.lxix.
Reliquit aūt filiū q̄ dictus eſt
Iudicēs agrippa nō cognoiat' hero
des: q̄ adhuc rome erat: nec hūit
totū regnū pr̄is ſꝫ partē. habuit
aūt terrā duarū tribuū ⁊ dimidie
vltra iordanē. Un̄ legit' qꝛ fideles
in iudea iminēte euerſione hie
ruſalē: ad admonitionē angeli ſe
ceſſerunt in regnū agrippe iſtius
ſcilicet filij herodis agrippe.
¶ Reditus hiſtorie ad ordinem
ſuum. Capitulum.lxx.
D Et tunc redit hiſtoria ad or
Ā.11. dinē ſuū: ⁊ ɔtinuat' ei qđ ſu
pra dictū eſt: collectā factā a fide
lib' antiochie miſſam panp[er]ib' in
hierl'ꝫ p barnabā ⁊ ſaulū qđ eīn in
terſertū eſt de herode: de morte ia
cobi: de incarceratiōe ⁊ liberatiōe
petri quaſi incidēs fuit. Proſequi
D tur ergo de reditu barnabe ⁊ ſauli
Act.12. a hieroſolymis hiſtoria i hūc mo
dū. Uerbū dñi creſcebat et multi
plicabat'. Barnabas aūt ⁊ ſaulus
reuerſi ſunt ab hieroſolymis aſ
ſumpto ſecū ioāne q̄ cognoiabat'
marcus poſt expletū miniſterium.
A ¶ Erāt aūt in eccl'ia q̄ erat antio
Act.13. chie pter eos q̄ venerāt ab hiero
ſolymis pphete ⁊ doctores: inter
quos erat ſimon qui vocabat' ni
ger: ⁊ luci' cirenēſis: ⁊ manahen q̄
erat herodis tetrarche collecta
neus.i.eodē cū illo lacte nutrit'.
Et pñt ijdē accipi pphete docto
res. Uel pōt ita diſtīgui. Prophe
te de futuris: ⁊ doctores de prete
ritis. Et vide qꝛ iſte ſimon dict' eſt
de colore niger ſi ſit latinum voca
bulū: vel ſi eſt hebreū dict' eſt ni
ger quaſi aſcēdēs de vtute ad vir
tutē. Niger eſt hebreū: ⁊ interp̄ta
tur aſcendēs. Miniſtrantib' autē

illis dño et ieiunantibus: dixit eis
ſpūſſanctus. Segregate mihi bar
nabā ⁊ paulū in op' ad qđ aſſūm
pſi eos. Qui audito ɔſilio ſpūſſan
cti remiſerunt ſaulū ⁊ barnabā in
hieruſalē ad petrū ⁊ iacobū ⁊ ioā
nē q̄ erāt ibi. Qui gauiſi ſunt au
dito mādato dñi vel ſpūſſancti: et
ieiunātes ⁊ orantes impoſuerunt
eis manus in modū ordināDorū.
Utrū aūt pter impoſitionē manuū
aliā ordinis ſolēnitatē circa eos
celebrauerunt incertū eſt. Nec de
ordinatiōe apoſtolorū aliq̄d legit'
vel q' dñs eis impoſuerit manus.
De petro tñ certū habet' q' antio
chie miſſam celebrauerit. Sed po
tuit apl's p ordinatione ſufficere
qđ dictum eſt eis a dño. hoc facite
in meā cōmemorationē. Et lꝫ non
interfuerit barnabas ⁊ paulus: tñ
qꝛ poſtea electi ſunt ad apoſtola
tū cōſilio ſpūſſancti: forſan in hoc
cū alijs fuerūt pˀuilegiati: nec alis
ſolēnitas ordinatiōis circa eos ce
lebrata eſt. Multi in primitiua ec
cleſia ſine hac ſolēnitate ordina
tionis ad ſacerdotiū pmoti ſunt:
⁊ multi laici ſine diacōio ⁊ pcedē
tibus ordinibus ſacerdotes facti
ſunt. Et impōnētes eis manus di
miſerunt eos. Et ipſi quidē miſſi a
ſpūſancto eodē duce itineris q̄ ſe
parauerat eos a ceteris: abierunt
ſeleuciā: ⁊ inde nauigauerunt cy
prū. Et cū veniſſent ſalaminā p̄di
cabant vbū dei in ſynagogis iu
deorū pter reuerentiā ſine duris
ciam eorū: ⁊ habebant ſecū in mi
niſterio p̄dicationis ioannem qui
cognominabatur marcus.
¶ Quod paulus ⁊ barnabas cō
uerterūt Sergium proconſulem.
Capitulum.lxxi.
Et cū pambulaſſent vniuer A
ſam inſulā cyprum ſcilicet Act.13.
vſq; paphū inuenerūt quē
dam virum magum pſeudopro
phetam iudeū: cui nomē erat ba
rieu: q̄ erat cum ſergio paulo viro
prudēte q̄ erat hō magne digni
tis. Erat enim proconſul: ad eſt ſe
ly iiij cundus

eund' a cõſule. Hic accerſitis bar=
naba ⁊ paulo deſiderabat audire
ṽbuȝ dei: tñ reſiſtebat eis elimas
mag'. Et vide qȝ alteꝝ eſt īterp̄ta
tio alteri'. Elimas em̄ interp̄tatur
magus ⁊ ſic nomē cõe maleficoꝝ
appropriatū eſt iſti. Saul' autē q̄
⁊ paulus replet' ſpūſancto intuēs
eū dixit. O plene oī dolo ⁊ oī fal
lacia. fili diaboli: inimice oīs iuſti=
Nota. cie: nō deſinis ſubuertere vias dñi
rectas. ¶ Nota ꝙ dem̄ eſt ſaulus
q̄ ⁊ paulus. Tradūt em̄ ſancti ꝗ a
ſergio paulo ad fidē ꝯuerſo: dict'
eſt paulus. Uñ hic p̄mo fit mentio
Origenes. de noīe paulus ſolus origenes di
cit qȝ ſemꝑ fuerit binominus dict'
ſcȝ ſaulus ⁊ paulus. Uel in apoſto
latus acceptiōe primo ſortitus eſt
hoc nomē: vt q̄ primo a ſaule pſe=
cutore dicebat ſaulus de ſupbo fa
ctus humilis p̄ ſaulo dict' eſt pau
lus: quaſi modicus ⁊ humilis. Uñ
quaſi nomē ſuū interp̄tando. dicit
ſe minimū apoſtoloꝝ. Uidet autē
xiiij. anno a paſſiōe dñi pmot' ad
apoſtolatū cū barnaba: ⁊ ſortitus
pauli vocabulū. et. xiiij. pfect' eſt
ad magiſteriū gentium. Cui ſatis
eccleſiaſtica hiſtoria concordat: vbi
legitur preceptū apoſtolis eſſe: vt
poſt paſſionē p̄ duodecim annos
p̄dicarent in iudea. Tertio aūt de
cimo anno ceperūt paulatiȝ tranſi
re ad gētes: nōduȝ tñ ex toto poſt
eā oīno exierunt de ſinib' iudee: ⁊
nūc inquit: Ecce man' dñi ſup te. i.
vindicta dei exercebit in te. Eris
em̄ cecus lumine capitis: ſicut ce=
cus es lumine mētis: nō videns ad
tp̄s ſolē materialē: qȝ nō vides ſo
lē iuſtitie p̄ fidē. Et cōfeſtiȝ cecidit
in eū caligo ⁊ tenebre: ⁊ circuiens.
id eſt in modū ceci in circuitu ſe ver=
tens q̄rebat q̄ manū ei daret vt du
ceret eum. Et ſtatim pconſul viſo
miraculo credidit admirans ſu=
per doctrina domini.

¶ De diſceſſu Joannis ab eis.
Capitulum. lxxij.

B. C. Act. 13. Cum a aūt papho nauigaſſet
paulus ⁊ barnabas cū eo ve
nerunt pgen ciuitatē pamphilie: ⁊
tūc ioānes diſcedēs ab eis reuer=
ſus eſt hyeroſolymā vñ venerat cū
eis. Et forte reprehenſibilis fuit cā
quare diſceſſit ab eis: ⁊ hec fuit cā
diſſidij inter paulū et barnabā de
qua habebis inferi'. Paulus vero ⁊
barnabas venerūt antiochiā piſi=
die. qd additū eſt ad differētiā al=
teri' antiochie: q̄ ſȝ antyochia ſy=
rie: que olim dicebat reblata: quā
nos adhuc vocam' antiochiā. Et
ingreſſi ſynagogā die ſabbati ſe=
derūt quaſi audituri legē nō p̄di=
caturi: poſt lectionē aūt leg's ⁊ p
phetaꝝ dixerunt ad eos pncipes
ſynagoge. Uiri fratres: ſi q̄s eſt in
vobis ſermo exhortatiōis dicite.

¶ De predicatione pauli ⁊ barna
ben in ſynagoga. Capi. lxxiij.

Surgēs aūt paul' ⁊ manu ſi
lētiū īdicēs aggreſſus eſt fa C Act. 13.
cere grādē ſermonē ī hoās
ab altiori. Uiri indt iſraelite ⁊ qui
timetis deum de gētibus audite.
Deus plebis iſrl' patres noſtros
elegit ⁊ exaltauit plebē cuȝ eſſent
incole in egypto ſeruiētes in luto
⁊ latere de qua eduxit eos in ma=
nu forti. Et quadragita annis ſu=
ſtinuit mores eoꝝ in deſerto: poſt
ea introducēs eos in terrā pmiſ=
ſam deſtruēs ſeptē gētes que ha=
bitabant in terra: ſorte diſtribuit
eis terrā quaſi poſt quadringen=
tos ⁊ quīquaginta annos. Et intelli=
gendū eſt a natiuitate yſaac vſqȝ
ad exitū iſrael de egypto fluxerūt
anni quadringēti quīqȝ. Poſtea cō
pletis. xl. annis in deſerto vſqȝ in
terrā chanaan diuiſa eſt terra. A
natiuitate ergo yſaac vſqȝ ad diui=
ſionem terre fluxerūt quadringē=
ti. l. anni. Et poſt quadringētos. l.
annos dedit dñs iudices populo
ſuo: ⁊ extunc fuit populus dei ſub
iudicib' vſqȝ ad tp̄s ſamuelis: ⁊ ex
inde poſtulauerūt regem: ⁊ dedit
eis ſaul/ q̄ regnauit ſup eos. xl. an
nis cōputatis ſimul annis ſamue
lis. Sic em̄ habet in chronicis he B
breoꝝ. Et eo ſublato de medio ſu 1. Re. 8

ſcitauit

ſcitauit eis dauid regem:cui teſti-
monium phibens ait. Inueni virum
ſm cor meū:ex cuius ſemine ſuſci-
tauit deus ieſum ſaluatorē iſrael
cuius aduentus fuit p̄o ioānes.

¶ Adhuc de eodē. Capitu.lxxiiij.

D Act.13. Uiri inquit frēs filij generis
abrahā:ꝛ q̄ inter vos de gēti
bus ſunt timētes deū:vobis ſpāli
ter verbū ſalutis hui⁹ miſſuz eſt.
Qui eni habitāt in hierlm ꝛ prin-
cipes eius hūc ignorātes eſſe Ie-
ſum:ignorātes etiā voces pphetā
ruz q̄ p omne ſabbatū legunt ad-
iudicantes eū morti: eas implene
rūt neſciētes. Deus vero ſuſcitauit
eū tertia die a mortuis:ꝛ viſus eſt
per.xl.dies his qui ſimul aſcende
runt cū eo de galilea in hierlm:q̄
vſq₃ nūc ſunt teſtes ei⁹ ad plebē.
Et nos vobis annūtiam⁹ eā que
ad patres noſtros repromiſſio fa-
cta:qm̄ hanc deus adimpleuit fi-
lijs veſtris reſuſcitās ieſuz. Notū
igit̄ ſit vobis viri fratres:q2 p hūc
vobis remiſſio peccatoꝝ annūn-
ciat̄:ab oībus.ſ.peccatis a quibus
nō potuiſtis in lege moyſi iuſtifi-
cari. Qui credit in hunc iuſtificat̄.
Uidete ne ſitis cōtemptores neve
niat ſup vos vindicta dei. que cō-
B minatur cōtemptorib⁹ in hūc mo-
abac.1 dū. Uidete ꝯtemptores ꝛ admira-
mini ꝛ diſpdimini.i. videntes ad-
mirabimini et diſpdimini: q2 op⁹
operor in dieb⁹ veſtris:qđ non cre
ditis.i.q2 nō creditis operi quod
operabor in diebus veſtris. id eſt
incarnationi.

¶ Quare tranſierunt ad gentes.
Capitulum.lxxv.

F Act.13. Exeuntib⁹ aūt illis rogabāt.
vt ſequēti ſabbato loquerē
adhuc in ſynagoga. Et cū egrede
rent̄ de ſynagoga multi iudeoꝝ:ꝛ
aduenaꝝ.i.gētiliū vel iudeoꝝ diſ
perſiōe venientiū ſecuti ſunt paulū
ꝛ barnabā: Sequenti vero ſabbato
pene vniuerſa ciuitas ꝯuenit/vt au
diret verbū dei. Cū videntes iudei re
pleti ſunt zelo inuidie:quo cōmo-
ti ceperunt ꝯdicere his q̄ dicebā
tur a paulo blaſphemātes. Blaſ-
phemus eni eſt q̄ ex inuidia oblo-
quit̄ veritati. Tūc repleti zelo dei
paulus ꝛ barnabas conſtanter di
xerūt vobis oportebat primū lo-
qui verbū dei iuxta verbū dn̄i: di-
cens. Nō ſum miſſus niſi ad oues
que perierūt domus iſrael. Sʒ q2
repellitis illud ꝛ indignos vos fa
citis:ecce conuertimur ad gentes. Nota.
¶ Et nota. cū hoc legat̄ hic dictū
a paulo ꝛ barnaba in antiochia p
ſidie que nō in iudea:eſt ſʒ in gre-
cia:in pleriſq₃ locis legit̄ dictū ab
apoſtolis i iudea.ſ.cū vellēt trāſ-
ire ad gentes poſtq₃ p.xij. annos
p̄dicatū eſt in iudea. Ecce non mo
ueat te:quia potuit vtrobiq₃ dici.
Sic eni p̄cepit nobis deus: poſui
te in lucē gentiū vt ſis eis in ſalu- B
tē vſq₃ ad extremū terre. Et ſunt i Eſa.49
Eſaia verba patris ad filiū. Ac ſi di
ceret pater filio. Miſi te vt poſt te-
nebras infidelitatis vſq₃ ad termi
nos terre gentib⁹ diſſeminares lu
cem veritatis. Secūdū ſpūaliter di-
ctū ſit chriſto:nō eſt ꝯtrariū q2 hic le-
git̄ dictuz paulo:q2 tanta eſt vnio
capitis ꝛ membroꝝ vt qđ dictum
eſt capiti membra dictū reputent
ſibi ſicut caput: xp̄s perſecutiones
membroꝝ reputat inflictas ſibi di-
cens. Saule ſaule quid me perſe-
queris.i.in membris meis.

¶ De recepta predicatione a gen
tibus. Capitulum.lxxvi.

Audientes autē gentes men B
tionē de ſalute ſua gauiſe Act.13.
ſūt ꝛ glificabāt deū. Et crediderūt
ex eis multi. Iudei tn̄ zelo et liuo-
re inuidie ſucceſſi ꝯcitabāt mulie-
res religioſas ꝛ primarios ciuita
tis:ꝛ excitabāt pſecutionē in pau-
lū ꝛ barnabā:ꝛ eiecerūt eos de fi-
nibus ſuis. At illi excuſſo pulue- C
re pedū:iuxta qđ preceperat dn̄s in mat.10
teſtimoniū illis: venerūt iconium B
¶ Et ingreſſi ciuitatē locuti ſunt mar.6.
i ſynagoga:ꝛ credidit coꝝ oīs mul A
titudo iudeoꝝ ꝛ grecoꝝ. Et demo Luc.9.
rati ſunt ibi multo tp̄e fiducialis- A
ter p̄dicātes:dn̄o p̄dicationē eoꝝ Act.14

miraculis ꝯfirmāte. Nonnulli tñ
de iudeis in incredulitate ꝑtina=
ces ſuſcitauerūt ⁊ ad iracundiā cō
citauerunt aīos gentiū aduerſus
credētes. Et diuiſa eſt ciuitas: qui=
buſdā fauentib⁹ iudeis aliis fauē
tibus aplis. Et cū fact⁹ eſſet impe=
tus gentiliū ⁊ iudeoꝝ cū principi
bus ſuis vt cōtumeliis afficerent
aplos: ⁊ lapidarēt. i. lapidib⁹ fuga
rent eos: cōfugerūt ad ciuitatem
licaonie. ſ. liſtrā ⁊ derbē. Et cū hic
dictū ſit venerūt liſtrā: iuxta cōſe=
quentiā ſermōis: l ſequēti vbi dr.
Erat quidā infirmus liſtris: poti⁹
dicendū fuit liſtre. Sed pōt nomē
ciuitatis multiplicē hr̄e declina=
tionem: vt dicat liſtra liſtre: vel li=
ſtre liſtraꝝ: vel liſtris indeclinabi=
Clau= le. Uñ ſequit. Et erat quidā vir li=
d⁹ ſana ſtris: qd̄ greco cōſonat vbi habet=
tur per paulus ⁊ barnabas morabant in
paulū. liſtris. Erat aūt vir iſte infirm⁹ pe
dibus: claudus ex vtero matris
ſue ⁊ ſedebat: quia nec ambulare
nec ſtare poterat: nec vnq̄ ambu=
lauerat: hic audiuit paulum loquē
tem. Quem intuitus paulus ⁊ vi=
dens ſpūſancto reuelāte: qz habe
ret fidē vt ſaluus fieret. i. tantā q̄
ad ſalutē ſufficeret. Uel videns qz
ſe ſaluādū crederet: dicit magna
voce. In nōie dñi nr̄i ieſu xp̄i ſur=
ge: ⁊ ſta ſup pedes tuos rect⁹. Et
ſtatim exiliit et ambulabat. Tur=
be aūt cū viderēt qd̄ fecerat pau=
lus: putabāt ipm ⁊ ſociū barnabā
deos eſſe: ⁊ in forma humana eis
apparuiſſe: ⁊ leuauerūt vocē dicē
tes. Dii ſilēs facti hoīb⁹ deſcende
Paul⁹ rūt ad nos: ⁊ vocabāt barnabā io
& Bar= uē qz ꝑpoꝛ eē videbat: paulū vo mer
nabas curiū q̄ ſemꝑ iuxta eoꝝ opinionē
eſtimā iouē comitabat: q̄ eloquēs ⁊ litera
tur dij. tus fuiſſe tradit: ⁊ facundiā hoīb⁹
ꝓſtare videbat. Uñ mercuri⁹ quaſi
medius currēs inter aures ⁊ lin=
guas a latinis dr: a grecis vo her
mes. i. interꝑs dicit. Sacerdos qz
iouis qui erat in ciuitate voluit ſa
crificare barnabe ⁊ ioui: afferens
tauros ad immolādū ⁊ coronas.
Uel ad ornandū facīē tēpli iuxta
ritū gentiliū: vel vt capitib⁹ eoꝝ
ſponerēt ad ornatū: aut ꝑ aliqua
alia cā vel religiōe nobis ignota.
Ut aūt audierūt paulus ⁊ barna=
bas. q̄ diuinos honores vellēt eis
exhibere: ſciderūt veſtimenta ſua
qd̄ ſemper faciebant iudei audita
blaſphemia in deū: ⁊ ꝓhibuerunt
ſibi talia exhiberi: dicentes ſe eſſe
hoīes mortales: q̄ poti⁹ venerāt vt
eos reuocarent ab idolatria: ⁊ vix
ſedauerunt turbas ne ſibi immo=
larent.

¶ De ꝑſecutione quā paſſi ſunt
Capitulum .lxxvij.

Demorantibus aūt eis ⁊ do D
centibus in liſtra ſuꝑuene= Act.14
rant ab iconio ⁊ antiochia iudei ⁊
ꝯcitatis turbis in ꝑſecutionē pau
li lapidabāt eū ⁊ eiecerūt eū quaſi
vile cadauer. Eſtimantes eū eſſe
mortuū. De qua lapidatiōe ad co
rinthios loquēs ait. Semel lapi= F
dat⁹ ſum: poſtea diſcipuli ei⁹ circū 2.cor.
dederūt illū aſſiſtētes ei: ⁊ reſpira 11.
uit: ⁊ neſciētib⁹ iudeis reportaue=
runt eū in ciuitatē ⁊ conualuit. Et
poſtera die ꝓfect⁹ eſt cū barnaba i
derbē: ⁊ ꝑdicauit ibi ſicut fecerat
in liſtra. Poſtremo redierūt ꝑ eaſ=
dē ciuitates ꝑ quas illo venerant
cōfirmātes frēs in fide: ⁊ cōſtituē
tes in magnis ciuitatibus ꝑſbite=
ros. i. epōs: qz eo tpe eodē nomie
cēſebant epi ⁊ pſbyteri. Et ꝑinde
ꝯſtituebāt ꝑ ſe epos: qz erant mi
graturi ⁊ incerti vtꝝ ad eos eſſent
ampli⁹ reuerſuri. Et cū redeuntes
trāſirēt liſtrā ⁊ iconiū venerūt ad
antiochiā piſidie. Et trāſeuntes
piſidiā venerunt in pamphiliā
regionē in qua eſt ciuitas pergen
in qua locuti ſunt verbū dei deſcē
derūt in italiā ciuitatē: ⁊ inde na=
uigauerunt antiochiā vnde prius
exierāt: ſegregati a ſpūſancto ad
predicationem euangelii.

¶ De queſtione circūciſionis de=
terminata. Capitulum .lxxviij.

Cumq̄ veniſſent antiochiā ⁊
cōgregaſſent fideles antio=
chie

chie non reuelauerunt eis quan-
ta fecerat deus per eos in gẽtib⁹
A ⁊ morati ſunt ibi non modico tem
Actu. pore cum diſcipulis. Et dū ibi mo
20. ram facerent deſcenderunt quidã
de iudea chriſtiani adhuc tamẽ iu
dazantes:⁊ fuerūt de ſecta phari
ſeorū. Facta eſt ergo non minima
ſeditio inter eos ⁊ paulū et barna
bam:qr p̄dicabant fidẽ abſq̃ lega
libus ad ſalutẽ nõ ſufficere. Et cõ-
ſentiebant eis multi veteri cõſue-
tudine imbuti. Et ſtatuerūt vt pro
hac lite dirimẽda aſcẽderent i hie
ruſalem ad maiores aplos. ſcz ad
B petrum ⁊ iacobum epm hieroſoly
Gala. 5 morum. Et aſcẽdit paulus cū bar
naba aſſumpto ⁊ tito: ſicut ipſe re
fert in epla ad galathas. Et q̃ de
ſcẽderant de iudea: aſcẽderunt cõ
tra eos quidam. ſ. de hereſi phari
ſeorum ad fidẽ cõuerſi. Qui cũ ve-
niſſent heroſolimã ⁊ eſſent i pre-
ſentia apoſtolorum petri ⁊ iacobi et
ſeniorum: ſurrexerūt cõtra paulū
⁊ barnabam dicẽtes. Oportet cir-
cũcidi fideles:⁊ ſeruare lege moy
ſi. Et audita vtriuſq̃ partis ſentẽ-
tiã cõuenerunt apli ⁊ ſeniores vt
diiudicarẽt ſuper hoc:⁊ poſt mul-
tam diſceptationẽ ⁊ inquiſitionem
factã iter aplos ⁊ ſeniores ſurgẽs
petrus rationabiliter oſtẽdit non
eſſe imponendū fidelib⁹ iugum le
gis: qr ipſe cõſilio dei baptizaue-
rat cornelium:⁊ gẽtibus predica-
uerat verbū euãgelij. ⁊ deus pre-
dicationem eius cõfirmauerat fide
mũdans corda eorum. ⁊ añteq̃ bapti
zarent viſibiliter mittens ſup eos
ſpm ſanctū: nec inducẽs eis obſer-
uãtiã legaliū. Quid igitur inquit
nũc tentatis imponere iugum ſup
ceruices diſcipulorū qđ neq̃ nos
neq̃ patres noſtri portare potui-
mus. Et ſtatim ceperūt paulus et
barnabas narrare q̃ta ſigna ⁊ p-
digia deus fecerat in gentibus p
eos:⁊ tacebat multitudo audiens
eos.

¶ De ſermone iacobi fratris dñi.
Capitulum. lxxix.

Et facto ſilentio locutus eſt D
iacob⁹ adherẽs v̄bo petri. Act. 15.
Uiri inqt fratres audite me. Si-
mon narrauit quẽadmodū deus
primū viſitauit gẽtes vocãs eos
ad fide:⁊ teſtimonia pphetarum.
Et inductis teſtimonijs diuerſorū
pphetarū: autoritate pontificali
ptulit diffinitiuam ſniam dicens.
Propterqđ ego iudico nõ inquie-
tari eos qui ex gentib⁹ cõuertunt
ad deū ſed cõſulo vt dirigam⁹ ad
eos eplam vt abſtineãt ſe ab ido-
latria ⁊ fornicatione ⁊ ſuffocato ⁊
ſanguine. Idolatria ſi quidem ex
gẽtibus maxime pullulauerat for
nicatio quaſi naturale quoddã et
nullius reatus reputabatur inter
gẽtes. Ideo ſpãliter decreuerunt
apli phiberi iſta gẽtibus. Erant
etiam proni ad effudendū ſangui
nem. Cõſueuerunt etiã bibere ſan
guinẽ immolatum diis ſuis. Ideo
ſpãliter prohibiti ſunt a ſanguine
effundẽdo ⁊ bibẽdo. Quare autem
ad literam phibuerint eis animal
ſuffocatū nõ eſt ſatis perſpicuum.
Et placuit hoc cõſiliū iacobi apo
ſtolis ⁊ ſeniorib⁹. Et cõmuni con-
ſenſu elegerunt viros: per quos
mitterent epiſtolã cū paulo:⁊ bar
naba iudam ſcilicet ⁊ ſilam:⁊ pre-
miſſa eſt ſalutatio in hunc modū.
¶ De epiſtola miſſa conuerſis ex
gentibus. Ca. lxxx.

Apoſtoli ⁊ ſeniores fratres E
fratribus ex gentibus cõuer Act. 15
ſis ſalutem. Fuit autem poſt ſalu-
tationem hic textus epiſtole. Au-
ditum eſt: quia quidam deſcendẽ-
tes a iudea turbauerūt vos euer-
tentes animas veſtras: volentes
veſtris imponere ceruicibus iugū
legis. Ideo de communi conſen-
ſu decreuimus eligere viros ⁊ mit
tere ad vos cum chariſſimis viris
noſtris paulo et barnaba. Uiſum
eſt enim ſpirituiſancto et nobis:
vltra nihil vobis imponere one-
ris: quam vt abſtineatis ab immo
latis ſimulacrorum a ſanguine et
ſuffocato ⁊ fornicatione a quibus
abſtinẽtes

abſtinentes bene agetis. Ualete.
¶ Quomodo conſolati ſunt con-
verſos ex gentibus. Cap. lxxxi.

F
Act. 15 DEſcenderant igitur paul⁹
et Barnabas in antiochia:
et duo illi miſſi ſunt cum eis. Cūq
deceſſiſſent congregata multitu-
dine tradidit eis epiſtolam. Et au-
dita cõſolatione de iugo legis nõ
imponẽdo. Ibi gauiſi ſunt fratres
de gẽtib⁹. Judas autẽ et Silas cum
eſſent pphete cõſolati ſunt eos: et
Inci-dens. multũ cõfortauerũt in fide. ¶ Nõ
eſt aũt hoc pretereundũ: qr de prefa-
to aſcẽſu ſuo in hieruſalẽ pro diri-
A mendã lite pretaxatã ſcribit apls
Gala. 2. ad galathes in hũc modũ. Dein-
de poſt annos. xiiij. a conuerſione
mea aſcẽdi hieroſolymã cum bar-
naba aſſumpto et tito: et contuli cũ
eis euangeliũ qđ predico in genti-
bus. Et quo annotatũ numero col-
ligitur: qr eodẽ anno quo paulus
aſcẽdit hieroſolymã ſcz. xiiij. a cõ-
uerſione ſua: petrus aſcẽdit romã,
et eodẽ anno ſedit in cathedra epi-
ſcopali i qua ſedit. xv. annis. Qua-
tuordecim hoc: et. xxv. xxxix. reddũt.
Uiceſimo aũt quinto anno a pmo-
tione beati petri in ſedem roma-
nã ſcz vltimo anno neronis: paſſi
ſunt petrus et paulus: et. ſic. xxxix.
anno a cõuerſione pauli. Uñ colli-
gitur paulũ ad fidẽ cõuerſum eo-
dem anno quo dñs paſſus eſt: cũ
cõſtet petrũ et paulũ. xxxviij. anno
a paſſione dñi: q̃ fuit vltimus ne-
ronis paſſos eſſe martyriũ. Si au-
tẽ legat aliqñ paulus conuerſus
ad fidẽ ſcđo anno a paſſione dñi.
intelligẽdum eſt ſcđo anno emer-
gente: nõ tñ eodẽ vſuali ſicut ali-
bi determinatum eſt. Quartodeci-
mo ergo anno a paſſione dñi: ſcz
q̃rto anno claudij aſcẽdit petr⁹ ro-
mã: et ſedit in cathedra epali decẽ
ãnis ſub claudio q̃ regnauit. xiiij.
annis: et nero poſt eũ totidẽ ãnis.
¶ Determinat qñ beatus petrus
ſedit ãtiochie et qñ rome. ca. lxxxij.

Inci-dens POteſt aũt queri quo tempo-
re ſederit petrus in ſede an-
tiochena. Cõſtat enim q̃ ſedit an-
tiochie. vij. annis i ſede epiſcopa-
li quod neceſſario de. vij. illorum et
xiiij. oportet intelligi: qui a paſſio-
ne dñi fluxerũt vſq ad ei⁹ promi-
tionẽ in ſedem romanã. Poſt. vij.
aũt annos quib⁹ ſedit in ſede an-
tiochena. conſilio dñi de hieruſa-
lem aſcendit romã: ſed in aſcenſu
tranſijt per antiochiã: vt confir-
maret ſubditos ſuos i fide. Et vt
habetur chronicis: ſubſtituit euo-
chium in ſede antiochena. Et in
hoc tranſitu p antiochiam redar-
guitus eſt a paulo qr comedẽs cũ
B quibuſdã fratrib⁹ de iudea: timẽs
eos moleſtare: diſcernebat cibos
et ita cogebat gẽtes iudaizare. Un Gala. 2.
paul⁹ ait. Cũ veniſſet cephas an-
tiochiam in faciem ei reſtiti.
¶ De cauſa diſſenſionis inter pau-
lum et barnabam. Cap. lxxxiij.

EOdẽ aũt anno quo aſcẽdit pe- Inci-dẽs de
trus de antiochia romam, clara-
paulo et barnabã antiochie rema- tiuum.
nentibus: erat quidam procurator in
iudea qui per violentiã ſibi voluit
vſurpare poteſtatem conſtituendi
ſummũ pontificẽ et mutandi p ar-
bitrio ſuo: et vt poſſet ſummum ſa-
cerdotẽ vnũ vel duos conſtituere
eodẽ ãno. Et videntes iudei qđ nõ
poſſent ei reſiſtere petierũt ab eo
licentiã conſulendi claudiũ impe-
ratorem romanoꝝ: vt ei⁹ volunta-
te hanc poteſtatẽ obtineret: alio-
quin deſiſteret et conceſſit eis. Et
cũ miſiſſent nuntios romã: erat ibi
agrippa fili⁹ herodis agrippe quẽ
pr decedẽs i manu claudij dimiſe-
rat. Claudi⁹ aũt differebat eũ mit-
tere in iudeã tãq dñz: tũ pp̃ ſeui-
ciã iudeoꝝ: tũ pp̃ter teneritudinẽ
etatis ei⁹. Iſte audiẽs q̃ cauſa po-
puli ſui ageret interceſſit pro eis
et obtinuit. Et reſcripſit claudius
procuratori vt ab hm̃oi exactiõe
deſiſteret: et deſtitit. Et reſcripſit
iudeis vt ſup hoc gratias agerẽt
agrippe ad cuius interceſſionem
hoc obtinuerant et iudei ſignifica-
uerunt ei vt mitteret eis agrippã
et fa-

et faceret eum tanq̄ regem ⁊ vnx
ipſe tñ adhuc diſtulit. Poſtea vo
qñ viſum eſt ei miſit eũ in iudeam
non tñ reddidit ei totã terrã p̄ris
qui totũ regnũ integre obtinuit:
ſed dedit ei galaaditidẽ regionem
ſcȝ vltra iordanẽ: terrã duarũ tri
buum: ⁊ dimidie tribus: ⁊ dedit ei
poteſtatẽ cõſtituẽdi ſummũ ſacer
dotem in hieruſalẽ ꝑ arbitrio ſuo
quã negauerat ꝓcuratori. Iſte
fuit agrippa: in cui⁹ regnũ ſeceſſe
rant fideles de iudea imminente
excidio hieruſalẽ: ab angelo pre
moniti ſicut habes ſup mattheũ.

B Act.15. ¶ Sed nũc ꝓſequamur de paulo
et barnaba q̄ adhuc demorabant
in antiochia euãgelizantes v̄buȝ
dei ⁊ iudas abierat ſila cũ eis re
manẽte. Poſt aliquot dies viſum
eſt eis cõmodũ reuerti ꝑ ciuitates
in quibus p̄dicauerant verbũ dei
et viſitare fratres et confirmare
eos in fide. Barnabas aũt voluit
habere in comitatu ſuo Ioannez:
qui cognominabat marc⁹. Paul⁹
aũt noluit/dicẽs. Nõ aſſumendũ
eſſe: q2 in fronte aciei ꝯſtitutus ni
mis trepide ſteterat: et q2 timore
mortis a predicatione deſtiterat:
qñ ſcȝ a pamphilia deſcendẽs re
uerſus eſt in hieruſalẽ. Ideoq3 nõ
erat aſſumẽdus ad p̄dicationẽ ne
alios malo exẽplo lederet. Et fa
cta eſt diſſenſio: ita vt diſcederẽt
abinuicẽ. Et excuſant eos ſancti:
quia nõ diſceſſerũt odio cõmoti:
ſed a ſpũſancto ad hoc excitati vt
diuiſi plurib⁹ locis predicarent: ⁊
plures lucrifacerent. Barnabas
aũt aſſũpto marco nauigauit cy
prũ. Ereo aũt ꝙ noluit dimittere
eũ perpẽditur fuiſſe ei⁹ cognat⁹.
Legũtur aũt fuiſſe ꝯſobrini. Pau
lus aũt ꝓfectus eſt aſſumpto ſila
quem. dñs ad hoc remanere fece
ra vt ei cooꝑaret: ⁊ ꝑambulabat
ſyriaȝ ⁊ ciliciã. ¶ Poſtea venit in
A Act.16 derben ⁊ liſtram: vbi erat quidaȝ
chriſtianus noĩe timotheus fili⁹
mulieris vidue vel iudee: mat⁹ de
patre gẽtili: cui perhibebãt teſti

monium religionis oẽs fideles q̄
erant liſtris. Hunc cõſtituit. pau
lus ep̄m eoꝝ: ſed circũcidit euȝ ꝓ
tollẽdo ſcandalo iudeoꝝ: ne ſcan
dalizaretur ꝙ haberet ep̄m incir
cunciſum: nõ ꝙ legalia poſt veri
tatẽ euãgelij eẽnt neceſſaria: pau
latim tñ nõ ſubito iudeis erãt tol
leda; et quaſi cũ honore maẽr ſe
pelieda fuit. Poſtea eduxit ſecuȝ
paulus timotheũ: ⁊ trãſeũtes ꝑ ci
uitates p̄cipiebãt obſeruari decre
ta apoſtolorũ ⁊ ſenioꝝ qui erant
in hieruſalẽ: ⁊ eccleſie cõfirmabã
tur ⁊ multiplicabantur.

¶ Qñ prohibiti ſunt apoſtoli ne
irent quo volebãt. Capi. lxxxiij.

TRanſeuntes aũt frigiã ⁊ ga
latie regionem, volẽtes ire B Act.16
in aſiam minorem prohibiti ſunt
a ſpũſctõ q̄ ſciebat corda hoĩȝ q2
tũc nõ eſſent credituri. Noluit er
go ſpũſctus ſcm̄ dari canibus: ⁊
margaritas ꝓ ꝯtẽptu p̄dicationis gra
uius dãnari. Voluit ẽt has ꝓuin
cias alijs aplis reſeruari. Philip
pus nãq3 ⁊ Ioãnes p̄dicauerũt i
aſia minori. Lucas in bithinia a
quã iſti a ſpũſctõ ſunt ꝓhibiti: et
iſte due cauſe reddũt q̄re ꝓhibiti
ſunt ab hmõi ꝓuicũs. Vel ne ſan
ctũ daret canib⁹: vel q2 deſtinati
erãt a ſpũſctõ alijs aplis: aſia mi
nor/Ioãni. bithinia/luce. ¶ Ori Origenes.
genes vbi agit de p̄mitijs ⁊ d̃ deci
mis dãdis ſacerdotib⁹ reddit ter
tiã cauſam. Dicit em̄ ꝙ deus ꝓui
dens ſeruis ſuis alimoniã corpo
ralẽ: ab hmõi ꝓuicijs diſcipulos
ꝓpter famẽ ꝓhibuit ꝓpter illam
ſcȝ maximã famen in qua helena
ſuſtẽtauit fratres paupes q̄ erãt
in hieruſalẽ: q̄ facta eſt q̄rto anno
claudij. Nec fuit hec helena ma
ter cõſtãtini: ſȝ regina abigenoꝝ
cui⁹ amore capt⁹ eſt rex abigeno
rũ: ⁊ eã in vxorẽ accepit ⁊ cõcepit
ex eo. Et cũ nocte dormiret cũ ea
⁊ poſuiſſet manũ ſuã ſup ventrem
p̄gnantis audita eſt ab eo vox in
hũc modũ. Vide ne ledas puerũ
q2 magn⁹ futurus eſt i mũdo. Et

audita voce huiuſmodi: ſtupefa-
ct⁹ dixit hoc vxori ſue. Poſtea pue
rum natum cū ſummis diligentia
nutrierūt: ⁊ mortuo patre puer fa
ctus eſt rex: ⁊ cōmendatur iſte in
multis. Et hec eſt cauſa commen
dationis: quia audiens vnū deū
coli a iudeis: coluit eundē: ⁊ ſuſce-
pit circūciſionē ⁊ ritus iudeorū.
Huic mater helena veniens hie-
ruſalē inuenit fratres fideles in
hieruſalē inedia laborantes: qr
erat tēpus famis: et emit granū
vndequaqꝫ qr attulerat argēti co
piā ad emēdū: ⁊ ſuſtētauit fratres
qui erāt in hieruſalē. Et cū adhuc
eēt in iudea, nūciatū eſt ei ꝙ mor
tuus eēt filius ei⁹ ⁊ ſtatim rediit ⁊
fecit extrahi cadauer eius ſepulchro
⁊ reportauit in iudeā: ⁊ fecit nō lō
ge a hieruſalē extrui duo mauſo-
lea: ⁊ in altero repoſuit corpus fi
lij: ⁊ precepit cū mortua eſſet i alte
ro corpus ſuū reponi: ⁊ ſic factū
eſt: ⁊ adhuc apparēt veſtigia mau
ſoleoꝝ: ⁊ putant multi decepti: eē
mauſoleū helene mr̄is cōſtātini.

¶ De viſione que apparuit pau-
lo nocte. Capitulum. lxxxv.

B Cumqꝫ ptranſiſſent miſiam
paul⁹ ⁊ ſocij eius: venerūt
Act.16 troadem et oſtenſa eſt paulo vi-
ſio per noctem. Apparuit ei vir
macedo. i. angelus illius gentis
aſſimilatus viro macedoni: ꝓprie
tate lingue vel forma ſpāli ſtans
⁊ deprecans eū ⁊ dicēs. Trāſiens
i macedoniā adiuua nos. Ex hoc
ꝟbo videt̄ fuiſſe hō nō angelus.
Non eñ egent angeli auxilio niſi
dei. Sed hoc ait angel⁹ aſſumpta
pſona macedonū. Ut aūt viſum vi
dit ſtatim queſiuimus pficiſci in
macedoniā: certi facti ꝙ vocaſſet
nos de⁹ euāgelizare eis. Et nota
ꝙ dictū eſt q̄ſiuimus. Hic eñ pri-
mo oſtēdit lucas ſe comitē fuiſſe
pauli: forte ⁊ nūc pmo adheſit ei
vñ nunqꝫ in pcedenti ait venim⁹:
ſed vbiqꝫ venerūt: ⁊ ſimilia. Hic autē
primo commiſcuit ſe ſocijs pauli:
ipſe quoqꝫ qd vbi dr̄ erat vir ma
cedo ſtans. Sup hoc verbo ſtās/
gloſa habetur modica. Angeli ſp Nota.
ſtare dicunt̄. Cui plerīqꝫ adherē- de an-
tes: i antiphona paſcalis ſedit an gelis.
gelus: emēdant: ſtetit angelus. ſꝫ
errant. Intelligendū eſt ſemp in
hoc libro: cū legant̄ i euāgelio an
geli ſediſſe ad monumētū. ¶ Na
uigātes aūt a troade recto curſu C
venim⁹ ſamotraciā ⁊ ſequēti die Act.16
philippis: q̄ eſt prima ciuitas ma-
cedonie. i. veniētib⁹ a mari prima
occurrit: ⁊ erat colonia. Dicit̄ au-
tem colonia ciuitas illa q̄ defectu
indigenarū nouis cultorib⁹ iple-
tur. Vñ ⁊ colonia q̄ſi a nouis cul-
torib⁹ dr̄. Fuim⁹ ꝯ iñ per dies ali-
quot: ⁊ die ſabbatoꝝ egreſſi ſum⁹
extra portā iuxta flumē vbi vide
bat̄ eē locus ꝯgru⁹ orōni. i. locu-
tioni vel ſupplicatiōi. Orare nāqꝫ
accipit̄ ⁊ p rogare ⁊ p ſupplicare.

¶ Qd recepti ſunt a muliere pur
puraria. Capitulum. lxxxvi.

Et ſedentes loqbā- C
mur mulieribus q̄ Act.16
cōuenerant. Et mu
lier quedam lidda
noie purpuraria ci
uitatis tiatirenoꝝ: ⁊
audiebat nos loquētes. Pōt autē
intelligi purpuraria quaſi vtens
purpura: qr forſan erat d regio ſe
mine. Vel potius purpuraria: qr
textrix purpure: vel qr vendebat
purpurā. Cū aūt baptizata eēt ⁊
dom⁹ ei⁹ tota: deprecata eſt nos di-
cens. Si iudicatis me fidelē īroi
te in domū meā: et manete mecū.
Et intrauimus coacti. Adhuc eñ
abhorrebāt intrare domos genti
lium ꝓ vitando ſcādalo iudeoꝝ.

¶ De ſpiritu phitonico a puella
iecto. Capitulum. lxxxvij.

Factum eſt aūt euntibus nobis ad ora D
tionem: vt obuiaret Act.16
nobis quedā puel
la habens ſpiritum
phitonicum. Poteſt
autem intelligi phitoniſſa: vel p
ſpiritum phitonicum operās: ar-
te ma-

le magica vł ſpiritu phitonico ve
xata. Hic eñ duob⁹ modis accipi
tur in ſacra ſcriptura hoc nomen
vel phitoniſſa dr̄ q̄ per ſpūꝫ phito
nicū ſuſcitationē mortuoꝝ opat
arte magica vt que ad petitiones
ſaulis ab inferis vocauit aīam ſa
muelis vel poti⁹ ꝓ ea ſpūꝫ immū
dū. Hec aūt ſpecies artis magice
ab apolline phitone inuēta eſt ab
eius cognomine cognominata ē.
Dicit eñ phitoniſſa q̄ a ſpū phito
nico poſſidetur ⁊ ea vtit: quaſi or
gano ſuo ad diuinādū q̄liter hic
Demo poti⁹ videt accipi. Et erat q̄ſtuoſa
nes co dominis ſuis: qꝛ multū ꝑcipiebāt
gnoſce emolumētum ex diuinatione ipſi⁹.
re fate Hec ſubſecuta paulū ⁊ ſocios ei⁹
ri dei clamabat dicens. Iſti hoīes ſunt
gloriā. ſerui dei excelſi q̄ annūciāt nobis
viā ſalutis. Et ſic clamabat multis
diebus forte ꝑ bonū nature vł po
tius ſpūſctō ſpūm phitonicū vt ꝑ
eā verū loqueretur vrgēte. Conuer
ſus aūt paul⁹ ipſa poſt eū clamāte
dixit ſpūi imūdo. Precipio tibi in
noīe Ieſu xp̄i exi ab ea. Et exit ab
ea: qꝛ indignū erat verbum euā
gelij per eam ſpūs mendax annū
ciaret. Uidentes aūt hoc dñi eius
ſcientes qꝛ maximū inde ſumerēt
incōmodum apprehēderūt ſilam
⁊ paulū ⁊ duxerūt eos ad forū ad
pricipes ⁊ offerētes eos magiſtra
tibus dixerūt. Iſti homines cōtur
bant ciuitatē nr̄am cū ſint iudei ꝓ
dicātes nouā quandā religionem
quā nō licet nobis ſuſcipere cū ſi
mus romani. Iā eñ decretuꝫ erat
B a romanis vt null⁹ deus de nouo
De hoc coleretur niſi approbante ſenatu.
hř.2. Et cucurrit plebs aduerſus eos ⁊
Cor.11 magr̄at⁹ ⁊ ſciſſis eoꝝ tunicis iuſſe
rūt eos virgis cedi. ⁊ flagellatos emi
ſerūt i carcerē ꝑcipiētes cuſtodi vt
diligēter cuſtodiret eos. Qui acce
pto mādato miſit eos in carcerē i
teriorē pedes eoꝝ ſtringēs ligno.

¶ De terremotu vnde apta ſunt
oſtia carceris. Capit.lxxviij.

C
Act.19 MEdio autem nocte paul⁹ ⁊
ſilas decantabāt hymnos
⁊ orātes laudabāt deū. Et dū me
dia nocte orarēt ſubito fact⁹ ē ter
remotꝰ: quo .ſ. terremotu oīa fun
damēta carceris ꝯmota ſunt oſtia
aperta vincula oīꝫ q̄ erāt in carce
re rupta nō ſolius pauli ⁊ ſile ſed
et aliorū. Exꝑgefact⁹ eſt autē
cuſtos carceris. ⁊ vidēs ianuas car
ceris aptas euaginato gladio vo
lebat ſe interficere auſtimās oēs
incarceratos aufugiſſe. Et cū eēt
paul⁹ in medio carceris tenebroſi
vidēs hoc in ſpū exclamauit. Ni
hil tibi facias mali. Uniuerſi eñ
quos cuſtodiebas hic ſum⁹. Scie
bat eñ ꝙ tūc volebat ſibi manum
inijcere quia putabat oēs incarce
ratos aufugiſſe ⁊ petito lumine a
miniſtris itrogreſſus ē cuſtos car
ceris ⁊ tremefact⁹ tū ꝓ hiis q̄ facta
fuerant in terremotu tū qꝛ intelle
xerat paulus ꝙ ſe vellet iterficere
ꝓcidit paulo ⁊ ſile ad pedes ⁊ edu
cens eos de carcere ait. Quid me
dñi oportet facere vt ſalu⁹ fiaꝫ.
Ad quē illi. Crede in dñm ieſuꝫ: ⁊
ſaluus eris tu ⁊ domus tua tota.
Et locuti ſunt ei vbū dñi. ⁊ oībus
qui erāt in domo ei⁹ ⁊ tollēs eos i
illa orā lauit plagas eoꝝ ⁊ bapti
zatus eſt ⁊ ſic lauit ⁊ lotus eſt.

¶ Quomodo a magiſtratibus
ſunt dimiſſi. Cap.lxxix.

CUmq; ꝑduxiſſet eos i domū B
ſuam appoſuit eis menſam Act.16
et letatus eſt cuꝫ omni domo ſua
credens in deum. Et cum dies fa
ctus eſſet miſerūt magiſtrat⁹ nun
cios ad cuſtodes carceris dicētes.
Dimitte homines illos tanq̄ de
ſpectos dimittebant autem illos
ne plures crederent: qꝛ iam inno
tuerat eis miraculuꝫ. Et nūciauit
cuſtos carceris verba hec paulo.
Miſerunt magiſtratus vt dimit Lꝫ q̄ſtio
tamini. Nunc igitur exeuntes ite ꝙ vti
in pace. Ad quem paulus. Miſe ſunte ſ
rūt nos in carcerē flagellatos pu lateris
blice licet indēnatos homines ro
manos .i. romano iperio ꝑ ſubie
ctionem cenſi capite profeſſos ⁊ li
bertate romana donatos et nunc
occulte

occulte nos eij- ciunt. Nō ſic: ſʒ veniāt ipſi ⁊ nos eijciant. Et cum renunciatum eſſet hoc magi- ſtratibꝰ timue- rūt audito ꝙ romani eſſent. Et venientes eduxerūt eos ⁊ rogabant vt egrederentur de vrbe. Et exeūtes tranſierunt per liddam ⁊ viſis
A Act.16 fratribus conſolati ſunt eos.

Additio. Ut ſicut in eos publica fuit manuum iniectio: ita ⁊ publica fiat electio.

¶ Et inde profecti venerunt theſſalonicā vbi erat ſynagoga iudeorū. Paulus autē vt cōſueuerat introiuit ſynagogā ⁊ per tria ſabbata diſſeruit eis de ſcripturis: predicans chriſtum mortuū et reſurrexiſſe. Et crediderūt aliqui ex eis et adiuncti ſunt paulo ⁊ ſile ⁊ mulieres nō pauce ⁊ de pſelitis ⁊ gētibus multitudo magna zelantes autem iudei et aſſumētes quoſdā malos de vulgo concitauerunt ciuitatem aduerſus eos.

¶ Quod inuidia iudeorum iaſon
B accuſatus eſt. Cap.xc.

Act.17 Et veniētes in domum iaſonis apd quē hoſpitati fuerāt q̄rebāt eos pducere in populum ⁊ nō inuentis eis putantes eos a iaſone fuiſſe occultatos traxerunt iaſonem ⁊ quoſdam fratres ad principes ciuitatis dicentes. Iſti ſunt qui vrbē cōcitant quos ſuſcepit iaſon ⁊ ipſi ſuſcipiētes eos faciunt contra decreta ceſaris: regem alterum dicentes eſſe ꝙ ceſarem: ⁊ concitauerunt principes aduerſus eos. Et accepta ſatiſfactione a iaſone ⁊ ceterꝫ dimiſerūt eos. Forte iaſon ⁊ alij fratres negauerūt ſe ſuſcepiſſe eos ⁊ ſi ꝯfeſſi ſunt ſatiſfecerūt per noctē dimiſerunt paulū ⁊ ſilā in beroē. Et introierūt ſynagogā iudeoꝝ. ⁊ pdicauerunt ibi ⁊ multi de beroēſibus crediderūt ⁊ mulieres honeſte nō pauce.

¶ Quid paulus athenis fecerit. Capi.xci.

B Act.17 Et audiſſēt iudei q̄ erāt theſſalonice ꝙ a paulo pdicaret verbum dei in beroe ⁊ venerunt illuc ꝯcitātes multitudinē. Et ſtatī dimiſerūt paulū fratres vt iret vſqꝫ ad mare q̄ magis ꝓſequebantur eū iudei eo ꝙ eſſet dux verbi. Silas aūt ⁊ timotheꝰ remāſerūt ibi. Qui aūt deducebāt paulū pduxerūt eū vſqꝫ ad athenas ⁊ vidēs ciuitatē idolatrie deditā: cito remiſit ad timotheū ⁊ ſilā vt venirēt ad eū ⁊ venerūt. Et diſputabāt cū paulo epicurei. qui ponebāt felicitatem hominis in ſola corporis voluptate. et ſtoici q̄ i ſola animi virtute. Et iter ſe diſſentiētes in īpugnatiōe apoſtoli vnanimiter cōſentiebant dicētes. Quid vult ſeminiuerbius iſte dicere? Uere paulꝰ ſeminator verborū erat ſʒ meſſor morū de hmōi meſſione expectās vberē fructuꝫ. Alij aūt dicebāt. Nouoruꝫ demonioꝝ videt̄ ānūciator eſſe. Et apprehēſum duxerūt ad ariopaguꝫ i. ad vicū martis in quo. ſ. erat templū martis q̄ athenienſes ſingulos vicos denominauerunt a dijs quos colebāt vt vicū in quo colebatur mars vocabāt ariopagū q̄ arioth dicit̄ mars. Uicū in quo colebāt pan. vocabant panapagus et ita a ſingulis dijs ſingulos vicos denolabāt. Erat aūt vicꝰ excellentior ariopagꝰ: q̄ ibi erat curia magr̄atuū ⁊ ſchole liberaliū artiū.

De epicureis.

¶ De ara ignoti dei. cap̄.xcij.

E Act.17 Et cum eſſet paulꝰ in pñtia phorum dicebāt. Noua q̄dā infers auribꝰ nr̄is. Poſſumꝰ ſcire q̄ eſt hec noua doctria? q̄ſi dicat poſſes rōnē reddere ſup his q̄ dicis? Stās ḡ paulus in medio ariopagi ait. Uiri athenīēſes per oīa iudico vos ſuperſtitioſos. Preteriēs em̄ vidi ſimulacra vr̄a. Inter cetera aūt inueni arā cuius ſuperſcriptio erat hec ignoto deo vel ignoti dei. Ac ſi dicat. Hec ara dedicata eſt ignoto deo. Singulis em̄ aris ſuperponebat̄ titulus indicās cui eſſent dedicate. Hunc inquit deū ignotū cui hanc arā conſecraſtis ego annuncio vobis. Hic

eſt deus

eſt de⁹ q̄ fecit mundum et oīa que in eo ſunt.i quo viuim⁹ mouemur ⁊ ſum⁹. Quō autē hec ara illi deo ignoto conſecrata eſt hiſtoria actuū apoſtoloꝝ nō ꝓſequit̄ iō noſtrū eſt hoc ſupplere ſcʒ dicere.

C Supra 14.

¶ Qō philoſophi athenienſes dixerunt deū nature pati. Ca.xciij.

Incidēs ē ex hiſtorijs.

Dje eſt dn̄ice paſſionis phi q̄ athenis erāt vidētes tenebras factas ſuperuniuerſam ſuperficiē terre non potuerunt cauſam earum inuenire in naturalibus cauſis. Tandem ad hoc inducti ſunt vt dicerent quia deus nature patiebat̄. Et dixerunt athenienſes. Cōſtituam⁹ aram illi deo. ⁊ dedicata eſt ara ⁊ ſuppoſit⁹ eſt titul⁹. Ignoto deo. Et cū vellent offerre holocauſta ⁊ victimas illi deo ignoto dixerunt philoſophi. Bonorū noſtroꝝ nō eget ſed facietis genuflexiones ante arā ei⁹ et ſupplicabitis ei quia nō querit oblationē peccoꝝ:ſʒ deuotionē animorum. ¶ Hunc deum ignotū annunciauit eis paulus aſſerens eū mortuū fuiſſe:reſurrexiſſe aſcēdiſſe i celum in fine orbē iudicaturū. Et cuʒ predicaret reſurrectionē mortuoꝝ quidā irridebant. Quidam aūt nec reſpuebāt nec recipiebāt dicētes. Audiem⁹ te de hoc iterū. Et exiuit paulus de medio eoꝝ:⁊ q̄dā adherētes ei crediderūt. Inter quos fuit dionyſi⁹ ariopagita quē poſtea ordinauit ap̄ls epiſcopum corinthioꝝ. C uius ɔuerſiōis moduʒ quia pretermittit hiſtoria actuū ap̄loꝝ noſtrū eſt ſupplere.

B Act.17

¶ De dionyſio ariopagita. Capitulum.xciiij.

Incidēs capitū de hiſtoria ſcti dionyſij.

Iſte dionyſi⁹ magiſter erat i ariopago.et q̄muis ad exhortationē pauli de facili crediderit: tū nō niſi poſt lōgā diſceptationē pauli ɔfeſſ⁹ eſt ſe credere. Sʒ poſt multam diſceptationem dum ad huc cum paulo diſceptaret forte tranſijt cecus per viam corā eis et ſtati ait dionyſi⁹ paulo. Si dixeris huic ceco i noīe dei tui vide.et viderit ego ſtatī credā. Sʒ ne verariis verbis magicis q̄ forte noſti verba q̄ habeāt hm̄oi efficaciam ego preſcribā tibi formam verborum. hac inquit forma verborum dices ei. In nomine ieſu chriſti nati de virgine crucifixi mortui:qui reſurrexit et aſcendit in celum vide. Et vt omnis tolleretur ſuſpitio precepit paul⁹ dionyſio vt ipſe ea dem verba ꝓferret. Et in ea forma verborum dixit dionyſius ceco vt videret et ſtatim vidit et dionyſius cōfeſſus eſt ſe credere. ¶ Et cū predicaret paulus athenis ⁊ multos conuertiſſet venit corinth᷒.⁊ ibi inuenit quendam iudeuʒ noīe aquilam cū vxore ei⁹ priſcilla q̄s ſepe cōmemorat ap̄ls vbi ſalutat amicos ſuos. Iſti nupvenerūt d̄ italia iudeis oīb⁹ ex edicto claudij imperatoris de regno ei⁹ exire compulſis eo q̄ vxorem eius agrippinam pre nimia familiaritate quam habebat cū eis adeo traxerant ad ritus ſuos vt iā iudaizaret. Et hoſpitatus eſt paul⁹ apud aq̄lam et priſcillam:eo q̄ eādē artem exercerent quā ⁊ ipſe cōſueuerat exercere de ꝓprio labore manuuʒ ſibi victū acquirens.ſ.artē ſcenofactoriam. Faciebāt eī tētoria ſiue papilioneſque neceſſaria erant indigenis terre propter immoderatū calorem vel commeātib᷒. Ut dicatur ars ſcenofactoria a ſcenos q̄d interpretat̄ vmbra:vel ſm̄ alios a ſcenos q̄ interpretat̄ funis. Erant eī funicularij. Et cuʒ veniſſent ſilas ⁊ timotheus de macedonia. vbi dimiſerat eos predicabat paulus inſtanter verbū euangelij coram diuinātibus illis. Et vilipēdentibus iudeis predicationem: iuxta quod preceperat dominus excuſſit puluerem de pedibus in teſtimonium dicens illis. Mundus ſum a ſanguine veſtro quia quantum in me fuit volui vos reuocare ab impietate veſtra. Sed quia pertinaces eſtis tranſeo ad gentes. ¶ Et migrans inde tranſijt ad modū

B Act.18

ad modū cuiuſdā gētilis noīe titi
cuiꝰ domꝰ erat cōiuncta ſynago-
ge. Nec eſt intelligēdū hoc de Ti
to cui apoſtolꝰ epiſtolas ſcripſit q
eiꝰ fuit diſcipulꝰ quē etiā cretēſem
epm̄ ordinauit. Et cōuerſus eſt criſ
pus archiſynagogus cū vniuerſa
familia ſua illc. ſ. de quo apoſtolꝰ
B ait ſcribēs ad corīthios grās ago
1. cor. 1 deo meo quia neminē ex vobis ba-
ptizaui niſi criſpuʒ ⁊ gaium. ¶ Et
B multi corinthiorum audiētes con
Act. 18 uerſionē eiꝰ crediderunt ⁊ baptiza
ti ſunt. Et apparuit dn̄s paulo ꝑ
viſionē dicens. Noli timere ſʒ loq̄
re ⁊ ne taceas qꝛ ego tecū ſum: et
nemo apponet manū vt noceat ti
bi ⁊ fuit ibi ꝑ annuʒ ⁊ ſex menſes.
¶ Qd́ iudei concitauerunt gallio
nem in paulum. Capitu. xcv.

C INſurrexerunt ꝗ̄ vnanimiter
Act. 18 iudei ī paulū ⁊ traxerūt euʒ
ad p̄ntiā gallionisqui erat ꝓcura
tor achaie regionis in qua erat co
rinthus. Et accuſauerūt eū ꝙ ꝯ̄ le
gem predicaret: ⁊ locutꝰ eſt gallio
ad eos. Si argueretis hoīem iſtū
de aliquo ſcelere manifeſto ſuper
eū iudicarē. Sʒ qꝛ diſceptatio ē de
lege vr̄a nō curo iudicare. Et vidē
tes gētiles ꝙ nō faueret ꝓcurator
parti iudeoꝝ coram eo appꝛehen
derunt ſoſtenē ꝓncipē ſynagoge ⁊
ꝑcutiebāt eū et nihil horū erat cu
re ꝓcuratori. Paulꝰ aūt cū adhuc
ſuſtinuiſſet in dies multos et eſſet
in chēcris q̄ ⁊ portꝰ corinthi aſcē-
ſurꝰ nauē vt nauigio veniret in ſy
riam totōdit comā quā nutrierat
qꝛ fuerat nazareꝰ ex voto. Naza-
rei eīm ad tēpus ex voto comaʒ nu
triebant. et completo tempore vo
ti radebāt ⁊ in ignem ſacrificij po
nebant. Quidam codices habent
totonderunt. Unde quidam hoc
referunt ad aquilam ⁊ priſcillam.
Sed auguſtinus et hierōnymus
ad paulum hoc referunt.
¶ Qd́ paulus diſputabat epheſi
contra iudeos. Cap. xcvi.
E
Act. 18 ET venit paulus in ſyriā du
cens ſecum aquilam et pri-
ſcillā. Et cū veniſſet epheſuʒ īgreſ
ſus ſynagogā diſputauit cum iu-
deis ⁊ rogātibꝰ illis vt cū eis am
pliꝰ remaneret non ꝯſenſit. Sʒ va
lefaciēs fratribꝰ ꝓfectꝰ ē ab ephe
ſo dimittēs ibi aquilā ⁊ priſcillā ⁊
ipſe perābulauit galatiaʒ ⁊ frigiā
cōfirmādo fratres. Et cum eſſent
epheſi aq̄la ⁊ priſcilla venit ephe
ſum q̄dā iudeꝰ noīe apollo: alexā de aq-
drinꝰ genere: vir facundꝰ ⁊ peritꝰ la ⁊ pri
in ſcripturis. Iſte baptizatus erat ſcilla.
baptiſmo Ioānis ⁊ iam credebat
xp̄m eſſe meſſiā in lege ꝓmiſſum ⁊
recte ſentiebat de patre ⁊ filio ſed
nihil adhuc audierat de ſpūſan-
cto. Et cū viderēt aq̄la ⁊ priſcilla fi
ducialiter p̄dicantē: aſſumpſerūt
eum ⁊ diligētiꝰ expoſuerūt ei viā
deū. Utrū āt baptizauerint cū ba
ptiſmo xp̄i nō legit̄. Cū autē apol
lo vellet redire corinthuʒ aquila ⁊
p̄ſcilla ⁊ ceteri fideles q̄ erāt ephe
ſi ſcripſerunt fidelibus q̄ erant co
rinthi vt ſuſciperēt euʒ nec abhor
rerēt eum tāq̄ iudeū. Et cū veniſ-
ſet corinthū multum ꝯtulit fratri
bus q̄ erāt corinthi. Uehementer
enim iudeos conuincebat vnde
multum confirmati ſunt fratres.
¶ Quō baptizati ſunt qui baptiſ
ma Ioānis acceperant. cap̄. xcvij.
HActum eſt āt cū apollo eēt
corinthi vt paulꝰ ꝑagratis Act. 19
ſuperioribꝰ ꝑtibus veniret ephe-
ſum: et inueniret quoſdam diſci-
pulos a Ioāne baptizatos nōduʒ
tn̄ cōfirmatos qꝛ poſt baptiſmum
nō acceperāt manuū impoſitionē
⁊ interrogauit eos. Accepiſtis ne
ſpm̄ſctm̄ credētes id eſt manuum
impoſitionē qua dat̄ ſpūſſanctꝰ.
Ad quem illi. Sed nec de ſpūſctō
mentionē audiuimus. Ad quos il
le. Nō ſufficit baptiſmus Ioānis.
Et ſtatim baptizati ſunt in noīe
dn̄i ieſu xp̄i. Et cū impoſuiſſet eis
manꝰ poſt baptiſmū acceperūt ſpi
ritumſctm̄ ⁊ loquebant̄ varijs lin
guis. Et quidā eorum ꝓphetabāt
predicētes futura. Erant autē om
nes fere. xij. forte. xi. vel. xij. erant
⁊ eſt

ꝛ ē appoſitū tere ad tēperamētū.
